

A IOANNE MAIORIS ECKIO PROCANCELLARIO AVRIPOLI ET CANONICO EISTETEN. LECTA EST SVBTILIS ILLA PRAEDESTINATIONIS MATERIA VVILHELMO ILLVSTRIS. PRINCIPE BAIOARIAM GVBERNANTE. ANNO GRATIAE G. D. XII

NOBILIS VIRI HIERONYMI DE CROARIA .V.I. DOCTORIS ET SVEVIAE TRIVMVIRI AD IOANNEM ECKIVM AVRIPOLI PROCANCELLÁRIVM

EPISTOLA

HOrtatus ſum te ſępe doctiſ. vir: quo altiſſimam illam prædeſtinationis materiã, quam in noſtro archigymnaſio litterario nõ ſine merita laude es profeſſus, conſcriberes: atq; lima tua expolires acerrima: Illuſtriſſimiſq; Bauarię principibus dicatũ/ ꝓtinus ederes. Sperabã.n. elaboratũ hoc opus, & Achademię noſtrę fore ornamento/ & cõmoditati omnibus: vt quod de abſtruſiſſimo prędeſtinationis myſterio non pauca conplectatur ſecretiora ac rara, quę continẽtiſſimas vigilias, annixiſſima ſtudia, multıjugãq; lectionem expoſcãt feciq; eo libentius ꝙ te ſupioribus annis ceu virũ doctum prędictis principibus commendaui. Es itaq; obſecutus mihi: & illuſtre monumentũ (quod Chryſopaſſum prędeſtinationis appellare placuit) mihi pellegẽdum exhibuiſti. Quod ſaltuatim (crebro enim aggeſtiſſima forenſiũ negotiorꝫ moles me a ceptis auocabat) pelluſtraui: & dici non poteſt quantũ placuerit: tot ꝓfunda Authorꝫ ſenſa, artificioſum rerum ordinẽ, ſolutioneſq; argutiſſimas impendio mirabar. Ea quippe quę doctores alij partim ꝓlixius, partim ſtrictius ꝙ rei arduitas ferat, tractarunt: tu mira quadam ingenij acrimonia collegiſti: repugnãtia coadunaſti perfeciſti mutilata, breuia dilataſti, diffuſiora iuſto contraxiſti, obſcuriſq; dediſti lucem. Et vt ſummatim dicam, Ita abſoluiſti oĩa/ vt liquido appareat ꝙ fueris in tuo legendi munere præ cęteris diligens: & adeo apertus vt ad docẽdum natus videare. Perge queſo præcellentiſſime doctor, & multas ſubinde eiuſmodi fœturas ex tui ingenij officina deprome. Illaq; primigenia, quę indefeſſo labore ꝑpulchre quidem, & ſupra ꝙ tua ętas admittat/ excoluiſti, latiſſime extende. Et tibi principes nr̃os arctiſſime demereberis: & pręmia a Deo Opt. Max. tandem accipies opulentiſſima. Vale

AD ILLVSTRISSIMOS ET EXCELLENTISSIMOS DOMINOS VVILHELMVM, LVDOVICVM ET ERNESTVM GERMANOS FRATRES COMITES PALATINOS RHENI, VTRIVSQVE BAIOARIE DVCES INCLYTISSIMOS IOAN. MAIORIS ECKII SVEVI THEOLOGI EPISTOLA.

Vuilhelmus. Ludouicus. Emestus.

Eckius

MEMINIT HELIVS SPARTIANVS ILLVSRISSImi principes diuum Hadrianum Imp. in colloquijs etiã humillimorum ciuilissimũ fuisse: detestãtemq; eos qui sibi hanc humanitatis voluptatẽ, quasi seruantis fastigiũ principis inuiderent. Titũ item Vespasianũ dicere solitũ ferunt, Non oportere quemquã tristem a sermõe principis discedere. Idem de vestris illustrissimis dñationibus spero, qui incõposito sermone vestras delicatissimas aures accedere tento. Nam qui fieri posset vt non essetis in audiendo inferioris notę hoĩes facillimi: qui ex humanissimis & nobilissimis parẽtibus longo ꝓauorũ ordine genus ducitis, matre Künegunde fœlici ac probatissima dña diũ Fœderici Imp. III. filia: ac sacratissimi Cęsaris MAXIMILIANI sorore, liberalissimis Austriæ principibus progeniti: de quorũ summis laudibus melius est silere, vt de Chartagine inquit Historicus, q̃ pauca dicere. Ex paterno q̃q; stipite ab Imperatorio descenditis sanguine, a diuo Ludouico cognomẽto magno Imp. a quo vos inclyti principes sexto ordinẽ patre Albrechto famigerato illo principe nati estis. Cuius laus tanta est/ vt nullis om̃ino indigeat præconijs, sed ipsa de se sit adprime illustris: Ex eo enim virtutes ita agminatim resplendebant/ vt præter luculentissimas fortunas, ac eximias corporis dotes difficile iudicatu sit/ an fortior, prudentior, aut humanior fuerit. In hijs omnibus ita excellebat & præstabat cęteris Germaniæ principibus, velut inter syderum ignes aureus elucet Hesperus: omnibus illum versiculum ei dicere potentibus

Spartianus. Hadrianus. — Vespasianus — Künegundis. Fœdericus Imperator. Maximilianus Imp. Austria. Chartago. Ludouicus. Albrechtus. — Germania. Hesperus:

Solus habes laudum, quicquid possedimus omnes.

Tanta enim viguit in agẽdis rebus prudentia (quæ virtus cęterarũ, vt Plato existimat, dux est) vt cõmuni ꝓcerũ assensu habitus sit inter principes Imperij prudentissimus, addo exterorꝫ iudicio etiã eloquentissimus. Nam Ioannes Campanus Episcopus Apruntinus in legatione Pont. Max. existens in celebratissimo illo principũ conuẽtu Ratisponę per Fœdericum tertiũ habito: quo neq; maiorẽ neq; populosiorẽ vidit sęculum patrum nostrorũ, ei facundiæ palmã præ cunctis Germanię ꝓceribus insigniter dedit. Mirum qua animi fortitudine, q̃ prudenti consilio, qua singulari sollertia & intrepida virtute inimicos rebelles superauerit ac vicerit: factiosam nobiliũ turbã, Leoninę confœderationis/ ac quadratę ad Hęrcineũ nemus Quadorꝫ contra eũ conligatę, dirutis eorũ castris Keferingo, Flũgelspergeo & Erẽfels arcibus munitissimis, iussa facere coegerit: & se dedentes cũ summa (q̃ principẽ decet) clemẽtia in gratiã susceperit, ac primarios incuria sua esse voluerit, vt dubiũ sit vtrũ in repugnãtes fortior, aut in victos fue

Plato — Campanus. — Ratispona Anno. M.CCCC.LXXI — Leopunde Vuecklerpődt Hęrcinia. Anno. M.CCCC.lxxxvi Erenfels

rit ignoſcentior. Eadem quoq; aurigāte prudentia illuſtriſſimus princeps diui Fœderici Imp. animum indignatione erga ſe commotū leniuit, dum magnū aduerſus eum paraſſet exercitum, in campo Lici, quod Ratiſponā antiquiſſimā Romani Imperij vrbem, ędificijs ſplēdidiſſimis ac quadris extructam/ ſed iam diuitijs exhauſtam, ſub tanto tamen principe erigi ad priores fortunas ſperantē & ad Albrechtum vltro deficientem, Imperatoris ſoceri ſui in iuſſu acceptarat. Tanta eſt apud Germanos hodie Reip. cura & fides/ vt publica multo plus q̄ priuata commoda, arctiſſimas neceſſitudines/ & id genus alia quæ maiores, in regno præſertim euertere ſolent, curent ac magnipendant.

Fœdericus Imperator Campus Lici Anno. M CC CC XCI Ratiſpona Albrechtus

Quid dicam de Albrechti principis integritate, innocentia, probitate, modeſtia manſuetudine, temperantia: & in primis de eius erga ſubditos miti affabilitate, & beneuolenti humanitate/ quibus animos omnium ſibi cōciliabat, & adamantino vinculo deuinciebat/ omnium beneuolētiam ſibi promereret. Et potiſſimū ex eo q̄ cauſas pauperum velut alter Traianus audiret libentiſſime: & plurima pro reip. vtilitate prouide ac ſalubriter ſtatueret: vnde mirus omniū fuit in eum amor, maximum obſequendi ſtudium, paratiſſimus obediendi animus: vt iam non ſicut princeps & dominus timeretur/ ſed velut communis pater ab omnibus amaretur. Itaq; pro meritis vti alter Auguſtus patrię patris nuncupationē, vtiq; amabiliſſimam meruit/ omnino obſecutus memorabilibus Claudiani verſibus didaſcalicis/ in penitiſſimis principum præcordijs ſemper recondendis

Albrechtus — Traianus — Auguſtus — Claudianus

Tu ciuem patremq; geras, tu conſule cunctis
Nec tibi, nec tua te moueant/ ſed publica vota.
In commune iubes ſi quid cenſeſq; tenendum.
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior ęqui
Fit populus: nec ferre vetat/ cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi: componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent/ q̄ vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus

Expertus itidem ſępe ſuorū fidem & amorem princeps illuſtriſſimus, maxime cum eum ex ſex fratribus Germanis/ aliquibus natu maioribus/ ad iſtud ducale regimen eligerent: atq; ſubſidijs quibus poſſent/ præ cęteris ꝓmouerēt. Addo quod in rebus bellicis, plerumque ſubditi volentes (prēter communia prouincię ſuffragia) neruū belli ei paratiſſimi ſubminiſtrarūt: quibus tñ iuſtiſſimus princeps victoria potitus/ omnia exaſſe vſq; ad Tyruntium reſtituit ac ſatiſfecit. Quantus autē fuerit in relligione & pietate in. D. O. M. & diuos (qua ſola virtute homo vere cæteris præſtat animantibus/ inquit Lactantius Firmianus) q̄ fuerit diuini cultus ampliator magnificus: cum ex multis locis ſacris per eum inſtauratis/ locupletius ditatis ac reparatis/ intelligi poteſt facillime, tum ex hoc in primis q̄ eccleſiam conlegiatā Monachij in diuę virginis MARIAE honorem maximis erexit impenſis/ ac locupletiſſime dotauit: quod & hic Auripoli aiunt cum decreuiſſe facturū/ niſi morte (quæ multa reddit infecta) fuiſſet præuētus. Etſi in omni re nihil non prudenter atq; fortiter fecerit/ emicuit tamē præcipua

Monachium Anno XIIII Auripolis

animi sui magnitudo/virtutis præstantia/ac singularis illa qua cæteris præstabat Vlyssea prudentia, paulo supra q̃ naturæ fatis concessit: dū cordatissimus princeps, locupletissimum prædiuitis ducis Georgij ducatū iure sibi debitum, manu forti & brachio excelso, auxiliarijs copijs ac sesquiannali bello sibi vendicaret Et diuo Cæsare MAXIMILIANO suppetias ferente/hostes Boihemos. IIII. mille insigni victoria apud Ratisponam profligauit, multis principibus eo prælio in discrimine vitæ positis: qbus sic atrocissima strage partim cæsis/partim captis/hostes etsi potentissimos diui Cæsaris ac procerum Imperij decretis & placitis parere coegit: sicq̃ Baioariam ab Ottone cognomēto bono Ludouici magni Imp. auo annis ducentis & quadraginta sex diuisam & sectilem/in vnū corpus & sub sua sceptra (nescio vtrum fœlicius vel prudentius magno procerum assensu) in sua verba iurantem fortissime redegit.

Dux georgius

Maximilianus Imperator. Anno. M.D IIII Boihemi

Baioaria Otto bonus Ludouicus magnus

DE Iusticia vero dij boni q̃d dicam? qua sicut cæteris virtutibus affatim abundabat/sic & illa non minus decorus fuit: nam ea erat quasi natiua & hæreditaria in principe Albrechto virtus, a parte Albrechto eiusdem nominis iustissimo duce in eum vt verū heredem deriuata: qui qua fuerit iusticia & moderatione animi (que postq̃ regna esse ceperunt/ rarissima semper fuit) ex hoc accipi potest q̃ venientibus ad eum Vlrico Rosensi & cæteris Boihemici regni legatis/ amplū & nobile regnum offerentibus, quodq̃ maiori procerum voto rex Boimannorum esset declaratus/manifestantibus: gratias egit eis qui se vnum ex omnibus regem delegissent: multa se idcirco Boihemis debere. At cum regis Albrechti filius extet Ladislaus Austrius/ indecorum esse cum alterius iactura regnum accipere: paternā hæreditatem nulli afferendam, qui pupillos suo iure spolient/ deo atq̃ hominibus inuisos. Præclarum profecto iustissimi principis respōsum. Sementaria ergo quadam quasi diductione iusticia in parentem vestrum descendit, qua & grauiter & strennue vsus/ prouinciam latrocinijs & prædationibus purgans: ac tutissima per ducatum suum reddens itinera

Albrechtus Albrechtus senior

Anno. M.CCCC.XLI Rosensis

Boihemi

Albrecht rex Ladislaus rex

ET Vt in summa tāti principis præclarissimas explicē virtutes: qui toga & armis egregie nouerat vti. Cōmendatur apud veteres singulis virtutibus quibus peculiariter excelluerūt plurimi. P. Numa religione, Nestor prudentia, eloquentia Vlysses, amore patriæ Fabius Maxim⁹, cōstantia Attilius Regulus, Aristides iusticia, Themistocles fortitudine animi, Augustus humanitate, ciuilitate Hadrianus, Traianus clementia, Affabilitate Alexander Seuerus: quibus omnibus princeps Albrechtus quadriga virtutū per omnes animi dotes vectus/cōparari posset verissime: nisi vererer apud eos quibus principis virtus incognita fuit/verissimas laudes per assentationem more exterorū per me dictas arbitrari. Nam sine cōtrouersia talis ac tātus fuit/dignus deorū cōuiuio: quod si plures tales forēt in republica Christiana principes/profecto nihil esset cur Astrea terras desereret.

Numa Nestor Vlysses Fabius Regulus Aristides Themistocles Augustus Hadrianus Traianus Alexander. Albrechtus.

VOS Ergo illustrissimos principes paternarum virtutum & amplissimi Baioarici Ducatus reliquit hæredes: qui cum cæteris in Germania opibus, potentia splendore ac vetustate mirifice certet: imo solus medius Ducatus per ALBRECHTVM superioribus vt diximus additus, potētissimus semp est iudicatus. Si enim de vetustate contenderimus, Baioarios vetustissimos Germaniæ populos

Astrea Baioaria

Baioarij

Sueui
Boij.
Strabo
Sennones
Roma
Germani.
Cor. Tacitus.
Gallia
Brēnus
Noricum
Norinberga
Boij
Auares
Bauari

(Sueuos idonei Authores excipiunt) comperimus. Nam Boij olim (vt Strabo refert libro quinto) cum Sennonibus Roma per vim potiti sunt. Sennones vero fuisse origine Germanos: idem autor est libro. vij. de situ orbis. Et Cornelius Tacitus de situ Germaniæ vetustissimos ac nobilissimos Sueuorum Sennones dicit: Boios ergo eis coniunctos, Germanos quocp fuisse credēdum est. Hij ergo peragrata Gallia & Italia, dispersis Sennonibus, & maiori parte profligatis annis trecentis & octuaginta octo post vrbem conditam, Brenno sibi mortē apud Delphos consciscente, Boij in Noricorum deserta concesserūt: quare Noricum nunc Baioariam recte appellari, quamuis parua portio inter Danubium & Norinbergam reliquias antiqui nominis retineat. Quamuis non desint qui Bauariæ nomen ex Boijs & Auaribus pannonijs coaluisse existimēt: a tanto ergo tempore Noricum Baioarij incoluerunt. Nec minus vetusta est illustris vestra prosapia principes illustrissimi, ex qua velut ex equo Troiano inumeri reges & duces prodierunt, longe ante Charoli magni tempora Norici regni gubernacula tenentes. Vnde primum, Christiana relligione suscepta, multis potiti sunt dominijs & principatibus in Dachau, Andex, Schūren: habuerunt prçterea palatinatū Vuitelspachn, Marchionatū Vochburgensem & Abachensem cum cçteris: quæ omnia in vnum corpus demū coaluerunt. Vnde conplures ex hoc nobili stemmate ad fasces Imperij Romani, ad sceptra regalia Daciç, Sueciç, Boihemiæ, ad principatus Saxoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Carinthiæ, Marchiæ Brandēburgensis, Palatinatum Rheni vltro euocati, fœlicissime eis prçfuerunt. Taceo quot Archiepiscopi, & Romani Imp. electores, quot Episcopi, curiarū regalium magistri, maximorū exercituū campiductores extiterunt: quæ omnia operosius esset enarrare, quam Sybillç folia colligere: vt nō possit nō magna esse sicut fuit semp Bauarica prosapia.

Charolus. M
Noricū regnū
Dachau
Andex
Schūren
Vuitelspach
Vochburg
Abach
Dacia
Suecia
Boihemia
Saxonia
Hollandia
Seelandia
Carinthia
Brandenburg
Palatinatus

Ducatus ipse vt diximus florentissimus est, memoratissimis fluuijs irriguus. Perlabitur enim Baioariam Isara, Vilsa, Oenus, Salzsa, Licus, & Danubius omnium fluuiorum Europæ maximus. Etsi Strabo Classicus Autor desertam Noricorum regionem dixerit, nō refragor sententiç suç, potuit ita fuisse tempore suo: modo tamen cultissima est, inquit Aeneas Syluius, magnas & ambitiosas habens ciuitates, & oppida nobilissima: quorum splendorem nescimus tota Europa, quæ vincere possint. Agrum habet feracem Bauaria, & ad Danubij ripam vitiferum, pecorū magnam copiam: salis & ferri prædiues est: quæ in totam efferuntur Germaniā, Boshemiam, & Hungariam: populus frequens mercantiarū apperēs, munitissimis arcibus defensus, sacris çdibus magnificis extructis sumptibus, decorus: tanto vbicp splēdet ducatus ornatu, vt si Strabo palingenesia Pythagorica ab inferis reuocaretur, longe aliam de Norici spetie esset habiturus opinionem.

Isara
Vilsa
Oenus
Licus
Danubius
Europa.
Strabo
Sylui us
Germania
Hungaria
Boihemia
Strabo
Noricum

Et ne quisquam deesset indytissimo Baioariæ ducatui, prouide cogitarunt illustrissimi Duces, gloriosum esse optimo cuique principi habere rationem studiorū, in hac florenti Auripolitana ciuitate tā aeris clementia, quam situs amœnitate, ac omnium rerum abundantia maxime ad studium conueniente, ad piscosi Danubij littora Gymnasium litteratoriū erexerunt: quo agminatim ex omni Germaniæ prouincia scholastici bonis artibus & moribus instituendi, ac opibus litterarijs suffarcinandi, auidissime confluant. Et cum spe

Ingoldstat
Danubius
Anno. MCCCC. lxxij. in die Ioannis & Pauli.

cimen sit florentis Reip. vt eleganter Symachus inquit, disciplinarũ ꝓfessoribus opulenta stipendia tribui, beneficentissimi principes, diuinę ac humanę sapiẽtiæ doctoribus, amplissimis ex dominiorꝫ suorum proprietate dotationibus, larga pręmia abunde & liberaliter ꝓuiderunt: quo tam florens & famigeratũ, multiiuga doctorum in omnigenis artibus eruditione, factum est gymnasiũ nostrũ: vt cũ omnibus totius Germaniæ Achademijs celebritate contendat, cedat nulli. Et ne quicquam huic ornamento deesset/conlegiũ extruxerunt, pro perficiendis actibus scholasticis commodum: tam supbum ac magnificũ, vt nõ in Germania solum/sed nec in Italia quidem aut Gallia, aut memoratissimis priscorũ gymnasijs Attico, Alexãdrio, Massiliotico, & Tharsensi magnificẽtiꝰ fuisse crediderim Hunc tantũ ditionis vestrę thesaurum, hoc nobile clinodiũ o illustrissimi principes & vos (vti facitis) conseruare congruit, & quibusuis incrementis augere: ꝓspicientes vestrę ciuitatis Auripolitanę incrementũ, omnium terrarũ vestrarũ salutem, & vestram amplissimã gloriam, splẽdoremq́ sempiternũ ex gymnasio non mediocriter pendere. Neq́ potestis esse obliti/q̃ bene in ipsum fuerit animatus pater vester celebratissimus princeps (qui modo bene viuat deo) ꝙ nondum adepto ducatu isto opulentissimo, vniuersale studiũ in suo dominio/multis impensis erigere cogitauerat, iam etiã sacro dyplomate a sede Apostolica impetrato. Postq̃ tamen ꝓcerũ Imperij decreto & armis hanc vrbem cum cęteris sibi vendicauerat: mirũ dictu quo studio, qua cura, vtilitati Gymnasij inuigilauerit, multas statutarias ordinationes ac priuilegia, hoc ferme triẽnio/quo in pace ducatu nouo potitus est, ediderit: multoq́ maiora pro Gymnasij incremẽto conceperat, nisi mors interrupisset attentata, inter maxima amplissimi dominij sui negotia Gymnasij res existimãs. Prouidens ꝙ semper in eo futuri essent qui rebus, corporibus, animabus consulere possent: q in legationibus ad exteras nationes vel principes demandata fideliter & cum honore exequi possent: qui Imperatoris, Regum, Archiepiscoporum, Principum, & cõmunitatum consiliarij, medici, iudices cõmissarij, assessores esse possent: qui ad præclaros Archiepiscopatus, episcopatus, & reliquas ecclesiarũ dignitates, ad declamationis officia, ad nouellas Gymnasiorũ plantationes ab exteris magna Baioarię laude vocari possent & assumi. Tantus ꝓpterea fuit in Albrechto principe gymnasij amor/vt in tractatu pacis & concordię, noluerit Auripolim sibi adimi: non solũ ꝙ illic porta est Baioarię ad Franciam orientalem/sed & ꝙ palestra generalis studij ibidẽ vigeret: maluitq́ oĩa ferro & armis experiri/q̃ Gymnasio carere: quod exitus Baioarici belli conprobauit. Agite ergo o illustrissimi Principes, ea bonitatis & virtutis exẽpla in vobis abundent: patrẽin filijs recognoscimus, ea ꝓpter paternę virtutis arripite vestigia: & quæ ille morte præuentus, infecta dimisit/vos pro illustrissimarꝫ dñationum vestrarũ perpetuo honore perficere cogitetis: vt queadmodum estis eius in terreno Impio successores/ita & virtutis & prudentię sitis heredes. Et o vtinam tam perfecte illas effingatis ac reprę̃sentetis, q̃ fuere in illo cumulatissime, verissimum existimantes illud Satyricum.

Tota licet veteres exornent vndique cerę
Atria: nobilitas sola est atq́ vnica virtus

Symachus

Germania
Italia
Gallia
Atticum
Alexandrinũ
Massilioticũ
Tharsense.
Ingoldstat

Baioaria.
Albrechtus.
Ingoldstat

Francia:

Baioaricum bellum

Iuuenalis.

Pergatis ergo & bene ceptis insistite, vt vel patrē ęquetis/vel superetis: nam tanto plus glorię ei accedet/quanto a vobis magis superabit. Vobis aūt hoc cordi esse, idq; saxū voluere mihi est perspectissimū, q; annis ab hinc tribus & dimidio a vestris excellētissimis dn̄ationib⁹ a Friburgensi Brisachgoię achademia (q nōdum.xxiiij.etatis annū integre absoluerā) ad lectionē Theologię primariā, & ad Canonicatū ecclesiæ cathedralis Eistetteñ. liberalissime euocatus sum. Et quo plus excellentijs vestris essem obstrictus, apud amplissimū dn̄m meū Gabrielē de Eib antistitē Eistetteñ. dignissimū egerūt illustres dn̄ationes vestrę: vt sua reuerēdissima dn̄atio mihi vices suas in Cancellariato cōmitteret, qbus & lubētissime moregessit. Cui equidem gratię nec debeo/nec volo esse ingratus: cū nulli hoīes, sicut receptissimi authores testantur, a bene beateq; viuendi studio sint remotiores/q; q αχάριστοι a græcis, ingrati a latinis appellant. Beneficij itaq; accepti memor esse cupiens, CHRYSOPASSVM Prædestinationis diuinę p̄xima foetura apud me natū, & anno supiori in Gymnasio vestro extraria lectione finitū, sub vestrarū dn̄ationū noīe publicare decreui: ratus & id futurū apud illustres excellētias vestras meę in vos obseruātię testimoniū: & hunc diuinæ p̄notionis locū cuiq; lecturienti iucundissimū esse arbitratus: ex eo.n. docemur vt Persius Ethnicus inqt: Quid sumus: aut qd nam victuri gignimur: ordo

Quis datus: aut metę q; mollis flexus, & vnde.

Quis modus argento: quid phas optare

quem te deus esse

Iussit: & humana qua parte locatus es in re.

Credo tñ nō defuturos Tetricos iudices, seueros ac nasutos censores: q inclemēti samia hec nostra meditata excipient: causabunt fortasse iuuentam meā, & ingenium tanto negotio impar/q; primū viginti sex annos natus, discendi q; docendi muneri magis idoneus: de altissimo Theologię loco post tot & tāta doctorū dogmata & cōmentaria aliqd in ea re scribere attentauerim: sacræ lineę talū moturus/hanc arduā p̄destinationis materiā adgredi ausus fuerim, immemor Horatiani pręcepti Sumite materiam vestris qui scribitis ęquam

Viribus: & versate diu quid ferre recusent Quid valeant humeri.

Arguent item p̄lixiorē tractatum esse q; desiderent: sed parū hæc me mouerūt. Sumpsi enim libens hoc onus/vt mihi & alijs in metienda prędestinationis via inter tot contrariarū opinionū turbines, difficili admodū & salebrosā, quoquo modo consulerē. Nec in nostri sęculi pariēdis ingenijs effoetā defecisse naturā, qspiā arbitrari debet. Itaq; post tot summos Theologię antistites rem sum adgressus difficillimā: & spicas collegi & grana interdum, cū Moabitide post terga metentiū: quę aut sagaciū aliqn messorū oculos latuerint/aut visę etiā manus effugerint, aut grana saltē ob solis ardorē e gluma exciderint. Vtrū autem satis in parte fecerim, aliorū sed bonorum sit iudiciū: ita tñ mihi persuadeo, quanto minorem gratiā apud inuidos sumus habituri, tanto maiorē apud p̄bos ac doctos viros spero cōsequi: q studiū & labores, multijugā lectionē, nō annos meos metiant. Neq; p̄pendēti materię nodos nauseosa erit tractat⁹ p̄lixitas. Ineruditi.n. hoīs & negligētis esse duco: si quę vel quadā ten⁹ ad q̄stionē cōducāt, aut

Friburgum. Theologia Eistetteñ. Gabriel de Eib

Chrijsopassus

Persius

Horatius

Ruth

meminisse aut innuere praetermiserit. Exacte etiã non pertractasse quibus lector instrui posset/& quibus aperiendis, scribendi labor susceptus est, culpandũ maxime censeo/ac reprehensione dignum. Ferant ergo prolixiorem tractatum, quibus ingenio praeuolare datum est, inquit diuus Augustinus. Quare si qui haec lecturi sunt/boni consulant queso:& animum studiosis prodesse cupientem in Eckio agnoscant. Sed ad vos iam redeo illustrissimi principes: cum enim ea sit librorum dignitas/vt inscribi eos sibi maximi reges honestũ semper & gloriosum sunt arbitrati: quod eruditi scriptores impensissime obseruarunt. Quorum ego secutus exemplum, quicquid hoc vigiliarum est & sudorum/sicut pro meritis debeo, ita vltro volo:& vestris indytissimis excellentijs nuncupo & dedico sub quarum tutamine, vti sub Palladis Aegide latitans, Meduseos etiam vultus intueri ausim. Itaq; vestrum amplissimum principatũ, vestros populos & omnem Remp. vestram, deniq; gloriam. D.O.M. protegat, tueatur & florere faciat: excellentissimas quoq; dominationes vestras (quibus me cõmendo) diu saluas conseruet & incolumes. Valete & saluete illustriss. Principes ex foelici vestra Ingoldstattensi Achademia. XIIII. Kal. Maias. Anno salutis humanae Authore Christo IESV filio dei G. D. XIIII.

Augustinus

Eckius

Pallas: Medusa

Deo gloria.

VNIVERSIS SACRARVM LITTERARVM AC CHRISTIANE SAPIENTIAE PROFESSORIBVS IOANNES ECKIVS GRATIAM ET PACEM A DEO PATRE ET DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO.

DVM DOCTORIS SVBTILIS IOANNIS SCOTI placita interpretarer, Patres/Domini & Praeceptores colendissimi, incidi in praedestinationis quaestionem: quae ex continenti visa est mihi non indigna/in qua iuueniles exercere calores. Itaq; questio ipsa in librum excreuit: qui a multis doctis & eruditis viris sepicule fuit expetitus: quibus tãdem morem gerere apud me decreui. Prodit ergo in lucẽ tenellus liber etsi ferOculus, vestrũ subiturus iudicium, clarissimi & celeberrimi viri: quem oro ac obsecro humaniter ac beneuole excipiatis:& si quid emendandum obuenerit (obuenient autem non dubito plurima) id pro acutissimo iudicio vestra cum omni charitate & veritatis amore, nihil reueriti reformetis/deleatis ac obelis expungatis. Quoniam haec iuuenis admodũ, primum viginti sex annos natus, nulla temeritate/ sed solo veri studio operosissime congessi: tam doceri/ q̃ corrigi paratissimus: quare si alicubi erratũ meum offenderitis, aut si honorẽ patribus nostris sanctis doctoribus debitũ minus dedisse me contigerit: Date veniã optimi praeceptores tenello filio tã ardua adgresso. Cui etsi minus ex sententia interdũ aliqua ꝓuenerint, animus tamen honorandi omnes ecclesiasticos scriptores qui in vinea domini laborauerunt defuit nunq̃: vti pro meritis sunt extollendi laudibus/& non carpendi: sicut quidam versifex superioribus annis fecit: vbi tamen prudentissimos Senatores Augustę, Norinbergę ac Basileę laudare non sufficio: qui turpem eius libellum contra Iacobum Vuimphelingium amicũ nostrum, de Theologia be

ne meritum, & Theologos, suis calcographis excudendum inhibuerunt: & Reuerendissimi domini nostri Gabrielis de Eyb Episcopi Eistetteñ. Vicarius, exemplar ad suas manus per iurisdictionem ecclesiasticã aduocauit. Librũ ipsum vt huc redeam, CHRYSOPASSVM appellaui, q̄ ille Euangelij sol Ioannes in Apocalipsi pro decimo lapide supernæ ciuitatis Hierusalem illum posuerit, communi doctorum interpretamento decimum articulum fidei, qui est sanctorum communio, designante. Vbi autem perfectior reperitur sanctorum communio (quæ varia est vt nuper pluribus ad Leonhardum Abbatem Ottenburensem scripsimus) q̄ in prædestinationis gloria: quare non incõuenit libro hęc nomenclatura. Est autem CHRYSOPASSVS lapis Indicus purpureus, aureas habens guttas: vnde & nomen accepit. Nam Χρυσοσ aurum significat: & πασσοσ tinctum vel sparsum. Effectrices ipsius virtutes: & earum ad articulum accomodationem/ne sim longior, sciens prætereo. Vos vero veritatis amicos, diuinarum ac humanarum rerum peritissimos precor obnixius: vt hoc nostrum scribendi institutum profecto laboriosum, boni consulatis: & me paternitatibus vestris vt filiolum studiosum commẽdatum habeatis. Nam si ista non improbaueritis, cum maturior ętas aduenerit vti maiora/ita meliora edere curabimus. Valete dignissimi viri in IESV CHRISTO, qui vos omnes post hanc vitam prædestinatos ad ęternam prouehat beatitatem. Valete iterum & saluete

Deo Gloria

TABELLA IN QVA PRAETER SACRAE SCRIPTVRAE AVTORES AC SVMMORVM PONTIFICVM DECRETA THEOLOGORVM NOMINA RECENSENTVR QVORVM SENTENTIIS EX ORIGINALI DESVMPTIS IN HOC PRAEDESTINATIONIS CHRYSOPASSO VSI SVMVS

S.Dionyſius Areopagita
S. Ioannes Damaſcenus.
S.Gregorius Niſſenus.
S.A, Auguſtinꝰ Hippon̄
S.Hieronymꝰ Stridoniē.
B.Gregoriꝰ magnꝰ papa
S.Ambroſiꝰ Mediolan̄.
S.Athanaſius Alexādrinꝰ
S.Ioannes Chryſoſtomꝰ
Origenes Adamantius.
Alcuinꝰ primꝰ Parrhiſia.
Bœtius Seuerinus
Euſebius Pamphili
Petrus Longobardus
Iſidorus Hiſpalenſis.
S.Anſhelmꝰ Cantuariēſis
Alanus
S.Bernhardus Ciſterciē̄
Alexander de Ales
Thomas Aquinas.
Albertus magnus Sueuorum & Germanorꝝ gloria Germanus.
S.Euſtachiꝰ Bonauētura.
Aegidius Romanus
Richardus de media villa
Vuilhelmꝰ Altiſiodorēſ.
Vuilhelmus Parrhiſiēſis
Petrus de Tarantaſia
Durādus de.S. Portiano
Ioannes Duns Scotus
Herueus Brito
Nicholaus de Lyra
Vuilhelmus Occham.
Franciſcus Mayronis
Gregoriꝰ de Arimino.
Thom̄.de Argētina.Ger

Petrus Aquila
Robertus Holcot
Adam Goddam.
Hugolinus
Petrus de Aliaco
Ioannes Gerſon.
Richardus Armacanus.
Petrus de Candia
Marſiliꝰ de Inghen.Ger.
Ioannes Bacchonis.
Michael Bononienſis.
Paulus de Nongento
Vuilhelmus Gorris.
Paulus Burgenſis.
Clemens de terra ſalſa.
Vuilhelmns Vorrilong.
Ioannes Capreolus
Nicholaus de Orbellis
Nicholaꝰ dinckelſpuel.G
Narciſſus Auguſtanꝰ G.
Paulus de Nongento
Fortaliciȷ fidei autor.
Antoninus florentinus.
Armandus
Matheꝰ Doring Germ.
Nicholaus Magni Ger.
Nicholaꝰ Cuſanus Cardinalis Germanus.
Gabriel Byel primus prępoſitus in Schonbach.G.
Landulphus Chartuſianus Germanus.
Stephanus Bruliſer
Ioannes Picardus.
Petrus Eiſtetēſis Germ̄.
Dionyſius Ciſterciēſis.G
Chunradus Ebracenſis.

Guido Brianſonis — *Tranſlatione ſaltem*
Sybilla Monopolitanus.
Autor mallei Maleficarum Germanus
Ioannes Picus Mirandulanus Comes.
Petrꝰ garſias de Xantiua
Sulto Germanus
Iodocus Gartner Germ̄.
Franciſcus Picus Mirandulę comes
Chunradus Summenhardus Germanus,
Ioannes Maioris Glegorenſis
Ioānes Geiler Keiſerſpergius Germ̄.
Chunradꝰ Vuimpina.G
Paulus Scriptoris Ger.
Georgius Zingel Ger.
Pelbartus Themeſuuar
Iacobus Fabri Stapulēſis
Paulus Corteſius.
Mauritius Hibernas
Theodericus de Sūſtern præceptor.
Georgius de Northoſen præceptor.
Gregorius Reiſch Chartuſianus præceptor
Ioannes Briſgoicus promotor
Martinus Maioris Eckius patruus.
Iacobus Vuimphelingius Germanus cum aliȷs præceptoribus

TABELLA THEOLOGORVM QVOS VEL NON VIDIMVS, AVT VISOS OMNINO NON LEGIMVS. ALIORVM QVOQVE QVI SVNT EXTRA THEOLOGORVM ALEAM, ALBVM HIC REPERIES.

S.Gregor.Nanzianzenꝰ
Hugo de.S.Victore
Venerabilis Beda
Theophilus
Remigius
S.Seuerinus Germanus.
Henricꝰ de Gandauo. G
Vldricꝰ argẽtoraceñ.Ge.
Cassiodorus Romanus
Ruffinus.
Paulus Longobardus
Gilbertus Porretanus
Godefredus de fontibus
Iacobus de Esculo
Ioãnes varro seu Guarra præceptor Scoti,
Ioannes Climaci
Petrus Aureoli
Thomas Anglicus
Henricus de Hassia Ger.
Landulphus Minorita.
Antonius de valentia
Hugo augustinianus.
Gerhardus de Senis
Ioannes de turrecremata.
Campsalis.
Gerhardus Nouariensis.
Galtherus Anglicus.
Catho Anglicus.
Hibernicus
Sirensis
Eliphat
Holbertus
Brauardinus
Franciscus de Marchia.
Aegidius Viterbiensis
Andreas de Castro
Ioachim abbas.
Rabi Moyses
Rabi Salomon
Nicholaus Panormitanꝰ
Fœlix Malleolus Germa
Ioannes Buridãnus
Vldricus Zasius Germa
Ioãnes Reüchlin Phortzensis Germanus
Chunradꝰ Peütinger Augustanus Germa.
Laurẽtius Valla.
Henricus Bebelius poeta laureatus Germanꝰ.
Baptist.Mãtu.Carmelita
Symphorianus Champiꝰ
Paulus Venetus
Burleus.
Nicoletus Theatinus.
Benedictus victorius.
Georgius Bruxellẽsis.
Tisberus.
Paulus Ritius Israelita
Karolus Bouillus
Plato
Aristoteles
A.Seneca.
Algazel Arabs
Auerroys Cordubensis.
Auicenna.
M.Tulius Cicero
Plutarchus Chersonensis
Numenius
Chrysippus
Democritus
Theodoretus
Zeno
Carneades
Diagoras
Epicurus.
Diodorus.
Auicebron
Theodorus
Epimenides
Ennius
P.Vergilius Maro
Horatius Flaccus.
I.Iuuenalis
P.Ouidius Naso
Syllius Italicus
Claudianus.
Plautus &c.

AVdi tu lector, hanc tabellam præfigere placuit vt intelligeres q̄ propenso animo studuerinus cuilibet doctori suum honorem tribuere, quod ex ipsa operis serie facile accipies: videbis interdiu euocatū doctorem, non q̄ is eadem dicat/sed sępe q̄ ex dictis eius intelligentiā rei de qua loqmur nacti sumus, aut ansam & occasionē talia inueniendi nobis dederit. Aliquando quidem ꝓpositionem ex doctore citauimus, sed vel autoritate/ratione/aut declaratione ita fulciuimus & exornauimus q̄ legitimus autor eam vix vt suam agnosceret. Frequenter doctorem aut sacræ scripturę locum bene a nobis in fonte reuisum & cogni

tum ex alio citamus doctore, quo debita non frustretur laude: & fortius existat quod a pluribus affirmatur. Hoc etiam perpendat amicus lector/quorundam librorum aliquando a nobis lectorum copiam defuisse: aliquorũ item familiaritatem ita conplexi/vt vel ingenio, vel memoriæ confidentes/hos etiã præsentes in multis punctis iam nõ perspexerim⁹. Deinceps visos & lectos a nobis quos notauimus/non confestim existima exacte & integre a nobis perlustratos. Quo modo enim tam immenso labori ætatula nostra suffecisset: ante enim viginti annos Analphabeticus fui. Boni igitur consulas candide lector Eckianos labores: quos tam beneuolenti animo tibi legendos obtulit. Vale & salue.

SVMMARIVM ET REGESTVM CONTINVVM CHRYSOPASSI PRAEDESTINATIONIS IOANNIS ECKII Centuria. I.

TERTIVM PVNCTVM adducit doctores pro conclusione

QVARTVM PVNCTVM PROBATIVVM

QVINTVM PVNCTVM ELICIT COROLLARIA.

SEXTVM PVNCTVM IN QVO ADVERSAE OPINIONIS OMNIA DICTA Discutiuntur & repugnantia

ARTICVLVS TERTIVS DVBIORVM

signa prædestinationis

Centuria.IIII De existentibus in remotis insulis duo dubia mouentur

Martini Maioris Eckij patrui celebris mentio.

Si mille reuelaretur vnum dumtaxat ex eis esse prædestinatum/ quilibet debet reputare se esse illum

D.tertium Tertio dubio certitudo prædestinationis inquiritur, vbi ponitur quadruplex certitudo: scilicet immutabilitatis, infallibilitatis, necessitatis & firmitatis: quæ omnes pulchre declarantur

Fides quomodo est certior scientia.

Prædestinatio est certa ex parte dei, sed non ex parte rei euenientis.

Quartum Dubio quarto declaratur prædestinatum posse damnari

Quæ propositio sit de sensu composito vel diuiso: & Scotus a subtilitate in logica commendatur

Quadruplicia signa per Mayronem proponuntur

Abbatis Panormitani solutio ad dubium cum alijs reijcitur

Prædestinatus potest damnari: licet prædestinatum damnari sit impossibile.

Prædestinatus contingenter est prædestinatus, & potest nunquam fuisse prædestinatus: ita quod voluntas potest in opposita diuisim

Cautela vtilissima ad respondendum in hac materia.

Valla improbatur quod possibile non vult poni in esse

Quando consequentia eodem vtrobique addito valeat.

Si reprobatus perseueraret in gratia/ reprobatus saluaretur

Quintum Dubio quinto modus ponitur Mayronis quomodo humana mens capiat prędestinatum posse esse non prædestinatum: & improbatur.

Deus non potest aliquem de nouo prædestinare, nec determinare se.

Modus Bonauenturæ subtilis explicatur: & deprauatus locus eius restituitur.

Instans ęternitatis conplectitur omne tempus pro Bonauentura.

Francisci de Marchia modus subijcitur de duplici determinatione.

Sancti Ambrosij ad idem confirmatio.

Duo sunt quæ faciunt nobis illa difficilia. Primo quia imaginamur prædestinationem dei esse præteritam. Secundo quia arbitramur immutabile esse necessarium: quod quomodo verum sit/ explicatur.

Sextum Dubium sextum probat prædestinationem nō imponere necessitatem per Bonauenturam, Augustinum & Cameracensem

Præscientia dei nihil obest contingentiæ futuri

Philosophi stulti reputantur qui vel negarunt contingentiam rerū propter præscientiam, vel præscientiam negarunt propter contingentiam

Melius senserunt philosophi vtrumque concedentes: sicut Vergilius

Aureoli opinio philosophiæ affinis improbatur.

Propositio de pręterito vera in duobus casibus non est necessaria

Septimum Dubio septimo inquiritur an prædestinatio iuuetur precibus sanctorū: & multiplex sensus dubij proponitur: triuariam item illud euenire.

Sententia duplex declaratur: interlocutoria & diffinitiua

Prædestinationem iuuari precibus probatur in Traiano, Dagoberto, Minorita & Eticone patre sanctæ Otilię. Centuria.IIII.

Octauum dubium ambigit an resuscitati a morte in primo transitu fuerint prædestinati vel reprobati Octauum

Petri de Ebano error elidit. negantis mortuum vnq̃ resuscitatum.

Resuscitati in vtraque morte dolores mortis experti sunt

Opinio dicens resuscitatos in primo transitu fuisse reprobatos/ improbatur de Lazaro, vbi multiplex euasio excluditur.

Scoti sententia resuscitatos in primo transitu mansisse viatores

Communi sententia concluditur prædestinatos aliquando fuisse illos resuscitatos, aliquando vero reprobatos.

Prædestinatus in primo transitu/manet prædestinatus etiam in secundo

Quomodo in inferno nulla est redemptio.

Nono dubio tractatur quomodo vnus accipiat coronam alterius. Item quomodo vnus perdat coronam suam Nonum

Decimum dubium monstrat numerum prędestinatorum esse certum deo materialiter & formaliter, & aliter q̃ aliarũ rerũ: vbi Paulus Cortesius improbať Decimum

Numerus prædestinatorum non potest augeri

An sit aliquis numerus maxime conueniens prædestinatis inquiritur: & quantæ autoritatis Anshelmus sit/aperitur

Vndecimum dubium aperit viam Scoticam quomodo deus per prius prædestinet q̃ reprobet: & corollaria inferuntur. Vndecimum

Dein ad aliam opinionem transmigratur

Duodecimum dubiũ docet cur prædestinatus debeat laborare in bono opere. Duodecimũ

Torpidi a Bonauentura cum eorum argumento confutantur: ad quod facetum dictum Scoti adducitur

Eidem sententiæ diuus Ambrosius astipulatur, cui Cicero annectitur

Deus non prædestinat in omnem euentum/sed per media. idem Chrysippus

Alia solutio dubij per. F. Mayronem: & de fugienda ingratitudine.

Tertia solutio super eo, prædestinatus saluabitur agat quicquid velit

Tredecimo dubio ostenditur prædestinationem in re esse librum vitæ Tredecimum

Liber vitę multiplex describitur: & quomodo transfertur ad diuina.

Cur essentia dei non dicatur liber mortis sicut dicitur liber vitę: reiectis aliorum sententijs/autor ad mentem propriam enarrat.

Liber vitę adhuc varie accipitur ex Richardi mente

Decimumquartum dubium ambigit/an quis possit deleri de libro vitę: vbi notatur quem bifariam inscribi in libro vitę Decimũ quartum

Inscriptus libro vitę simpliciter nõ deletur de libro vitę, sed inscriptus secũdum quid bene deletur

Quomodo Moyses petijt deleri de libro vitę, quadruplex responsio proponitur. Ibi Doring tanq̃ nimis molestus Burgensi culpatur.

Decimumquintum dubium, Cur deus permittit malum damnationis in regno suo, proponit Decimũ quintum.

Ostenditur perfectionem vniuersi hoc exigere: vbi obiter. L. Valla taxatur / q

Centuria .v. negat ista opera esse Dionysij quae circumferuntur

Robertus Holcot quia existimauit aliquod malum a deo manere impunitum, quapropter exibilatur

An deus possit facere hominem natura impeccabilem / discutitur

Deus qui potest mala prohibere & non facit, permittendo non delinquit

Decimumsextum Decimosexto dubitatio euacuatur, Cur deus fecit hominem vt damnaret. Et cur creauit animam quam praesciuit damnandam

Solam voluntatem dei vtriusque esse causam ostenditur multiplici exemplo: & naturalia pulchra assignantur

Alia ratio per Orbellem assignatur, Autore propriam ad negotium istud, & pulchram acomodante.

Decimumseptimum Decimumseptimum dubium comprobat reprobatū adhuc debere agere gratias deo pro sui creatione: & hoc multis rationibus

An damnati magis appetant non esse q̄ sic esse diffuse agitur.

Scoti interpretatio super eo, Melius erat illi si natus non fuisset, respuit. Et quomodo peccatum sit infinitum declaratur

Damnati ordinato appetitu iam deberent potius velle sic damnari q̄ annihilari & Bonauentura sufficiens defenditur contra Bruliferum.

An damnatus teneatur tantum diligere deum quia eum damnauit, sicut beatus quia eum saluauit: vt inquit Occham.

Ratio Occham improbat, & quattuor vijs defendit. Quia damnati etiā demereantur, vel ad minus peccant, pulchra super hoc inuenies & notatu digna.

Tres adhuc rationes ad dubium conferuntur

Damnatio quomodo tendat in pulchritudinem vniuersi declaratur.

Decimumoctauum. Decimumoctauum dubium mouet, Cur praescitus debet conari ad bona opera, cum praescientia sit immutabilis

Euacuata ratione. S. Thomę / duae aliae dantur: & q deus & virtus per seipsum sit diligenda

Decimumnonū Decimunonū dubiū inuestigat, an deus possit alicui reuelare suā damnationē.

Reuelationis acceptio multiplex enudeatur, & prophetia praeteriti asseritur

Reuelationem contingenter esse reuelationem approbatur.

Reuelatio triuariam contingit / vt docet Ebracensis

Reuelationis diffinitio ponitur, & ex ea corollaria eliciuntur

Tam casus reparabilis / q̄ irreparabilis potest alicui praedici comminatorie vel conditionaliter

De potentia dei absoluta simpliciter deus potest reuelare hoī suā damnationem

Dubio vigesimo ambigitur, an reuelationi semper sit credendum

Quo lumine quis certificatur reuelationem sibi factam esse reuelationem

An prophetę semper intellexerint visa prophetice

Reuelationi exteriori in re dispensabili credendum est: quando constat reuelantem habere autoritatem a deo: sic iudęi tenebant credere Christo

Nullus tamen credat reuelanti oppositum praeceptorum indispensabilium dei.

David simulando coram rege Achis non peccauit: Iehu tñ multa mendacia immiscuit.
Deum etiã non posse mentiri etiam de potentia absoluta probat
Multiplex Anglicorum responsio eliditur
Mendacium cum intentione fallendi semper habet inordinationem annexam contra Anglicos probatur per apostolum & Augustinum
Deum non posse mentiri de potentia absoluta denuo probatur.
Si deus aliquid facit, iam illud non est peccatum; sed deus aliqua quia sunt peccata/facere non potest: alioquin deus non esset deus
Quomodo Abraham sine peccato potuit occidere Isaac.
Etiã si fidei subesset falsum/ adhuc credens quia præceptum a domino meretur
Ista quarta solutio Anglicorum per Autorem approbatur
Deus sicut non potest falli, ita non potest fallere
Obijcitur contra conclusionem.
An noticia sit formaliter noticia: aut requiratur ꝙ sit a potentia effectiue ad hoc ꝙ sit ei noticia/ subiucunde ponitur, & Aliacensis improbatur
Quicquid deus potest mediante causa secunda/ potest se solo: quomodo valeat Illa forma arguendi elucidatur ad mentem Mayronis, ad mentem Gregorij: & tertio ad mentem Autoris.
De materia illius: Quicquid potest deus mediante causa secunda &c.
Si deus reuelaret Eckebertum futurum qui postea non esset futurus, an deus fuisset mentitus: triplex solutio datur
Autor inuehitur in Petrum Aliacensem quem tam laudibus extollit.
Vigesimum tertium dubium in medium confert an Christus potuit falsum dicere & mentiri.
Opinio volentium naturam assumptam posse peccare exploditur: & ad oppositam transitur, cuius varia fundamenta explicantur
Solam naturam intellectualem assumi voluit Henricus & Picus
An ne quæstiones in sententias Dionysio ascriptæ sint Dionysij Cisterciẽsis aut Chunradi Ebracensis anceps est sententia. Ex hoc Dionysio duę pulchre propositiones eliguntur
Armacani sententia expolitur, Christum potuisse falsum dicere/ sed nõ mentiri.
Anglicorum sententia Christum potuisse mentiri
Verior opinio Christum non potuisse mentiri. Ratio huius per Hugolinũ traditur, a quo & duo articuli Parrhisienses inducuntur.
Triplex euasio ad articulos datur, & singulę excutiuntur
Fortis obiectio de negatione Petri proponitur.
Richardi solutio ponĩ & reprobaĩ; quia antecedens admittit necessariũ, & consequens contingens. Secundo quia vult illud quod deus præsciuit non posse non præsciuisse
Ioannis Maioris solutio ponĩ & reprobaĩ, quia admittit præteritũ posse non fuisse, cuius oppositũ ex ꝓprijs verbis conuinciĩ
Male concedit Ioannes Maioris pro antecedente Petrum non negare Christũ, infere/ Christum hoc nunꝗ reuelasse

FINIT TABVLA CHRYSOPASSI

Deo Gloria

VRBANVS RIEGER IN PRAEDEST. CHRYSOPASSVM IOANNIS ECKII: PHILOSOPHORVM ET THEOLOGORVM DECORIS: PRAECEPTORISQVE SELECTISSIMI AD CANDIDOS LECTORES.

Heus Germane bonis auibus consurge: tenebris
E densis nitidum porrige quęso caput
Spes non vana datur, iam sęcula vincere prisca.
Artibus omniugis: Moribus, Ingenio.
Non effœta viget nobis natura beatis.
Eckius hoc fœtu quod probat ecce nouo
Nostrates falso frigentia sydera carpunt
Sydera fœlici quæ non luce micant
Ipsa dei q̃uis sententia grandis abyssus
Condita cui soli pectoris antra patent
Delegit sibi quos, aut quos priuauit olimpo
Nouit ab ęterno solus vtrumq́ genus
Magna quidem res est/terrenis cordibus impar
Suspicit angelici quam pia turba chori
Hanc tamen attentat diuino numine ductus
Eckius interno lumine summa petens
Aetherei pandit mysteria cœlica regis
Humano captu scribere quanta licet
Hoc duce priscorum laudes superauimus omnis.
Quas studium doctis contulit acre viris
Fertilis vt tantum absoluit natura: videtur
Vbertim vires exeruisse suas.
Ingenium cuius non vllo limite strictum
Cuncta capit: tallet, discutit atq́ tenet
Rimatur terram: pelagus/mens prima polorum
Nota viro: noscit celsa quid astra ferant.
Empyreos tractus/leuibus ceu transuolat alis
Assyreos superum peruigil ipse duci.
Cyclica nõne apices pręstãt huic scripta supremos
Hic sophię cunctas continet vnus opes
Excordes odit, tumidos, prauosq́ sophistas
Solius veri casta medulla placet.
Doctorum decus est, celebri cognomine clarum.
Et quo nil maius tempora nostra vident.
Q, si tanta dedit florens iuuenilibus annis
Aetas quid grauior? maxima quæq́ dabit
Inspice lector opus, thesaurum volue latentem
Aere perexiguo candide lector eme.
Dispeream, ni mox hilaro sic ore sonabis
Vnus mille fouet pectora/mille sapit
Viuat Ioannes Ceruis viuacior ipsis
Ne tellus tanto sole sit orba: Vale. Deo Duce

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.

TRACTATVRI PRAEDESTINATIONIS MATEriam auditores & domini optimi, nõ nos præterit, quãto in periculo fluctuemus: cũ illam profundam diuinę prænotionis ratione͂ sub nebula & vmbra inuestigare auemus. Nam cui nõ in me͂tem venit, dũ de prædestinatione cogitat, illud sapie͂tis: Altiora te ne quęsieris. Et iudicia dei abyssus multa. I
Nam timendũ est, inqt Petrus Longobardus, ne curiose quęrentes hanc abyssum dimergantur in ꝓfundũ. Multi inquit, de isto ꝓfundo ratione͂ reddere quęre͂tes, atq; sec͂dm coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iuditiorũ dei cogitare conantes, in fabulas vanitatis abierũt. Nã alta est ꝓfunditas: quis inueniet eam? inquit sapiens. Et Iob temerariũ inquisitorem reprimit dicens: Forsitan vestigia dei cõpręhe͂des: & vsq; ad perfectum omnipotente͂ reperies. Excelsior cęlo est, & quid facies? ꝓfundior inferno est, & vnde cognosces? NE igitur opprimamur a gloria scrutantes maiestate͂ sec͂dm sapientis dictum. vtilius forsitan esset exclamare cũ Esaia illo Euangelico ꝓpheta: Vere tu es deus absconditus, deus israel saluator. Et admirando cum Paulo gentium apostolo dicere: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientię dei q̃ incõpręhensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles vię eius. Quis eni͂ nouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Quid ergo? Balbutiendo dicam ad dominum. A a a. Ecce nescio loqui: quia puer sum ego. Vera sunt hæc profecto, & quemlibet admonentia ne curiose, vane, præsumptuose aut temere diuina scrutetur mysteria: quia dat deus (inquit propheta) scrutatores secretorum quasi nõ sint. II
Quis autem ambigit deo admodum placere, si cum omni humilitate & modestia, cum debita reuerentia & honore, summa etiã Theologię fastigia plus in orantis modum q̃ studentis, quæramus dinoscere. Nõne ipsa suprema veritas hoc ipsum nobis faciendũ pręcepit. Scrutamini inquit scripturas. Et secretorum dei conscius Paulus electionis vas ait spiritum omnia scrutari, etiã profunda dei. Neq; quicquam formidandum est, si non superbe, sed deuote: si non curiose, sed studiose: si non per ambitionem, sed cum affectu sapientiã petamus a deo, vt mittat illam de sede magnitudinis suæ vt nobiscum sit & laboret, vt sciamus quid acceptum sit deo omni tempore: tunc enim non desperandum, imo magis sperandum est Danielis testimonio ipsum reuelare profunda & abscondita. Etsi rem non intime ac in vniuersum vti se habet, notione nostrã ambiamus: At saltem pro modulo capacitatis nostræ ac status vię in quo versamur. Ita enim fiet, vt non solum pœnam vitemus arrogantibus commi natam & impositam: sed & pręmium speremus, vitam ęternam pro nostris laboribus recepturi: q̃m qui me elucidant (inqt sapientia) vitã ęternã habebunt.
MISERICORDIAM ergo pete͂tes ab eo qui mutorum labia reserat, & lin- III

[Margin notes: P. Longobardus; Iob; Esaias; Paulus; Saluator; Paulus; Sapiens; Daniel]

guas infantium facit disertas/non cum Zacharia patre Ioannis dubitantes/sed cum Maria matre Iesu admirãtes, Quomodo fiat istud inquiramus/ ꝙ deus vult omnes homines saluos fieri:& tamen cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt scd'm electionem maneret propositum dei: nõ ex operibus/sed ex vocante dictum est ei:quia maior seruiet minori.sicut scriptum est.Iacob dilexi:Esau autem odio habui.Sub ista nẽpe forma diuus. A.

Augustinus capi. ii. de pre dest. et gratia

Augustinus ferme hanc disceptationẽ proposuit capite secundo de prędest. & gratia. Nam perpetua est illa diuinæ prędestinationis & reprobationis materia a sacræ scripturę interpretibus a tot annis ventilata. Digna vtiqꜫ, digna profecto circa quam hominis ingenium exerceatur:cui elaboratis laboribus defecata Theologi mens diligentẽ operam impendat. Hoc ergo saxum & nos voluamus, spicas colligentes cum Moabitide post terga metentiũ. Et more scholastico, vt ordinate singula illius materiæ(quantũ deus ꝑ sua liberalissima misericordia nos iuuerit)expiscari possim. Ex illo infinito pelago sapiẽtię diuinę, titulum præscribam rei de qua in præsentia nobis sermo futurus est.

VTRVM SIT ALIQVA RATIO VEL CAVSA PRAEDESTINATIONIS DIVINAE AVT REPROBATIONIS EX PARTE CREATVRAE PRAEDESTINATAE VEL REPROBATE

Antequam veniam ad titulũ quæstionis vel declarandum vel dissoluendum documenta quædam etsi Theologo cõmunia, non tamen admodum huic negotio pęculiariter impertinentia: in qua oportet vt humana garrulitas apponat digitum ori suo, & fateatur vt Ioannes Gerson admonet cum psalmista. Quia iustus est dñs in omnibus vijs suis.

Gerson

IIII PRIMVM DOCVMENTVM. Ne innitaris prudentiæ tuę. Istud ponitur a sapiente in prouerbijs. Et resumit Summus Pontifex de Constitutionibus. & est clarum. Si enim quis vult pręsumere de sua industria, scientia, vel sagacitate: & ita inniti singularitati/statim cadet in barathrum erroris & ignorantiæ. Isti documento obuiarunt omnes hæretici; quare dati sunt in reprobum sensum.

Athanasii Symbolum

V SECVNDVM DOCVMENTVM. Quicunqꜫ vult saluus esse ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem. Ista est regula beati Athanasij Alexandrini Episcopi in Symbolo: & satis liquet per se. Nam hęc est petra supra quã Christus ędificauit ecclesiam suam. Nullus ergo conetur diuinas notiones deducere ad suam intelligentiam: sed potius econtra nitatur debilitatem ingenij sui euehere ad illa sublimia dei mysteria, in captiuitatẽ redigens intellectum in obsequiũ christi: vt docet apostolus. Istud documentũ explicat adhuc intelligibilius Anshelmus de concordia præscientię & liberi arbitrij cap. xviij. dicens: Quando habemus rationem cui scriptura repugnat/ꝗuis videatur nobis ista ratio inexpugnabilis, nulla tamen veritate fulciri credenda est: quoniam etiam scd'm diuum Augustinum ad Volusianum. dicamus deũ aliquid posse quod

Paulus

Anshelmus

Augustinus

nos fateamur inuestigare non posse:& ad præsentem materiam applicat istud documentum celebris doctor ex familia sancti Dominici Roberthus Holcot dicens: Licet nullam haberē rationem ad concordandū cum rerū contingentia, diuinam præscientiam & reuelationes non minus ideo crederem, quin illa vere simul stent:& argumenta optima quæ ponunt in contrarium/reputarem sophystica:licet nullus foret qui ea sciret soluere. Holcot

ADVERTENDVM quoq; istud documentum saluare meritum fidei in sanctis doctoribus & alijs inquisitoribus Theologicarum profunditatū: cum non solum credibilia/sed quo pacto deo fuerint possibilia nituntur exponere VI
Neq; obstat dictum Beati Gregorij:Fides non habet meritum/vbi humana ratio præbet experimentum. Prompta enim illa voluntas/& paratus ad credendum animus, etiam si nulla ratio adesset studio copulata/meritū fidei nō modo non minuit/sed maioreminmodum auget:quoniam in primis vult tenere catholicā fidem. Vt si (exempli gratia)Theologus iam inuiolabili fide & inconcussa teneat tm̄ vnū esse deū:scrutetur postmodum ad eam rem rationes vel demōstratiuas:vt vult doctor subtilis.vel persuasiuas:vt arbitratur iuniorū cohors.nihil hoc merito fidei suæ officiet,modo acquiescat documēto magni illius Athanasij quod iam tradidimus.Hæc est diui Thomæ Aquinatis sententia in secunda secundæ.q.i.art.x.Et Seraphici doctoris Bonauēturæ in prologo Sententiarū cum alijs Theologiæ antistitibus.Verum est quod dominus Cardinalis Petrus de Aliaco in.q.i.primi.distinguit de duplici fide infusa:scilicet & acquisita:modo libenter admittit Theologum per studiū suum & inquisitionem perdere fidem acquisitam/sed non infusam.Alias autē ego olten di in prologo Guillermi de Occham, dum eum Friburgi studiosis auditoribus interpretarer,subtilem viā per quā & fidei & sciētię meritū possunt simul consistere. Neq; vna alteri repugnet/sed potius eam firmet ac intendat/sicut ignis calorē solis:quod omnes habent dicere qui fidem contendunt in æterna patria manere:quod Augustinus quoq; arbitratus est in libro illo diuino de trinitate dei libro decimoquarto.:sed ad alia festinamus:& in singularib⁹ nostris illud abunde consignauimus.

Gregorius — Scotus — Thomas Bonauentura — Aliacensis — Occham anno millesimo quingentesimo nono — Augustinus

TERTIVM DICTVN seu documentū.Libenter credere & captiuare intellectum suū,maxime dum videt prudentiores se/& exercitatos in tali sciētia concorditer aliquid astruere.Ita nos instruit Esaias ꝓpheta: Nisi credideritis, non intelligetis.sic habent septuaginta interpretes:nostra vero translatio habet Nisi credideritis/nō permanebitis.Istud documentū in omni sciētia, in omni opinione perdiscenda est maxime fructuosum.Nullus nasum moueat ꝙ opinione dixerim:nam prẹter creditā & pauca scita cętera opinamur:vt & Cicero se opinatorē vocitat in Achademicis Augustino renarrante.Et Nicholaus Cusanus,magnū Germaniæ lumen,vniuersam nostrā cognitionē ferme in coniecturas retulerit.Cuiusq; ergo doctoris sententia facile addiscit/dum verum dixisse creditur.Expertus loquor,totū intellectum sępe doctoribus obtuli/ vt sensa eorū ꝓfunda eruere possem.Isti documēto obuiat ineruditorum & lai- VII

Cicero — Augustinus — Cusanus

torum indocta manus:qui frequenter in ista altissima materia opponunt doctis viris temere secundum grossitiem capitis eorũ:qui non habent promptitudinẽ
Esaias illam viris intelligentibus credendi:& ego ero eis ꝓpheta cum Esaia quia non intelligent. Et signũ huius est/ꝙ non permittunt aliũ huius negotij magistrũ ad finem & ad fundum loqui:sed interrũpentes eruditam boni viri discussionem ex nimia & stulta præsumptione confestim opponũt clamando & vociferando, vt sic credentes se sapientes/stulti fiant:& se nonnunꝗ̃ inextricabilibus inuoluant erroribus. Et huius rationem de puro malo in simili reddit sanctus
Bonauẽtura Bonauentura dicens:Et huius ratio potissima est ipsa mater cæcitatis superbia, quæ regnat in quibusdam laicis/quantũ ad ea quę sunt fidei & morum. Cum enim sicut ideoq̧ præsumunt sacram scripturã exponere/quæ est ꝓfundissima omnium scripturarũ:cum iterum habeant quandam honestatẽ exteriorẽ/ contemnunt vitam aliorum omniũ:& merito huius duplicis superbiæ excęcant̃ vt nesciãt discernere inter bonũ & malũ. Hæc Bon. Et differt istud documentũ a secundo:quia secundũ respicit credenda de necessitate,& supplet quasi vicẽ ꝓtestationis:sed istud respicit multa quę hęc concomitant̃ aut subsequuntur, aut ad ea intelligenda conducunt, instruens omnino quomodo animus addiscentis debeat se in Theologi schola habere.

IX QVARTVM DOCVMENTVM & hic spetiale. Cauendum omnino ne nimiũ nobis & meritis nostris tribuam⁹. E regione curemus vt & libertatẽ voluntatis nostræ/& liberalitatẽ voluntatis diuinę nõ imminuamus. Priorem
Esaias partẽ ꝓpheta Esaias edocet: Vniuersæ iustic̨ię nostræ (inquit) sunt quasi pannus menstruatę. Et dominus inquit: Si feceritis hęc omnia dicite quia serui in-
Pelagius Iulianus utiles sum⁹. Huic obuiauit Pelagius, Iulianus, & reliqua male sentiẽtiũ cohors volentes hominẽ ex puris naturalibus non modo posse euitare omne peccatũ, etiã originale/sed & vitam ętenrnã ꝓmereri de condigno:ꝙuis consummationem beatitatis semper deo attribuerint. Nam hij fuere præcipue Pelagianorũ
Augustinus de pdest. san. errores diuo Augustino tradente. Primo:quia gratiam arbitrabant̃ dari secundum merita. Secũdo hominẽ posse sine peccatis viuere ex puris naturalibus affirmabant. Tertio peccatum originale in paruulis esse diffitebant̃. Altera documenti pars ex officina venit sancti Bonauenturæ in primo, dum inquit: Cauendum est/ne dum voluntatem dei magnificare voluerimus, potius ei derogemus: ac sic in errorem incidamus:& loquitur de liberalitate dei. Huic obuiauerũt Ma-
Manicheus Iouinianus nichęus ac Iouinianus hęretici, illo dicente hominẽ peccare non posse, isto hominem peccatũ vitare non posse. De quibus Petrus Longobardus in secundo
P. Longobardus Collectanei sui sententiarum Theologicarum

X QVINTVM DOCVMENTVM. Quomodocunꝗ̃ arbitremur & opinemur ad vtrũlibet/ad certã tamen sanctorũ dicẽdi normam hoc faciamus: & vt deus sine iniustitia & libertas electionis suę saluet̃. Quo ad implicitũ de cer-
Augustinus ta norma loquẽdi astruit hoc diuus Augustinus decimo de ciuitate dei dicẽs: Liberis verbis loquunt̃ philosophi:nec in rebus ad intelligẽdum difficillimis offensionẽ relligiosarũ aurium ꝑtimescunt:nobis autẽ ad certã regulam loqui

phas est/ne verborum licentia etiam de rebus quæ hijs significantur impiam gignat opinionem. Documentũ vero in se ponit doctor subtilis/ qui cum multorum recitasset doctorum sententias, subiungit: De istis opinionibus omnibus/ quia apostolus videt disputans de hac materia ad Romanos in fine quasi totum inperscrutabile relinquere: O altitudo (inquiens) diuitiarum sapientiæ & scientię dei: & quis nouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Ideo ne scrutando de profundo secd'm dictum magistri eatur in profundum, eligat quæ magis placet/ dum tamen saluetur libertas diuina sine aliqua iniustitia. & alia quæ saluanda sunt circa deum liberaliter eligentem. Hæc Scotus. *Scotus*

Hæc documenta cuilibet plane obuia libuit vt anteambulones pręmittere: quorum tamen vtilitas & necessitas melius elucescet/ dum materia ipsa pertractabit. Erunt autem tres articuli huius nodosæ quæstionis, vt exacte & magistraliter discutiatur. Primus erit breuis terminorum declaratiuus. Secundus prolixior, duarum opinionum principalium contradicentium recitatiuus/ cum declarationibus, euidentialibus, & corollarijs ad hanc rem deseruientibus: & per istum cuiq; erit manifesta quæstionis discussio/ in quam partem declinare voluerit. Placuit enim id nobis quod Cicero de fato inquit, in vtramq; scilicet partem perpetuam explicare orationem: quo facilius id a quoque probaretur/ quod cuique maxime probabile videretur. Tertius articulus gygantea pceritate adauctus, erit dubiorum resolutiuus: nõ solum remotiorum & subtiliorum/ sed vulgarium quoq; & indoctorum: quorum quisq; quãto minus sapit, eo magis de hac altissima prædestinationis materia disputat & opponit. XI *Cicero*

ANNVE PRINCIPIO REX REGVM MAXIME NOSTRO

PRIMVS ARTICVLVS

Explicat terminos declarandos: vt sunt prædestinatio, reprobatio, effectus vtriusq;, obduratio & similes. Hoc autẽ scitote domini mei/ q breuibus hic præfabor me libere in hac materia loquuturum/ quantũ THEOLOGO concessum est: per omnes doctorum scholas, per omnia enblemata discurram, schedas omnes excutiam: nulli in præsentia addictus doctori/ vt assolẽt nostri sęculi Anagnostes facere: & adhuc plus valuit iste adicendi modus paulo supra ętatẽ nostrã; liber ergo ero illud Horatij sequut⁹: XII

Nullius addictus iurare in verba magistri *Horatius*

Quo me cunq; rapit tempestas deferor hospes.

Duos tamen præcipue venerabor, Diuum scilicet Eustachium Bonauenturã, & Ioannem Scotum cognomento subtilem: non tamen eos habebo ac lidium lapidem/ vt ab eorum sententia (si ita visum fuerit) nõ liceat recedere. Primus ergo terminus declarandus est Prædestinatio, qui a Ioanne Scoto ita diffinit/ vt a definitione Ciceronis instituto auspicemur *Bonauentura* *Scotus* *Cicero*

PRAEDESTINATIO

XIII Est ordinatio electionis a diuina voluntate alicuius creaturæ rationalis vel intellectualis ad gratiam & gloriam. Illa definitio quo ad singulas particulas est primitus declarāda: dein aliorū sentimenta & definita veniunt subiungenda.

PRIMA DIFFINITIONIS PARTICVLA

XIIII Est ordinatio electionis a diuina voluntate. Cum dicit: Est ordinatio, insinuat actum cuiuscunq; potentiæ non esse prædestinationem absolute, sed respectiue: prout videlicet respicit creaturam quam ordinat ad aliquē finem: & ita vltra actum (scd'm doctores) importat respectum. Sed quis sit iste respectus/ inter alios Frāciscus Mayronis in Conflatu copiosius explicat per multas conclusiones ostendens quomodo dicat respectum rationis non realē: præterea quomodo dicat respectum formalem, contingenter enim inest: licet fundamentaliter dicat velle diuinum.

Mayronis

XV Additur præterea/ ꝙ sit ordinatio electionis: nam deus præeligit prædestinatum non prædestinato: sic sanctus Thomas ponit deum primo diligere, dein eligere: & tertio prædestinare: licet contrarius modus sit in nobis. Quis autē Guilhelmus Vorrilon hic faciat differentiā inter electionem & prædestinationem/ quia prædestinatio sit respectu finis, & electio respectu mediorum ad finem/ iuxta modum loquendi Aristotelis in tertio Ethicorū: saluo tamen eius honore/ hoc nihil cogit. Nam Aristoteles loquitur de electione quæ sequitur consiliū & deliberationem: vt quia laborās appetit sanitatē/ & consulit per quę media possit illam indipisci: tunc enim electio est respectu mediorū, an vel per potiones medicas vel cataplasmata/ aut per abstinentiā seu deambulationē velit sanari. In proposito autem nostro electio dicit solum liberam præacceptionem vnius præ alio: & sic est tam respectu finis/ ꝗ respectu mediorum. Vnde sic veritas inquit: Multi sunt vocati: pauci vero electi. quod profecto respectu finis necessario accipiendum est.

Thomas

Vorrilon

XVI COROLLARIVM. Melius ergo distinguit. S. Bonauentura ex significantia terminorū: quia prædestinatio dicat directionē rei in finem: sed electio dicat quandam separationē rei ab aliis ꝓpositis. Hoc tamen addendum/ ꝙ Bonauentura ponit triplicem electionē. Prima est scd'm affectionē dilectionis dei Et illa est prædestinatio ęterna de qua loquitur Christus apud Ioannem: Ego scio quos elegerim. Alia est electio finalis gratificationis. Et illa est certū signū prioris: quia qui perseuerauerit in finem/ hic saluus erit. Math. x. Tertia est electio temporalis prælationis. Et illa electio nec est signū/ nec effectus prædestinationis: multi enim præferuntur mali & reprobi. Et vtinā (inquit. S. Bonauētura) non sint plures mali ꝗ boni in prælatione & dignitate constituti. Et de tali electione loquit̄ Christus apud Ioannem: Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est: Ioan. vi. Sequit̄ domin⁹ Brulifer in primo. & Cardinalis Cameracē. in sermone habito in synodo. Et hoc de illo termino electio

Bonauentura

Bonauētura

Brulifer

Cameracēsis

ADDITVR prætcrea in diffinitione/ꝙ prædestinatio sit ordinatio electionis a diuina voluntate: per quod satis innuitur prædestinationē esse actum voluntatis. Nam prædestinare in re, est velle diuinū quo vult creaturæ rationali dare gloriā: nihilominus tamen cum iuxta diui A. Augustini sententiā nihil sit volitum/nisi cognitū, prædestinatio vel includit/vel præsupponit actum intellectus. Et ita prædestinatio principaliter dicit actum voluntatis diuinæ: & solum concomitanter/vel præsuppositiue actum intellectus diuini. XVII Augustinus

COROLLARIVM. Prædestinatio ergo non pertinet ad intellectum/ vel ad scientiam dei principaliter. oppositum huius voluere clarissima Theologię lumina/ Alexander de Ales, Richardus de media villa: & ille Cherubicus doctor sanctus Thomas. Et ea quidem ratione fulciuntur: quia directio rei in finem/est opus rationis vt a voluntate mouet: ita dicit diuus Thomas de veritate. q. vi. art. i. Prædestinatio ergo pertinet ad rationē: præterea quia prædestinatio diffinitur esse scientia beneplaciti, vbi scientia ponit in recto/ & beneplacitum in obliquo, quod respicit voluntatē. Sed hęc iacula facile deprecabimur: nam primo assumptū non admittit vt ratio distinguit cōtra voluntatē: & maxime vbi est libertas eligentis. Alterū vero diluit sanctus Bonauentura, qui etsi vtramqꝫ opinionē reputet probabilem, magis tamen accedit ad veritatē corollarij iam positi: & ait illam diffinitionem allegatam debere intelligi de scientia practica quæ cum actu intellectus includat voluntatem. Potest etiam accipi vt dictum per concomitantiam XVIII Ales Richardus Thomas Bonauentura

COROLLARIVM. Eadem ratione Gulermus Vorrilon non admittitur dum prædestinationē ratione ordinatiōis arbitrat includere intellectum: quia ipsius intellectus sit ordinare: & certe mirandū est de eo (viso ꝙ fuit Scoti sequax) quomodo taliter opinari potuit, cum sancti Thomæ asseclę referentes prædestinationem ad intellectum/adhuc non ausi fuerūt illam ordinationem referre ad intellectum, sed rationē illius ordinis/vt statim dicturi sumus. Vnde vehementer miror cum prædestinatio (ipso etiam teste) sit actus voluntatis qs actus tunc sit prædestinatio, si non est principaliter illa ordinatio quę scd'm eum pertinet ad intellectum. Hoc tamen verum est ꝙ sanctus Bonauētura ponit duplicē esse ordinē. Vnus ordo est dispositionis rerū in vniuerso: & ille appropriatur scientiæ scd'm eum· Alius est ordo directionis rei in finē: & sic appropriatur voluntati: & hoc secundo modo est de ratione prædestinationis. XIX Vorrilon XX Bonauentura

COROLLARIVM. Adhuc minus probabile apparet quod dicit Sanctus Thomas in scripto prouidentiam saluari posse in sola speculatione scd'm rationem sui nominis, cum sit ars gubernationis: oppositum est verum per prædicta. Et Capreolus doctrinæ sancti Thomę assertor inuictus (vt dixit Prieranus) a præceptore/in hoc loco desciuit: & doctorem sanctum se emendasse fatetur de veritate. q. vi. art. i. Quia ibi assentitur prædestinationē pertinere ad practicam/sicut ideam ad speculationem. Verum tamen Petrus Aureoli exacte semper librans tam sancti doctoris dogmata. Hoc quoqꝫ improbat prædestinationem, puta non esse scientiam practicam. euocatur dist. xl. q. iiij. primi. XXI Thomas Capreolus XXII Prieranus Aureolus

XXII COROLLARIVM. Stat ergo in veritate ꝙ ab initio diximus prædestinationem esse ordinationem a voluntate dei factam: & non solum rationem ordinis illius quæ fit obiectiue in deo/ sicut domin⁹ Capreolus vult palliare opinionem preceptoris sui. & Henricus Gorcheym in dicato opere huic materiæ dicit ad mentem doctoris sancti/ prædestinationem esse rationem ordinis aliquorum in salutem eternam, in mente dei existens. Prima autē corollarij pars probatur a Francisco Mayronis: quia prædestinatio est quædam sententia diffinitiua: modo diffinire in contingentibus pertinet ad voluntatem: & hoc claret per verba Apostoli ad Ephesios. i. Deus prædestinauit nos scd'm propositum voluntatis suę. Sanctus Bonauentura probat sic: Quia esto ꝙ deus prescirет aliquem habiturum gratiam & gloriam aliunde ꝙ̄ ab ipso/ non diceretur eum prædestinare: sicut sanctissimus Petrus quantumcunq; me sciat saluãdum tamen nō dicitur me prædestinare. Præterea ex verbis sancti Thomæ parte. i. q. xix. art. iiij. deus est causa rerum per suam voluntatem, & non per scientiam: patet per eundem par. i. q. xiij. art. viij. Sed prędestinatio dicit effectum dei in prædestinato quo ad gratiam in præsenti, & gloriam in futuro: ergo prædestinatio est ex volũtate dei tanꝙ̄ ex principali. Confirmatur per illud Apostoli ad Romanos: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperant̄ in bonum hijs qui scd'm propositum vocati sunt sancti, vbi glossa scd'm propositũ exponit prædestinationem. Nam quis hoc non nouit propositum esse actum

XXIIII voluntatis/ quo volo & intendo me hoc facturũ. Et aduerte ꝙ illud etiã Capreolus a veritate coactus fassus est. Dũ enim solueret rationes Aureoli inquit

XXV Prædestinatio includit voluntatē inquantũ vltra prescientiã addit ordinationē in finem/ quæ est actus voluntatis. Et dominus Petrus de Tarantasia ordinis diui Dominici electus Romanus pontifex: & Innocentius quintus dictus, pertractans illam materiam. q. ij. dis. xl. vult prędestinationem pertinere partim ad scientiam seu intellectum: & partim ad voluntatem

XXVI COROLLARIVM aliud. Ex prædictis sequitur prædestinationē proprie non esse speciem, vel quasi partem præscientiæ generaliter dictæ. Cum enim prædestinatio principaliter pertineat ad voluntatē/ vt iam docuimus, sed præscientia a voluntate secernitur. Multi tamē controuertunt hoc corollarium etiã de prouidentia: cum deus omnibus ꝓuideat/ & nō omnes prædestinet. Deus item omnibus dat prouisionem qua poterunt peruenire ad gloriã/ sed non omnes perueniunt. Accedit ergo Herueus Brito huic sententiæ/ prædestinationem pertinere ad prouidentiam: & prouidentiam ad præscientiam, & ad bo

XXVII norum collationem faciendam creaturæ. Cui ferme eadem notula subscribit ex iunioribus magister Marsilius Budorini studij plantator (ita enim Heidelbergam Budorim a Ptolomęo appellatam volũt) Sed corollarium nostrum hijs plane aduersatur/ nisi dicta eorum intelligere velint per concomitantiam, aut præsuppositiue. Et ita dicit D. Iodocus Gartner. quęstione vltima primi. Quia non est possibile deum prædestinare/ nisi præsciat. Hinc frequens dicendi modus apud sanctos & doctores inoleuit/ vt prædestinationem diffini

Marginal notes: Capreolus; Gorcheim; Mayronis; Bonauentura; Thomas; Capreolus; Tarantasia; Herueus; Marsilius Obiit anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto; Gartner

rent:& sepissime exprimerent per praescientiam, sine qua quidem praedestinatio non existit

COROLLARIVM. Sic ergo apparet quomodo veritatē habere potest qd S.Bonauentura, Vorrilon, Marsilius, Pelbartus & alij dicunt prędestinationē referri ad tria: scilicet ad potentiā, scientiam, & ad voluntatē. Potest enim referri ad scientiam vt disponentē: & scd'm hoc definit a diuo Augustino de bono perseuerantiae. Praedestinatio est praesciētia beneficiorū dei. Et debet illa diffinitio scd'm Bruliferū intelligi concomitanter: vt iam saepe diximus. Secundo potest referri ad voluntatem vt efficientē & volentē. Et sic diffinitur a diuo A. Augustino de praedestinatione sanctorum. Praedestinatio est ꝓpositum miserandi: id est vitam ętemā largiēdi. Vnde non accipit hic misericordia large ꝓ quacunqꝫ liberalitate dei, vel mitigatione iustitię, nec pro liberatione precise a miseria: sed stricte vsurpat pro largitione vitę ęternae: quę expositio non debet alicui videri extraria: nam eam voluit glossa ad Romanos.ix. super illo: Cuius vult miseret: exponit/ id est vitam ętemā largit. Sic de duplici misericordia pulchre loquitur Stephanus Brulifer, quem secundum Scotū nominitant

XXVIII Bonauentura Vorrilon Marsilius Pelbartus Augustinus Brulifer Augustinus XXIX Brulifer

Rosa Trigona Geometrica ex arte Charoli Bouilli



APPENDIX. Non ergo videt conueniēter dictum a S.Thoma (salua semper eius sanctitate) in solutione argumenti art.i.par.i, q:xxiij. pręfatam praedestinationis definitionē a diuo Augustino positā angelis non conuenire, & hoc ex vi nominis: quia misereri sit a miseria liberare, modo angeli non fuerunt in miseria: ergo ex ea non fuerunt liberati, & ita nec praedestinati iuxta huius definitionis formulā: attamen ei hoc loco repugnamus/ & aliter ac ipse interpretatus est, accipimus miserādi voculam vt iam diximus. Quāuis & hoc nō desit dicere quidem angelos bonos a miseria liberatos vt S.Thomas exponit/ non quidem curando: quia illam (vt bene arguit Thomas) non habuerūt/ sed prę seruando ne illam inciderent. Tertio praedestinatio scd'm pręfatos doctores respicit potentiā vt exequentē: & sic eam diffinit diuus Augustinus de fide ad Petrum. Praedestinatio est gratuitę donationis praeparatio. Dicas tu breuibus praedestinationem quidem pertinere ad scientiam subsequenter: ad potentiam antecedenter: & ad voluntatem formaliter.

XXX Thomas Augustinus

APPENDIX. Hoc tamen adiecto/ ꝙ etsi in numerū ponant in angelis & in nobis potentia volitiua & executiua, non tamen in deo. Primū probat: quia XXXI

angeli nō sēp̄ possunt exequi quod volunt/aut velle possunt:vnde virtus illa
XXXII Sybilla executiua est realis/quēadmodū Sybilla Monopolitanus in suis quęstionibus decidit bellum inter Michaelem & angelos eius ex vna,& luciferū ex alia non fuisse corporale cum corporibus caruerint:nec tamen fuisse purū intentionale: scilicet per velle & intelligere:sed fuit bellum reale per virtutē illam executiuā/qua vnus realiter submouebat aliū ex loco:ita enim imaginatur etiam Franciscus Mayronis in sermone de angelis/ꝙ sicut angelus potest mouere cœlū vel corpus assumptū/ita potest semouere aliū angelū debiliorē se:& maxime quādo est specialis influxus dei,sicut credit factū in illo prælio Michaelis de quo laute scripsit illa sacra anima Apocalipsis.xij.Vis videre totum negotium de illis potentijs executiuis & volitiuis accede Franciscū dis.xliiij.primi.q.v.vbi fusius & notabilius tangit istam materiam cæteris. Secūda vero appendicis pars
Lōgobardus est manifestaria:quia velle dei efficax est exequi eius. Vnde etiam magister ex mente sanctorum,dum signa voluntatis diuinæ enumerat,pro volitione efficaci nominat operationē.Propterea Dauid inquit:Omnia quæcunq; voluit fecit.Psal.c.xiij.Et apostolus subscribit:Volūtati eius quis resistet.ad Roma.ix.
XXXIII COROLLARIVM. Aliud ex diffinitione sequit̄,Q; solus deus prædestinat:quia dicit̄ ꝙ sit a voluntate dei:& ꝓbat̄:Solus deus potest alicui conferre gratiam & gloriā,ergo solus deus prædestinat:licet enim creatura possit pręcibus iuuare prædestinationē/non tamen prędestinat.Nam sicut creatura quantūcunq; perfecta nō potest beatificare:quia solo deo fruendū est:vt patet dis.i.primi.ita nō potest prędestinare/vel aliquē efficaciter ordinare ad vitā ęternā.
XXXIIII EPILOGVS huius primæ particulæ:Sic ergo constat prædestinationē principaliter dicere volitionē dei/qua vult efficaciter creaturæ suæ vitā ęternam: licet deus quia intelligens operat̄,intelligit etiā se velle dare huic gloriā.Quāuis
Bonauentura autem dominus Bonauētura dicat prædestinationem principaliter importare essentiam diuinā:hoc tamē pium efflagitat interpretem: nam realiter id verum est,iuxta communem Theologorum maximā,essentia diuina quia infinita in deo idēptificat sibi omnia realiter:attamē formaliter prędestinatio est volitio
Brulifer Scotus dei.Hinc dominus Stephanus dicit Scotum non contradicere Bonauenturæ, sed subtiliare & iuuare textum Bonauenturæ.

SECVNDA PARS DIFFINITIONIS

XXXV Alicuius creaturæ rationalis vel intellectualis.Sicut prima particula ostēdit prędestinantem/ita ista secūda ostendit nobis prædestinabile.Et primo dicit/ alicuius creaturæ .Per hoc excludit̄ superbenedicta trinitas: quia deus nō est prędestinabilis.Ex quo statim liquet non omne beatificabile esse prædestinabile, patet de deo qui est beatissimus/imo ipsa beatitudo. Hinc magistri nostri distinxerunt de duplici natura beata.vna necessario/scilicet diuina. alia vero contingenter,vt creata
XXXVI COROLLARIVM.Filius dei proprie & simpliciter non est prædestinatus Sequit̄ ex declaratione iam data: quia deus nō est prędestinabilis. Non enim præparat̄ filio aliquod futurum bonū:nec aliquod bonū consequit̄ ex gratia:

quia habet a natura. Ad hanc sententiam loquitur notabiliter dominus Narcissus dis. vij. tertij dicens: Tria requiruntur ad hoc ꝙ aliquis sit prædestinatus ad aliquid. Primo/ꝙ illud possit ei conuenire. Secundo/ꝙ nō ex se, sed dono alterius conueniat: quia est respectu eorū quæ virtute propria quis non attingit. Tertio/ꝙ illud ad quod fit prædestinatio sequatur natura prædestinationem & prædestinatum: nam prædestinatio in suo nomine importat prioritatem. Fuit autem additum in corollario/ proprie. propter glosam ad Romanos primo super illo: Qui prædestinatus est filius dei. vbi glossema admittit filium dei prædestinatum vt sit filius dei: quod est multum improprie loquutum. Et pro tanto dictum: quia per missionem suam nobis innotuit deum habere filium, quod fuit vmbraticum in veteri testamento. Et ita interpretantur glosam illam magistri nostri prædicta dis. vij. tertij. Additum fuit preterea in corollario/ simpliciter. Nempe sedm quid potest dici prædestinatus esse homo/ sicut homo dicitur prædestinatus esse filius dei: quo modo loquitur apostolus ad Romanos primo: Qui prædestinatus est esse filius dei sedm virtutē. Et eo modo dicerem Vuilhelmū esse prædestinatum ducem Baioariæ. Narcissus dicit nec conuertētem/ nec conuersam de rigore concedendam: filius dei est prædestinatus esse homo/ ꝙ secūdum & tertiū requisita deficiāt. At vbi in sacra scriptura/ aut apud sanctos doctores occurrant fore pie interpretandas

Narcissus

Narcissus

COROLLARIVM. Qꝛ ergo Christus dicitur prædestinatus/ cū non possit esse ratione diuinitatis, restat vt sedm humanitatem intelligatur: cum persona quæ etiam est deus non possit dici prædestinata: & hoc verum ratione personæ, tamē bene ratione humanitatis vnitæ & prædestinatę. Hoc astruūt verba beati Augustini ad Prosperum & Hylarium de prædestinatione sanctorū vbi dicit: Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat sedm carnē filius Dauid, esset in virtute filius dei. Cur autem prædestinatū esse dictum de Iesu Christo non transferatur quoqꝫ ad deū per cōmunicationē ideomatū, remitto ad tertium: & notanter ad dominū Cardinalem Aliacensem in. q. vnica tertij. Et Hugolinum ex ordine diui. A. Augustini subtilem & peracutum Theologū.

XXXVII

Augustinus

Aliacensis
Hugolinus

COROLLARIVM. Creatura rationalis quęlibet/ & solum talis est prędestinabilis: licet non quælibet talis sit prædestinata, nisi accipias in prima distributionem pro generibus singulorum. Corollariū illud expresse deriuatur ex fonte definitionis. Verum non ita laxis velis nauigarunt hic. S. Thomas. Bonauentura & alij: vt supra meminimus. Dicit enim Bonauentura: Prædestinatio aliquando dicit præparationem boni: & sic conuenit angelis & Christo. Alio modo liberationem a malo: & sic conueniat solum hominibus. Corollarium tamen apparet verum non obstantibus illis Heroicis viris, quoniam etsi de facto homines prædestinati liberentur a miseria & malo: tamen hoc non est de ratione prædestinationis. Si enim Adam non peccasset, tunc genus humanum non incidisset in miseriam: adhuc homines fuissent prædestinati: & tamen nulla fuisset a malo liberatio nisi pręseruando, vti nunc contingit de angelis. Non ergo est de ratione prædestinationis liberatio a malo. Doctores aūt isti asse-

Thomas
Bonauentura

Prepositus Byel xerunt solum præsentem statū. Vnde vehementer miror Gabrielem Byel fœlicis studij Tibingensis plantatorē diffiniuisse prędestinationē per liberationē

XXXIX COROLLARIVM. Cum intellectuale in diffinitione importet tam hominem ꝙ angelum, non apposite Guillermus hæc ab inuicem secernit isto pacto
Vorrilon ꝙ rationale sumatur pro homine: & intellectuale pro angelo, qui non discurrat in cognitione, modo discurrere sit opus rationis. Corollarium probatur: quia communi doctorum sententia etiam angeli discurrūt: & doctor subtilis
Scotus Nicō. Orbel. non refragatur. dis. vi. secundi. Accedente Nicholao de Orbellis ibidem. q. iij.
XXXX Nam cum angelus malus sc̄dm magistros nostros in dis. vij. & viij. secundi. non possit scrutari secreta cordium nostrorum, vel per naturam suam vt vult communis opinio, aut dei imperio constrictus & ligatus, vt vult Scotus cum iunioribus in secundo & in quarto dis. x. q. viij. Potest tamen deuenire in eorum cognitionē per signa aliqua exteriora. Modo cognoscere rem per signū non accidit sine discursu, quo discurrit a signo ad signatum. Verum est ꝙ di-
Thomas Vorrilon P. Scriptoris uus Thomas tenet oppositum huius quo ad discurrere & ratiocinari in angelis: ad cuius dogma Guillermus Vorrilon conformiter dixisset. Hoc tamen non est prętereundum quod frater Paulus scriptoris Minorita (quem Tibin-
XXXXI Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono gæ olim adhuc puellus audiui sententias Occham interpretantem) in prologo Ioannis Scoti adnotauit, differre inter se rationale & intellectuale: quia rationale sit passio naturæ intellectualis, cum idem sit quod discursiuum. id est aptum natum discurrere. Ex quo infert hactenus irrationabiliter sumptum rationale
Pro Cusano loco differentiæ hominis/ cum potuerit haberi vera hominis differentia: scilicet intellectualitas: quæ etsi non conuertatur cum homine: quoniam hoc non est necessum: vt patet ex secūdo posteriorū. Sufficit enim ꝙ tota definitio conuertatur cum definito. Sed hęc quasi extraria missa faciamus: & in alia parerga expatiemur rem altius pensantes de prædestinabilibus. Pro quo in medium heę conferuntur propositiones.

XXXXII PRIMA PROPOSITIO. Christus est primus inter prædestinatos. Ista ꝓ-
Paulus positio est apostoli ad Romanos. viij. Christus est primogenitus in fratribus. Et patet ex alio: quia Christus est deo propinquior & sanctior: ergo deus prius voluit nobilissimæ animæ gloriam quam alicui sanctorū. Quod vt fiat palam/ propono aliam propositionem, quæ est quasi fons illius

XXXXIII SECVNDA. Nulla prædestinatio est occasionata a peccato alterius. Probatur: quia si hoc daretur, consequens foret vnum debere gaudere de peccato alterius, quod nullo pacto est admittendum. Confirmatur: quia prædestinatio sc̄dm modum nostrum intelligendi & ex natura rei pręcedit reprobationem:
XXXXIIII Pelbartus ergo prædestinatio non potest esse occasionata a peccato, propter quod quis reprobatur. Antecedens probat Pelbartus sic: Quia ea quę sunt per se, sunt priora hijs quæ sunt per accidens: cum illa quæ sunt per accidens reducantur ad illa quæ sunt per se ex secundo physicorum. Sed prædestinatio est per se, & reprobatio per accidens: ergo prædestinatio est prior ex natura rei reprobatione: quare nō potest esse occasionata a peccato. Minor huius rationis ita conpro

batur:nã prædestinatio est actus diuinæ voluntatis/ex prima particula: sed voluntas per se intendit finem & beatitudinẽ: Deus vero per accidens reprobat: quia solum propter peccatum,& illud ordinando,reprobat:alioquin oporteret dicere peccata esse de per se de ratione & perfectione vniuersi.Firmat illã rationem quod Vorrilon addit/deum quasi inuitum trahi ad reprobationẽ, vt per prophetam inquit:Heu vindicabor ab inimicis meis. Non ergo erit per se intenta a deo.Illa ratio videtur esse achilles istorũ doctorum: quorsum tamen deducat ex corollarijs audiemus,& tertio articulo illius ratiõis virtus locuplete discutiet.Posset omnibus hijs addi/ꝙ deus vult omnes homines saluos fieri,vt inquit Apostolus.i.ad Thimotheum.ij. Quod intelligit Damascenus & alij doctores.dis.xlvi.primi.secđm voluntatẽ antecedentem: sed ꝙ aliquos vult damnare/hoc est voluntate subsequente.Notetur ante & sub,tunc inuenietur prioritas & posterioritas:neq; hoc iuniori aut Neoterico incõueniẽs videri debet,vt statim loco suo ostẽdem⁹.Sed audiamus qđ inferat frater Stephan⁹ hic

Vorrilon

Paulus

Damascenus

COROLLARIVM. Sequitur ergo ꝙ filius in diuinis fuisset incarnatus/ si Adam non peccasset.Domini mei scio quod saxũ hic voluam:non cęcutio.Oppositum huius corollarij tenet Bonauentura tanꝙ probabilius.Et.S. Thomas ille Theologiæ antesignanus in scripto super sententias. Glossa in Clementina vnica de sum.tri.& fide catho.super verbo ex tempore. Et tota iuniorum cohors plenis manibus aduolat. Marsilius pluribus verbis id ait.Verum doctor subtilis hoc corollariũ affirmat: & ante eũ d.irrefragabilis Alexander de Ales idem præmonstrauit.Et ratio non deest:quoniam aſs prædestinatio CHRISTI esset occasionata:quod si esset verum,iam non esset primogenitus ex fratribus contra diui Pauli sententiam.Neq; aliquis tergiuersando de multiplici generatione/argumentũ illud potest elidere:non enim potest intelligi de generatione temporali:quia nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio ad Hebręos primo.Neq; de ęterna generatione filij hoc dictum est/cum sic non sit frater noster.Loquitur ergo de generatione prædestinationis in mente ęterna de qua loquitur sapiens in Ecclesiastico:Primogenita ante omnẽ creaturã,nondum erant abyssi/& concępta eram.Neq; solutio iuniorum placet mihi,tenentium partem oppositam,sicuti ostenderem aperto marte/ nisi prolixior essem in re extraria.Mayronis ponit incarnationem verbi esse finem omnium operationum dei:quod improbat Petrus de Candia in tertio.q.vl.ar.iij.

Brulifer XXXXV

Bonauentura

Thomas

Marsilius

Scotus

Ales

Linconiensis vt renarrat Candia

paulus

Mayronis

Candia

NOTVLA. Nec tamen quispiam me adiuratum huic opinioni existimet/ vt rationem in propositionibus adductam tanquã ex Apollinis oraculo, aut Sybillinum responsum suspitiam:quinimo opinionem oppositam probabiliorẽ reputo,quã etiam disputando annis abhinc octo in Friburgensi gymnasio publicitus tenui.Sed ita etiam collaudo quod iuniorũ solutiones cõtundat ac elidat/dum iam regnum increatum diuitius factum arbitrantur vno homine/ ꝙ si Adam non peccasset.Mihi vero aliter visum est ꝙ ipsi sentiunt.Si enim Adã non lapso filius dei nõ fuisset incarnatus/adhuc illa nobilissima anima CHRISTI fuisset creata,& humanitas illa Benedicta:sicut nunc subsistit in supposito

Anno millesimo quingentesimo quarto

diuino/hoc est filio:ita fuisset subsistens in supposito proprio:sicut iam huma nitas aliorum hominũ.de quo in dis.i.tertij.Et sic ratio Scoti nihil faceret contra opinionem Bonauenturæ:nec ex aduerso pugnarent rationes Marsilij & similium:sed vtcumque quis sentiat susquedeque facio

Cusanus VNVM prȩterire non possum/Nicholaum Cusanum virum rerum ac literarum veterum impense doctum,qui longe alia ratione deducit Christum natũ etiam si Adam non peccasset:vt per ipsum qui est maximũ contractum a maximo absoluto oĩa in esse cõtractionis ꝓdirent:& in absolutũ per mediũ eiusdẽ redirẽt tanq̃ per principiũ emanationis / & finẽ reductionis.Complicat enim humanitas Christi omnia creabilia:sed quia hȩc partim negatiuã/ partim symbolicã redolent Theologiã, quã in præsentia non est consiliũ tangere:sed eam

Eckius (deo bene fauente,& vita comite) statui ad annũ dñi.M.D.XIIII.more scholastico publicitus profiteri,inserta Theologia veterũ Orphica, Trismegistica, Platonica & Peripatetica:ideo in præsentia missa faciam.Videat quis Cusanũ libro tertio de docta ignorantia capite tertio & quarto.

XXXXVI COROLLARIVM. Homines non sunt creati principaliter ad reparãdam angelorum ruinam.Patet propositum:quia dato q̃ nullus angelorũ deliquisset/adhuc deus creasset homines prædestinatos.Item ex ꝓpositione anteq̃ deus præuidit casum angelorum/prȩdestinauit omnes electos,alioquin iam prȩdestinatio esset occasionata:quod propositioni aduersatur.

XXXXVII COROLLARIVM. Si Adam non peccasset,nullus reproborũ fuisset genitus/sed solum prædestinati.Istud corollarium est doctoris subtilis in secun-

Scotus

Gregorius do.dis.xx.& pro eius confirmatione adducit B.Gregorium.viij.moralium:Si parentem primum nulla peccati putredo corrũperet/nequaquã ex se filios gehennȩ generaret:sed hij qui nunc saluãdi sunt per redemptionem solum ab il-

Augustinus lo electi nascerentur.Idem voluit Augustinus de ciuitate dei libro.xiiij.& est

Gabriel communis doctorum conclusio.Vnus Gabriel Byel prepositus,quod meminerim,ingenij forsitan periculũ facturus/fodit cisternas nouas & peregrinas, ostendens contrarium huius corollarij probabile:sed tu argumenta eius dissu endo hoc aduerte,omnia argumenta eius huc tendere,q̃ possibile fuit illos nõ fuisse electos/qui nunc sunt electi/si Adam nõ peccasset: qđ nullũ arbitror negaturum qui doctorum sensa legerit dis.xl.primi.in Sabatharia quæstione,an prædestinatus possit dãnari:& nos suo loco non obticebimus. Omnes enim, nullo in diuorsum eunte,assentiuntur illas de possibili in sensu diuiso esse veras.Argumenta ergo domini præpositi veritatem illarum possibilium ostendunt,non plus si Adam non peccasset/q̃ iam cum peccauit.Verũ de illis possi

Capreolus bilibus dominus Capreolus est singularis/quod suo loco discutiemus. tu qui

Gorris esuris vide Guillermum Gorrim post alios obiter aliqua dicentẽ: Quomodo item.S.Barbara habuisset alium parentẽ q̃ habuit:Ita sanctus Martinus.S.Augustinus & alij.Sed ne sim prolixior iusto,remitto me ad doctores vbi supra

APPENDIX NOVA ET MIRANDA

Dabitis veniã auditores candidissimi homini studioso,& qui multa solet per-

legere,ſi exotica quædã & hijs ſcholis adhuc inſueta attulero:talia inquam quę
ſine riſu (deriſum dicere non audeo) vix audietis.Cum autem exaſſe intellexeri
tis/non pænitebit vos tempuſculum illud auditioni tam paruę collocaſſe. Sed
quid verbis moror? iam iam edixiſſem negotiũ.Intellexiſtis ne quęſo ex omni
doctorum turma dumtaxat duo genera creaturarũ prædeſtinabilia, Angelicũ
puta & humanum:accepiſtis hoc ꝓbe.Audite quid dicturus ſim:Non deſunt
qui ſubſtantiã aliquam mediam ponunt inter angelum & hominẽ. Et ne ęni-
gmate vos detineam,ſtatim baptiſo medium, ipſam ſcilicet animam cœli(aut ſi
ita mauis pluratiuo eloqui numero) dicito animas orbium cœleſtiũ: ita videli
cet vt animaſticus ordo ſtatim ordinem angelicũ ſubſequatur. Sed hæc omnia
aſpernamini video:ſuffultiam ergo dictum illud vt non vſq; adeo abhorrens
tibi videatur a veritate.Et primo quidem Paulus Ritius doctior inter conuer- Ritius
ſos ex iudaiſmo noſtra tempeſtate in Iſagoge Cabalę.xxxvi.cõcluſione id pro-
bare dicit/ ſublimium corporũ motum & ſucceſſionẽ,Auerroim inducens. Si Auerrois
enim ſola ſubſtantia ſeparata motũ agat orbis cœleſtis/ tunc is quidem fiet in
non tempore:quo falſo comperto/alia profecto dãda eſt corporis virtus mo-
to corpori inherens,quam animam dicimus.Et vt robuſtior fiat iſta Ritij ar-
gumentatio/adduco locum Auerrois (ita communiter appellatur:etſi Ioannes Reuchlin
Reuchlin Germanus & ſueuus plurimarũ literarum ſcĩetiſſimus eum aliter ap-
pellet.) Auerrois ergo.xij.Metaphyſices.commento.xl.ita inquit: Motus cœli
ex duobus componitur motoribus:quorũ vnus eſt finitę motionis exiſtens in
eo.Alter vero motionis infinitæ:& eſt potentia quę nõ eſt in materia.Non cu-
ro hic cp doctores digladiantur,an Ariſtoteles eius mentis fuerit vt crediderit Scotus
deum eſſe infiniti vigoris:nota eſt Ioan.Scoti:Thomæ de Argentina/& iunio Argentinus
rum doctorum controuerſia:Tantum in pręſentia aſſequi liceat præter moto-
rem ſeparatum (quem intelligentiã dicimus) eſſe motorem cõiunctum: quem
non niſi animam cœli dicere poſſumus.Hanc ſententiã apoſtolicos dicit tenuiſ- Plato
ſe ſcriptores vna cũ tota Platonica turbá & Arabũ,plęriſq; Stagyritę ſectatori- Arabes Theophra
bus/ſtrennue id affirmãtibus:quorũ Theophraſtus eius ſucceſſor Gellio teſte ſtus Gellius
& Plutarcho præcipuus creditur.Et ne orbiũ quidem dumtaxat/ſed omnium Plutarchus
ſtellarum peculiares fuiſſe animas Proclus & Iamblychus cum multis alijs opi Proclus Iamblychus
nati ſunt. Stomacharis forſitan indulgentiſſime auditor quos tibi iudæos lo-
tos,quos Arabes aut Hiſpanos neſcias,aut reliquã Ethnicorum turbam ciem:
Magnos edepol viros & non ſpernendos tibi adduxi:ſed vt votorũ te faciam
compotem,proſequar Ritij argumenta.Primum ex noſtris adducit A. Augu- Auguſtinus
ſtinum hoc cum formidine quadam cenſentẽ:conſule eius Enchiridion.Orige Origenes
nem dein Adamantinũ euocat/qui hoc ſępius aſtruat. Requiratur Eccleſiaſtes
primo:quo loco & diuus Hieronymus hoc liquido diffinit:poſt quæ conclu- Hieronymus
dit Ritius.Alienũ itaq; ne putes/ſi & Cabaliſta in Euangeliorũ cœnobio ani- Ritius
mam ſtatuat.Si enim (vt in Enchiridion Auguſtinus loquit̃) animata ſint cœ-
leſtia corpora/pertinent ad ſocietatem angelorum illorũ animæ. Proderit tibi

Cusanus in hac imaginatione quod Cusanus Cardinalis (quem non immerito post Albrechtum magnum in Philosophia & Theologia doctissimum Germanũ iudico) in libro secundo de docta ignorantia capite duodecimo explicat. Sed vereor ne ex isto Cusani capite nauigationem tibi praepares ad mundum lunarẽ

Lucianus vti alter Lucianus de veris narrationibus ex Pythagorę & Orphei institutis.

Cortesius Cortesius dis. iiij. secundi Stoicos connumerat mentem diuinã in astris ponentes.

Augustinus Augustinus iterum de ciuitate dei libro tredecimo dubitat. Verũtamen cũ

Hieronymus sanctus Hieronymus libros Periarchion Origenis cribraret inter cęteros damnabiles errores, hunc quoq; Origenem in primo libro scripsisse testat᷑: & Damascenus lib. ij. inquit: Nullus animatos coelos existimet, inanimati enim sunt,

Origenes Damascenus

Augustinus & insensibiles. Augustinus quoq; in libro de cognitione verę vitę de astris inquit: Qui ea rationabilia vel saltem sensibilia corpore arbitrantur, iure sensu carentes inter irrationabilia computant᷑. Diuus Thomas scientius genus hoc totum (inquit Cortesius) ratione astringit. Ad Hieronymum vero Ecclesiastici primo respondet Gregorius Reischius Cartusianus praeceptor noster/ ipsum recitatiue locutum scd'm opinionem Philosophorum & Poetarũ, quorum testimonia citat. Habes quod quaeris de anima coeli.

Thomas

G. Reischius

TERTIA DIFFINITIONIS PARTICVLA

XLVIII Ad gratiam & gloriam. Ad gratiam/ scilicet in praesenti: & gloriam in futuro. Queãdmodum enim prima particula exprimit praedestinantẽ, secunda prędestinabile, ita tertia exprimit id ad quod fit praedestinatio. Vel sic scd'm Bonauenturã, & redit in idem: In praedestinatione est quis/ & est deus praedestinãs quo ad primum: Est quid, & est creatura rationalis vel intellectualis praedestinata quo ad secundum: Est per quid, scilicet gratia per quã prędestinat᷑. Et ad qd, scilicet gloria quo ad tertiũ. Pro istius declaratione pono has ꝓpositiones.

Bonauentura

PROPOSITIO PRIMA. Cum principale significatum praedestinationis sit essentia dei scd'm Bonauenturam, vel volitio dei formaliter scd'm Scotum vt patet ex prima particula: restat adhuc praedestinationis triplex connotatum: scilicet creatura intellectualis: gratia seu opera eius meritoria: & gloria. Et inter illa connotata gloria est principalius: non ratione essentiae/ sed intimioris significationis.

SECVNDA

XLXIX Non solũ praedestinatio respicit gloriã/ sed etiã gratiã tanq̃ effectum. Patet ex diffinitione data a doctore subtili: & non solũ gratiã/ sed & omnia bona quae deus vult dare habentia ordinẽ ad vitã ęternã: vt sunt bona opera gratiae/ quae cõnumerant Gregorius Arimineñ. & Petrus de Aliaco inter prędestinationis effectus. Sed & illis Clemens de terra salsa ex diui Thomę Aquatis sentẽtia superaddit pręparationem ad gratiam, ita vt sint quattuor effectus per ordinem ipsius prędestinationis: scilicet praeparatio ad gratiam, gratia, opera meritoria, gloria: Sic magister Marsilius connumerat vocationem, iustificationem, & finalem perseuerãtiam. Et Henricus Gorcheim dicit: Omne dei beneficium qd' homini confertur ad salutem/ est effectus praedestinationis. Et quod plus est,

Ariminensis Aliacensis

Clemens

Heruecus Brito ponit etiam liberum arbitrium esse effectum prędestinationis. dicit enim sic:vnde male imaginantur illi qui putant φ gratia sit effectus prædestinationis,& non bonus vsus liberi arbitrij gratia informati: imo totũ hoc cadit sub effectu prædestinationis.Etiam liberum arbitrium vt pręordinatum est ad eliciendas tales operationes/includitur in effectu prædestinationis. Sed istud tangit principale Brocardum,ideo nolo hic esse prolixior: sed quemadmodum bellaturi aliquando aciem instructam ostentant & retrocedunt/ velites & leuis armaturæ milites aliquando præmittunt qui stratagemata parent: ita & nos principali digladiationi præludimus,acre bellũ in secundo articulo instructuri.Obijciemus tamen paucis hic contra prædictam diffinitionẽ, solũ alienis præsidijs & mercenario milite Herueus

PPIMO Obijcit Gabriel contra hoc commune quod dicũt doctores gratiã includi in prædestinatione. Licet enim deus scd'm legem ordinatam non det alicui in patria gloriam/nisi det in præsenti gratiã:hoc autem non est de per se de ratione prędestinationis, quod sic cõprobat:Quia si deus alicui ꝓposuisset/ vel ꝓponeret se velle cõferre vitam ęternã sine gratia,(quod ipse posset ex conclusо multorũ doctorum dis.xvij.primi.) talis esset prædestinatus/ φuis non acciperet gratiã in vita:ergo gratia non includit per se in ratione prædestinationis/sed solũ gloria.Quod si verum est/iam sola vita ęterna est ꝓprie prędestinationis effectus.Ob eam forte rationem dixit Brulifer:Prædestinatio principaliter respicit gloriã,tamen concomitanter etiam respicit gratiam:quod si doctores hoc modo intelligant/iã non habet dominus prępositus Gabriel quod impugnet. L Prepositus Brulifer

APPENDIX

Illud fortasse fuit quod mouit Thomã de Argentina Germanũ nõ incelebris doctrinæ virum/vt prędestinationẽ biuariã vsurpari decerneret,vno modo ꝓ collatione quorũcunque beneficiorũ a deo in salutem ordinatorũ. Alio modo spetialiter respectu hominũ in vitam ęternam dirigendorũ.Prima acceptio videtur esse scd'm communem opinionem:sed secũda videt esse magis ꝓpria & vera:vt etiã diuus A.Augustinus loquutus est in libro de prędestinatione sanctorum. Prædestinatio est destinatio alicuius in finem. Huc adde (si ita libitũ est) Dionysiũ Cistertiensem/qui ex diui A.Augustini sententia largiorẽ adhuc inducit prædestinationis vsurpationẽ,quãcunq; puta hominis destinationẽ in finem siue bonũ/siue malum:quo pacto etiam damnati prędestinati dicuntur in ęternam damnationem:recurras ad ipsum/& Richardum si ita volueris. LI Argentinus Augustinus Dionysius Richardus

SECVNDO

Obijcit Guillermus de Occham contra Thomã & asseclas,vbi dixit præparationem ad gratiã esse effectum prędestinationis:& instat tali medio:Totus effectus prædestinationis repugnat existenti in peccato mortali: sed præparatio ad gratiam (quę scd'm doctores communiter in quarto vocat attritio)non repugnat existenti in peccato mortali;ergo non includitur in effectu prædestinationis.Maior apparet nota ex terminis:quoniam si aliquis velit ꝓteruire dicat LII Occham

propter pium deum, quando velit ponere prædestinationē ſcd'm præſentē iuſticiam. Minor ſatis nota eſt per doctores vbi ſupra: licet multum controuertant de attritionis & contritionis alteritate: nullus tamen admittit quē dici prędeſtinatum propter illum ſolum motum præparationis: ratio tamen prędeſtinationis poſſet dici iniciatiue. Idem poſſet dici de quibuſcunq; bonis operibus ex genere quæ fiunt in peccato mortali. Sed de his omnibus alſs.

LIII Poſſet addi q peccata iſto modo deberent dici effectus prędeſtinationis ſi taliter vellemus extendere voculas. Sequela patet per gloſſam ordinariam ſuper illo ad Romanos octauo: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonū/hijs qui ſcd'm propoſitum vocati ſunt ſancti. vbi inquit gloſſa etiam peccata cooperātur in bonum prædeſtinatis, vt ſint feruentiores/humiliores/& cautiores. Exemplū in promptu adfert de ſancto Petro &c. Mille huiuſmodi afferri poſſent propoſitum confirmantia

TERTIO

LIIII Obijci poteſt per eaſdem rationes contra Herueum. Idem enim eſſet effectus prædeſtinationis & reprobationis/cum aliquando liberum arbitrium ſit ſub peccato, aliquādo ſub gratia. Et contra rationem Heruei poſſet ad formam ſic argui cum dicit de ordinatione: Vel intelligit de ordinatione ad vitam æternā per ſe, vel per accidens. Si per ſe/tunc omne liberum arbitriū eſſet effectus prędeſtinationis: nam per ſe omne liberum arbitrium eſt ordinatū ad vitam ęternam/cum deus velit omnes homines ſaluos fieri. Si per accidens, ergo a ſimili vellem dicere gratiam eſſe effectum reprobationis/quia peccans & excidens a maiori gratia plus peccat, & ita plus punitur propter gratiā per accidens: & ſic gratia cōprehenderet̄ ſub reprobatione, quod nec ipſe/nec quiſq; alius cōcedet Corroborat̄ prædicta argumentatio: Quia ſicut deus præſcit liberū arbitriūm prædeſtinati elicere opera meritoria/ita ſcit liberum arbitrium præſciti elicere opera demeritoria: & tamen liberū arbitriū non comprehenditur ſub effectu reprobationis: ergo nec prędeſtinationis. Maiore nota/minor ꝓbat̄ per ipm̄ Herueum dicentem & concludentem inter alia ſic: Totus effectus reprobationis habet cauſam/ſcilicet voluntatem noſtram defectibilem, quæ non comprehenditur ſub effectu reprobationis. Q; ſi quis fugiendo declinaret conſequentiam ſicut Marſilius & Gorcheim: quia etſi deus ſit cauſa mediorum prædeſtinationis/non tamen reprobationis: non me præterit ita dici per doctores, non tamen eneruat argumētum: quia non arguo de peccatis quorum deus non eſt autor/ſed arguo de libero arbitrio quod vtiq; deus creauit: & ſcd'm vnam viā dicendi libere & ex mera voluntate ordinauit in pœnam æternam. Sed de hoc infra.

Herueus

Herueus

Marſilius Gorcheim

QVARTO

LV Holcot Obijci poſſet contra Robertū Holcot/qui in ſecundo ſcripto ponit etiā ipſam gratiam vel gloriam dici prædeſtinationem. Sed contra hoc ſtatim militat/ q prædeſtinatio eſt ordinatio alicuius in gloriam/ergo non eſt gloria: Ordina

tio enim non est id ad quod fit ordinatio. Simile argumentum ferme producit A. Augustinus de prædestinatione sanctorum ca.x. Prædestinatio inquit, est gratiæ preparatio: gratia vero iã ipsa donatio est, & est ipsius predestinationis effectus. Prædictis addatur/ q prædestinatio cuiusq est æterna: gloria autem est temporalis/ & similiter gratia: neutrũ ergo nec gratia/ nec gloria erit prædestinatio. Nec te moueat q effectus prædestinatiõis & prædestinati sunt temporales, nihilominus prædestinatio est eterna: quoniã deus elegit nos ante mũdi constitutionẽ: ad Ephes.i. Addo q pdestinatio est in deo predestinãte: imo est ipse deus: gloria vero ad quam predestinamur est in beato. Hæc pauca adnotasse iam sufficiat: non me præterit q facili vmbone hæc adducta possent refelli, sed expecto conflictũ maiorẽ. Conferamus nunc alias prædestinationis diffinitiones a doctoribus datas/ quę ex superiori declaratiõe faciliter possunt intelligi. — Augustinus

HERVEVS BRITO DIFFINIT ITA PRAEDESTINATIONEM — Herueus

PRAEDESTINATIO Est præconceptio intellectus diuini de conferendo qbusdã id vel media, qbus vel per quod infallibiliter consequanẽ vitã eternã. — LVI

ALEXANDER DEALES q.xxviij. primæ partis. — Ales

Prædestinatio, Est præcognitio dei de saluandis & bonis gratiæ/ quibus hic liberantur, & in futuro coronabuntur. In eandem ferme sententiam loquitur dominus præpositus

HENRICVS DE GORCHEIM

Prædestinatio, Est ratio ordinis aliquorũ in salutẽ eternã in mente dei existens — Gorcheim

GREGORIVS ARIMINENSIS — Ariminensis

Prædestinatio, Est diuinum propositum dandi vitam æternam. Accedit Gabriel, Marsilius, & Aliacensis

ROBERTVS HOLCOT — Holcot

Prædestinare, Est velle alicui dare vitam eternam quã non habet/ sed habebit. Forte tamen illa diffinitio posset calumniari a plerisq: quoniam sanctissimus Petrus est iam prædestinatus sicut fuit ab eterno, & tamen habet vitam eternã: Ex illa enim diffinitione argueretur solum viatorem esse prædestinatum. Posset tamen aliquis subtilis fucare diffinitionem a Roberto Holcot datam: & ad obiectionem propositam dicere/ sanctum Petrum nondum habere illud totũ æternum: quinimo absoluta dei potentia si iam desineret esse beatus/ temporalis profecto fuisset eius beatitudo: Solus autem deus perfecte habet vitam eternam: solus enim eam totam possidet sine præteritione & futuritione. Habes in vtramq partem quod dicas: elige quid dicas.

MARSILIVS EX INGHEN GERMANVS — Marsilius

Prædestinatio, Est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro

IOANNES BACHONIS CARMELITA

Bacho Prædeſtinatio, Eſt velle dei efficax ęternum, ordinãs creaturam rationalem ad vitam ęternam. Hæc de diffinitione prædeſtinationis

DE RATIONE NOMINIS

LVII Expediti de diffinitione prædeſtinationis/videam⁹ de ratione nominis: a quo tamẽ prædeſtinationis nomen ſit impoſitum: nam & hoc conducere ad cognitionem rei arbitrantur ſapientes: & adeo quidem/vt alicui videri poſſit eã diffinitioni præmittendam. Sed cum neruus rei in definitione nominis conſiſtat in præſentia, conſulto præmiſimus definitionem. Sed vnde ſit nomen deſumptum/videmus prima facie ꝙ componitur ex præpoſitione prę, & verbo deſtinare. Ratione ly præ. dicit illam relationẽ prioritatis prædeſtinantis ad prędeſtinatum/vt eſt concors doctorum ſententia. Sed deſtinare in ſacra ſcriptura

LVIII Argentinus duo dicit vt teſtatur Thomas de Argentina. Primo modo deſtinare ſignificat proponere vel ordinare: ita vſus eſt ea vocula Apoſtolus. ij. ad Corinthios. ix. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo. Et. ij. Machabeorum. vi. vbi dicitur Eleazarus deſtinauit non admittere illicita. Secundo modo deſtinare idem eſt quod mittere: iuxta quod dicitur/littera deſtinata eſt, id eſt miſſa: poſſet tamen hoc loco exponi per decreta. A qua ſignificatione autem vocabulum prædeſtinationis in præſentia deſumptum ſit/per propoſitiones audiamus.

LIX Thomas PRIMA PROPOSITIO. Diuus Thomas Aquinus arbitratur prædeſtinationem ſumptam a ſecunda ſignificantia: & hoc ea quidem ratione: quia cum creatura rationalis ordinetur ad finem ſupernaturalem/qui excedit facultatem & proprietatem rei creatæ, & iſte finis eſt vita ęterna: Sed cum ordinatum ad aliquem finem, illum non poteſt propria virtute nanciſci, neceſſarium eſt accedere iuuamẽ extrinſecum. Sic igitur homo perducitur ad vitam ęternam quaſi tranſmiſſus a deo: & cum huius trãſmiſſionis ratio prę ſit in deo/& ab ęterno fuerit/dicitur prædeſtinatio, & hoc quidem recte.

LX SECVNDA. Probabilius mihi videtur ꝙ prędeſtinatio tralata ſit ad deum a prima ſignificatione, & potius ꝗ̃ a ſecunda. Iſta propoſitio liquet ex hijs quę

Augustinus dicta ſunt circa primam partem diffinitionis: & manifeſtum fit ex diuo Auguſtino qui nullibi diffinit prædeſtinationem per tranſmiſſionem: cuius nec meminit quidem quod ego memoria teneam, de prædeſtinatione ſanctorum, de bono perſeuerantię, de correctione & gratia. in quibus libris principaliter verſat præſens negotium. E regione vero ipſe diffinit bene per propoſitũ: vt patet de prędeſtinatione ſanctorum: vbi teſtatur ipſam eſſe propoſitum miſerandi, quod & multi alij fecerunt. Accedit gloſſa ad Romanos. viij. Scimus quoniam diligentibus &c̃. Roborantur prædicta maxime ex eo/ quia ſupra ſatis, ſuperq; probatum eſt prædeſtinationem eſſe actum voluntatis/ ſicut eſt propoſitum, non tranſmiſſio. Facit ad prædicta quod nec Sanctus Thomas, nec quiſquam alius diffinit prædeſtinationem per tranſmiſſionem / ſed bene per ordinationem, quæ eſt propinquior primæ ſignificationi deſtinationis,

Et ita illa secunda ratio videtur potior:a qua nomen tralatũ fuerit & sumptum Sed non ita procaciter repugnamus doctori sancto/ vt suam declarationem respuamus,cuius potius sanctitatem veneramur/& admiramur eruditionem. eius dicta cum omni humilitatẽ & gratitudine sicut reliquorum patrum libenter assumimus.Pro quo sit propositio tertia

TERTIA PROPOSITIO. Vtroq; modo potest dici deus sanctos suos prædestinasse.Ita ponit Thomas de Argentina vbi supra:nã & ab ęterno deus proposuit & ordinauit se velle misereri aliquibus vitam ęternam largiendo Et tales quibus proposuit velle misereri etiam mittit & dirigit ad illum finem quem decreuit se eis daturum,qui est gloria & beatitudo Argentinus

PRAEDESTINATIONIS DIVISIO LXI

Descẽdamus modo ad prędestinationis particionẽ.Est ergo vulgata antiquorum distinctio, duplicem esse prædestinationem:scilicet simpliciter dictam, & scd'm quid.Simpliciter dicta/ordinatio est creaturæ rationalis post finalẽ perseuerantiam in bono ad vitam ęternam.& ita loquuti sumus hactenus de prædestinatione.Prędestinatio vero scd'm quid biuariam partitur.Nam aliqua est scd'm præsentem iusticiam:id est scd'm statum in quo nunc est,& gratiam quã nunc habet:si decederet saluaretur/& esset de numero prædestinatorum. Et sic LXII multi damnati aliquando fuerunt prædestinati scd'm præsentem iusticiã: quia fuerunt in gratia a qua finaliter exciderunt:vt patet de Saule, de Iuda,supposito q̃ fuerit in gratia:quia non desunt qui aliter arbitrantur. Alia dicitur prædestinatio scd'm quid:id est ex addito/vbi aliquid non denotatur ordinari ad vitam ęternam,sed ad aliquid aliud quod ex adiuncto innotescit: vt Matheus Langius est prædestinatus ad episcopatum Gurcensem.Membrum istud ponit Marsilius in tertio:& supius tetigimus dũ exponeremus quõ filius dei esset prædestinatus vt fieret homo.Sed vt videamus vtilitatem istius distinctionis, notentur hęc propositiones. Marsilius

PRIMA PROPOSITIO LXIII

Deus peccatorem electum plus diligit q̃ꝫ iustum prædestinatum tm̃ scd'm prę sentem iusticiam.Probat̃:quia illum plus diligit simpliciter cui vult maius bonum:sed simpliciter deus vult huic peccatori electo maius bonum/quia vitam ęternam:ergo deus hunc peccatorẽ simpliciter plus diligit.In summa plus diligit prædestinatum simpliciter/q̃ꝫ prędestinatum scd'm quid

COROLLARIVM. Deus plus dilexit Petrum qñ eum negauit/q̃ꝫ Iudam qñ etiã fuit in gratia. Similiter plus dilexit Dauid adulterãtem/ q̃ꝫ Saulem sacrificantem.(non curo hic rationis appellationem ex parte verbi importantis actum animę interiorẽ, loquor ad mentem doctorum qui in præsentia ad hoc non attenderunt.) Probatur corollarium:quia Petrus & Dauid fuerunt simpliciter prædestinati:alij vero solum scd'm quid.Est mens cardinalis Cameracensis.q.ij.primi.& adhuc latius in.q.xi.primi LXIIII Cameracẽsis

COROLLARIVM aliud sequitur ex dictis. Aliquem mereri vitam æter-

nam/ quam tamen nunq̄ habebit. Patet de Saule quando fuit in gratia meruit vitam ęternam, & tamen quia praescitus & damnatus nunq̄ habebit eam. Est
Aliacensis idem Cardinalis. q. xi.

COROLLARIVM tertium. Aliquis existens in inferno habet maius ius in coelo/ q̄ aliquis existens in coelo. Nam accipiamus senem praescitum qui saepe-numero fuit in gratia/ & per eam multa bona opera fecit meritoria vitę ęternę sed finaliter excidit a gratia/ & damnatur: cuius merita (licet mortificata) multoplura sunt q̄ vnius paruuli baptisati qui tm̄ iuuatur merito alieno passionis
Brulifer Christi: sed tale ius quod habet sepultus in inferno dicit Brulifer vocari ius sopitū a iurecōsultis, & a Theologis mortificatū & inutile factum. Haec est mens
Scotus LXVI Scoti in quarto.

SECVNDA PROPOSITIO

Ex data distinctione clare potest haberi verus sensus ꝓpositionis diui Augustini, quae est notior alias historia Troiana, Si non es praedestinatus/ fac vt pręde stineris: quod de praedestinatione simpliciter non potest intelligi, scd'm quā nullus de nouo potest praedestinari/ vt in articulo tertio apertius videbit̄. Recipit ergo veritatē quando intelligitur de pręedestinatione scd'm quid/ & scd'm praesentem iusticiam: & est sensus: Si non es praedestinatus/ scilicet per praesentem gratiam, fac poenitendo & displicentiam de peccatis habendo vt praedestineris gratiam acquirendo, a qua diceris praedestinatus scd'm praesentem iusticiam. Sed hic claudamus riuum.

EFFECTVS PRAEDESTINATIONIS

LXVII Contextus materiae discutiendę nunc exigit vt de praedestinationis effectu disseramus. Verum ne quis calumnietur hoc praepostere a nobis factitatū, q̄ pugnantia atq̄ diuersa senserint doctores circa praedestinationis effectū aeque ac circa ipsam praedestinationem sed vt occurramus huic calumniae obiter praeternauigabimus hunc scopulum/ solum generalia allaturi in medium sine delectu vtri opinioni consentiant/ dicamus Primo vitam aeternam seu ipsam beatitatem esse indubitatum praedestinationis effectum & principalem. Alij vero (si qui sunt) sunt accessorij, & in illum ordinati: & in hoc doctores non descipi
Brulifer tant, quare nō indiget ꝓbatiōe: notent̄ tm̄ dicta per Bruliferū hic. xi. corollario
LXVIII SECVNDO dicamus: Licet effectus praedestinationis sint varij & multi, tamen principaliores & ad quos alij reducuntur sunt Vocatio, iustificatio, Magnificatio & Christi passio. Primam partem probat Brulifer sic: Omnia bona quae sunt in vniuerso/ vt terra, coelum, sol & cętera. sunt effectus accessorij praedestinationis: nō enim fecit deus coelum, aquam, aues &c̄. nisi propter electos, quod & Ethnicus persensit inquiēs secūdo physicorū: Nos sumus quodamodo finis omniū. Item Genesis primo: Dominamini piscibus maris &c̄. Secundam partem probat per Apostolum ad Romanos octauo dicentē: Quos pręsciuit hos & praedestinauit: quos praedestinauit, hos & vocauit: q̄s vocauit hos & iustificauit: quos iustificauit hos & magnificauit. Per magnificationē intelligit Apostolus glorificationē in patria. De vocatiōne quid sit est notius noto.

Comes tamē Mirandulanus Franciscus Picus de prouidentia dicit executionē prædestinationis appellari vocationem. De passione Christi patet per docto- res in tertio. dis. xix. quia passio Christi etsi fuerit sufficiens pro omnibus homi nibus/ imo pro mille mundis (inquit Bernhardus) tamen solū habet efficatiā in ipsis prædestinatis. Picus Bernhardus

NOTVLA

Gregorius Ariminensis acutissimi ingenij ex ordine diui Augustini doctor, posuerat etiam vocationem & iustificationē pro effectibus prædestinationis. Sed eū sugillat D. Cardinalis Cameraceñ. dicens ipsum nō debuisse hoc infer- re/q; vocare & iustificare sint effectus prædestinationis, cum sint idem quod prædestinatio. Sed quicquid sit de dicto Gregorij (quem tamen dictus cardi nalis vt plurimum sequitur) vt eius sētentiæ videantur quasi Epitome primi li bri Gregorij: attamē frustra luctatur cardinalis cum viro: quoniam formaliter vocare non est predestinare ex parte dei: nec vocatio est prædestinatio ex parte hominis. Cæcutiret enim quispiā penitus, si admisso eo q; deus hunc vocasset, vellet subinde inferre deum hunc prædestinasse: cum multi (vt veritas inquit) sint vocati, & pauci electi: Math. xxij. Et vt voto satis fiāt tuo/ vide Dionysium Cistertiensem. q. ij. tertij in fine enumerantem septem effectus prædestinatio- nis quos Christus meruit. Primus effectus est remissio originalis culpę. & col latio baptismalis gratiæ. Secundus est iustificatio per fidem Christi siue ventu ri/ siue eius qui iam venit: vt adulti credentes non baptisati. Tertius effectus est augmentum gratiæ in sacramentis a Christo institutis. Quartus effectus est col latio primæ gratię post lapsum & peccatum actuale. Quintus effectus est præ- seruatio a peccatis, & victoria temptationum, & perseuerantia finalis, & omnis excessus operis supererogationis: vt dicit glo. super illo: Accepisti dona in ho- minibus. Sextus effectus est in fine nō imputari ad miseram illam deficientiam qua omnes deficiunt a latitudine iustitiæ: & in hoc clauditur apertio ianuę cœ- lestis. Septimus effectus est maximus & supra omnem sensum/ vita ęterna. Hęc Dionysius vbi supra. Et tantum de prædestinatione. LXIX Ariminensis Cameracēsis Dionysius

REPROBATIO

Varie diffinitur, & doctores adhuc magis altercantur de reprobatione q̄ de prædestinatione: ideo hic inuersa puppi nauigemus, primum varias a doctori bus datas definitiones adferentes LXX

NICHOLAVS DE ORBELLIS MINORITA Nic. de Orbel.

Reprobare dicit, Est velle damnare

GVILLERMVS VORRILON MINORITA Vorrilon

Reprobatio, Est pręscientia iniquitatis, & præparatio earundem ad damnatio nem. Et sic sc̄dm eum dicit tria: scilicet odium dei ęternum. Secundo obduratio nem reprobati. Et nihil aliud est ista obduratio sc̄dm diuum Augustinum/ q̄ mandatis dei cōtraire seu obuiare. Tertio dicit ęternā damnationē. Concordat Pelbartus etiā Minoritanę familię sacerdos in rosario super verbo reprobatio. LXXI

Argentinus

THOMAS DE ARGENTINA AVGVSTINIANVS

REPROBATIO, Est ęterna pręcognitio mali vsus liberi arbitrij ratiōe cui^s deus decreuit hominē aliquem priuare gratia, in praesenti & in futuro punire poena ęterna. Et scd'm eum etiam dicit tria: scilicet praecognitionem culpae: subtractionem gratiae: & pręparationem poenę.

Capreolus

CAPREOLVS AD MENTEM DIVI THOMAE.

Gorcheim

Reprobatio, Est praescientia iniquitatis cū voluntate permittendi casum in culpam: & inferēdi damnationem pro culpa. Accedit Henricus Gorcheim/ꝙ reprobatio includat voluntatem permittendi culpam: & inferendi poenam damnationis pro culpa

Herueus

HERVEVS BRITO EX FAMILIA S.DOMINICI

Reprobatio, Est praeuisio malicię alicuius: & propositum permittendi eum cadere, & non eleuandi eum a casu.

Ariminensis

GREGORIVS ARIMINENSIS

Reprobatio, Est propositum non dandi vitam ęternam: vel non propositum dandi vitam ęternam. Subscribit Petrus de Aliaco.

Aliacensis

Prepositus

DOMINVS PRAEPOSITVS M.GABRIEL

Reprobatio, Est praescientia culpę, & praeparatio poenae ęternae,

NOTVLA

LXXII Videtis domini mei qui estis oculatiores (eo excępto/an propter malum vsum liberi arbitrij quis reprobetur) ꝙ in hoc controuertunt doctores/an velle punire ęternaliter sit etiā in reprobatione/sicut ferme oēs antiqui diffiniuerūt: vel ꝙ solum formaliter includat velle non misereri. Et qui est argus/hic bene aduertat: nam ferme in hoc casu pendebit difficultas an reprobationis sit aliqua causa vel ne, eo ꝙ Gregorius Arimiñ. Petrus Aliaceñ. & Marsilius germanus, cum multis alijs admittunt quidem rationem damnationis, sed nullam reprobationis. Posset tamen ista doctorū altercatio concordari per ea quę adnotauit Nicholaus de Lyra super epistolam ad Romanos. viij. Et latius dominus Brulifer hic. Pro quo sit ista distinctio notanda.

Arimmensis Aliacensis Marsilius

Lyra Brulifer

DISTINCTIO

LXXIII Est ista. Reprobatio est duplex: scilicet affirmatiua & negatiua. Affirmatiua est velle damnare vel punire aliquem pro peccatis ęternaliter: quod vltimum etsi Brulifer omiserit, est tamen addendum/ne calumnietur diffinitio in purgandis: quos vtiqꝫ deus vult punire/sed non aeternaliter. Negatiua est alicui non velle dare gloriam, vel velle alicui non misereri: & est in primo instanti scd'm modum loquendi Scotistarum. De quo infra.

Brulifer

LXXIIII PRIMA PROPOSITIO. Vera & propria ratio reprobationis videt̄ verius consistere in negatione q̄ꝫ in affirmatione: quod probatur sic: Quo posito ponitur aliud, illa est sufficiēs & ꝓpria ratio eius/si omnibus alijs positis hoc non poneretur: Sed posito ꝙ deus huius creaturę rationalis non velit misereri id est vitam ęternam largiri, illa est reprobata & non alˀs: ergo non velle misereri est propria ratio reprobationis. Confirmatur: quia ita videtur intellexisse

apoſtolus & propheta cum dixerunt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Per odium dei intelligitur reprobatio. Sed quid aliud eſt odire dei/ q̄ nolle miſereri. Huic videtur præterea accedere magiſter q reprobare ſit nolle miſereri. Et Marſilius teſtaſ magiſtrum hoc poſuiſſe loco diffinitionis reprobationis. Lõgobardus Marſilius

COROLLARIVM. Melius ergo fecerunt definientes per negationem/ q̄ definientes per affirmationem, ſequitur ex propoſitione

SECVNDA PROPOSITIO. Si Iudas ſic præſcitus ſolũ negatiue vel reprobatus nihil mali faceret/ & nullum in ſe haberet peccatum, nec originale nec actuale, tunc nihil mali eſſet habiturus/ non mereretur/ nec aliquam pœnã pateretur: q̄uis non haberet immortalitatẽ ex puris naturalibus/ ſed ex dono dei: ſicut pulchre nititur probare frater Paulus ſcriptoris hic. Illam tamen propoſitionem non exorno, apparet tamen pro prima parte vera: licet imbibat multa dubia. Sed cum rationabilius ſit ſentire aliquid boni de adultis ſeruantibus innocentiam/ q̄ de paruulis: & paruuli decedentes iam nihil mali ſentiunt/ vt eſt catholica doctorum ſententia: & mortem patiuntur propter originale: ſecluſo ergo originali/ nihil paterentur mali penitus. Hoc ergo idem videtur dicendũ de adultis: nam naturalia ſtant nihilominus cum reprobatione. LXXV P.Scriptoris

COROLLARIVM. Hinc forte Gregorius Ariminenſis noluit illam conſequẽtiam eſſe bonã: Ille eſt reprobatus, ergo damnatus: cum antecedens poſſit eſſe verum ſine conſequente: licet nunc ita ſit ſcd'm communem legem per concomitantiam q quilibet reprobatus damnatur vel damnabitur Ariminenſis

TERTIA PROPOSITIO. Non miſereri iſto modo eſt effectus reprobationis negatiue/ ſuo modo loquẽdi quomodo negatio eſt cauſa negationis. Iſta propoſitio eſt contra Aliacenſem & fratrem Paulum: nam Aliacenſis vult q.xij. primi in hoc improbare Gregorium Ariminenſem, qui poſuit dictam propoſitionem/ inquiens: Non miſereri eſt ipſa reprobatio, nõ effectus reprobationis. Sed dictum Aliacenſis non euellit propoſitionem noſtram: Quia reprobatio non eſt pura negatio/ ſed eſt actus voluntatis diuinæ ſicut prædeſtinatio: quare non miſereri non poteſt eſſe reprobatio vt Petrus aſſumit, ſed vel le non miſereri. Ex iſta propoſitione fluit vnum corollarium tangens diffinitionem reprobationis. LXXVI Aliacenſis P.Scriptoris Ariminenſis

COROLLARIVM. Diffinientes ergo reprobationem per ſcientiam (ſi intelligant formaliter) pari ictu repelluntur vt hij qui idem de prædeſtinatione ſenſerunt: quia etiã reprobare eſt actus voluntatis: non oportet agere acta. Corollarium patet ex dictis de prædeſtinatione

NOTVLA PRIMA. Nunc itaq; liquet (vt dixi) veterum doctorum cum iunioribus concordia. Veteres enim vt in plurimum loquuntur de reprobatione affirmatiua: Recentiores contra de negatiua. LXXVII

SECVNDA. Perperam Stephanum Bruliferum connumerare Guillermũ Occham inter eos opinatores qui loquantur de reprobatione negatiue: cũ ipſe aperto Marte contrariam teneat ſententiã: vt in.ij. articulo manifeſtabimus Bruliſer Occham

TERTIA. Dominus Richardus de media villa diſ.xli. q.v. olfecit illam du Richardus

plicem reprobationem/dum inquit:Hominis demerita sunt ratio reprobationis quantum ad connotatum/quod est temporalis obduratio:& futura damnatio:nō autem ipsius praeordinationis ad futurum damnationem est aliqua ratio.Nihil apertius.

QVARTA

Haec omnia iam dicta sunt intelligenda scd'm communem opinionē. Nam an propter vsum malum liberi arbitrij aliqui reprobentur vel ne/ erit principale dubium quod controuertimus:licet etiam secunda opinio posset admittere reprobationem negatiuam propter paruulos:sed haec iam missa faciamus. Quia autem obduratio sępe accipitur pro reprobatione,sępe pro effectu reprobationis:ideo de obduratione aliqua praefemur

OBDVRATIO

LXXVIII Pelbartus SECVNDVM Pelbartum,Est cordis humani non cedentis tactui diuinae inspirationis,& rebellantis praeceptis diuinis.Et metaphorice est trāslata a corporibus duris non cedentibus tactui. De obduratione loquitur Sapiens: Cor durum male habebit in nouissimo.Sed quia varie vsurpetur audiamus doctores quorum semper vnus est clarior alio.Prodeat ergo in primis.

Aliacensis LXXIX PETRVS DE ALIACO CARDINALIS. q.xij.primi

Is dicit obdurationē biuariā accipi.Vno modo pro ipsa reprobatiōe. Alio modo pro obstinatione mentis,quę est sequela reprobationis.Sed clarius hoc protulit

Ales ALEXANDER DE ALES par.i.q.xxix.mem.v.

Quod obduratio aut dicat voluntariam affectionem/& sic sit peccatum. Aut passionem nociuam liberi arbitrij,& sic est poena:& est generalis in omnibus paruulis.Sed vel adhuc melius dixit

Thomas DIVVS THOMAS AQVINAS

Obdurationem dupliciter accipi.Vno modo culpabiliter: & sic dicit mentem firmiter adhaerentem malo,& sic est peccatum:& non est a dēo/sed a peruersa voluntate peccato adhaerenti.Et dicitur obduratio peccatū:quia per ipsam homo se auertit a deo.Et ita nos admonet regius psaltes dicens: Hodie si vocem eius audieritis/nolite obdurare corda vestra. Alio modo accipitur obduratio poenaliter pro spoliatione gratiae:& dicitur etiam excaecatio:quia gratia est lumen animę,qua gratia quis priuaē.Et ita obduratio est a deo:quia omnis poena iusta est a deo.Sic accipienda sunt apostoli verba: Deus cuius vult miseretē & quē vult indurat.In ea quoque significantia dixit deus Moysi Exo.iiij. Indurabo cor Pharaonis.Sed statim exoritur ambiguitas hoc loco discutienda.

LXXX VNDE EST QVOD ILLE OBDVRATVR ET CARET GRATIA?

Thomas Respondet sanctus Thomas/quod illius est duplex causa. Vna:quia ille non vult recipere. Altera,quia deus non vult dare.Illarū autē duarum causarū talis est ordo/quod secunda non existit sine prima tanquam praesupposita.Cum enim deus (quia optimus) non velit nisi bonū/non vult hunc carere gratia,nisi quia bonū: Sed hunc carere gratia simpliciter & absolute non est bonū:est tamen bonū vt ille careat gratia/si eā nō vult habere:vel si negligenter se ad eā habēdam praeparet

COROLLARIVM. Sequitur ꝙ homo est causa primaria & radicalis ipsi⁹ obdurationis: sed deus est solum causa ex suppositione, puta supposito ꝙ homo gratiam non velit accipere: & hoc ostendit esse de mēte Augustini & Dionysij celebris memoriæ vir Theodericus de Sustern preceptor noster, dum in florenti studio Agrippinensi doctoris sancti placita in prima parte me auditore interpretaretur: addidit insuper hoc velle cōmune Theologorū dictum: Deus est causa obdurationis: non quidem immittendo maliciā/ sed nō impertiendo gratiam. Hæc argute & subtiliter dicta: sed non erit abs re/ si adhuc quid absolutius addatur: qua propter Nauclerum nostrum audiamus

T. Sustern Anno millesimo quingentesimo scdo

DIVVS BONAVENTVRA. dis.xl.primi.

LXXXI Bonauentura

Triplicem ponit obdurationē. Primā inabilitatis: & est indispositio ipsius voluntatis ad suscipiendam gratiā: & hæc est pœna/ non culpa. Nam ꝑpter peccatum Adæ natura nostra ꝓna est ad malum. Secunda est stabilitatis & firmitatis: & est actus voluntatis firmiter adhærētis malo/ & in malo obstinatæ: & sic est dispositio peccati præcedentis, cui inhæret adhuc voluntas per cōplacentiā. Tertia est rebelliōis, qñ volūtas est obstinata in malo: & ꝓmpta ad rebellādū & resistendum deo/ & mandata eius impugnanda. Sic dicit Augustinus: Obduratio est obuiare mādatis dei. Et isto tertio modo est peccatum in spiritum sanctum. Hæc Bonauentura. Breuius & rotundius illa copulat hic.q.x.

Augustinus

PETRVS DE TARANTASIA

Tarantasia

Dicens, Obduratio dicit inabilitatē ad gratiā suscipiēdam: firmam adhæsionē ad peccatū: rebellionē diuinarū inspirationū. Cōcordat Richardus dis.xl.q.vij. ostendens quō obduratio sit passio quædam culpā sequens: & aliqñ precedēs.

Richardus

NOTVLA. Est preterea notatu dignū, & nostro negotio nō extrariū/ ꝙ Seraphicus doctor ponit triplicem pœnā, vbi supra in solutione argumentorum scilicet inflictam, contractam, & actam. Pœna inflicta simpliciter est passio: vt fames, frigus &c̄. & non repugnat gratiæ. Pœna contracta/ sicut fomes, concupiscentia, ignorantia &c̄. & talis pœna est pœna & passio: & quia inclinat ad malum repugnat gratiæ non scd'm substantiā/ sed scd'm inclinationē. Pœna acta, est vt expulsio gratiæ, obduratio: & generaliter om̄e peccatū est pœna acta, iuxta vulgatum illud Augustini primo confessionū: Iussisti domine & sic est/ vt pœna sua sit sibi omnis inordinatus animus. De quo doctores di.xxxvi secundi. Et talis pœna quia vel est peccatum, vel inseparabiliter concomitaē peccatū: propterea repugnat gratiæ, & quo ad substantiam/ & quo ad inclinationem. Ex prædictis infero duas propositiones.

LXXXII

Augustinus

PRIMA PROPOSITIO. Quia obduratio scd'm predicta dicit defectum & deordinationem, & cum hoc ordinationem: & sic potest habere triplicē causam scd'm doctores communiter Bonauenturam, Richardum Ales &c̄. Vnam deficientem: & est liberum arbitriū. Aliam permittētem: & est deus ordinans. Tertiam demerentem: & sic est peccatum præcedens, sicut loquitur propheta Esaias: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum.

LXXXIII

Bonauentura Richardus Ales

COROLLARIVM. Sic ergo tollitur autoritatum contrarietas: nam dicen

tes deum esse causam obdurationis, intelligunt quo ad ordinationem. Sed vbi homo dicit causa / intelligit quo ad deordinationē in ea

P. Longobardus SECVNDA Propositio. Scd'm prædicta patet sensus verborū magistri sententiarū / dum inquit: Si meritum quærimus obdurationis & misericordiæ: obdurationis meritū inuenimus, misericordiæ meritū non inuenimus: non quidē intelligendo vti quidam intellexerunt / vt per hoc voluerit admittere rationem reprobationis / non prædestinationis: non enim per obdurationē intelligit reprobationē / sed pœnā illam obstinationē mentis, cuius equidem causa demeritoria peccatū præcedit.

APPENDIX

LXXXIIII Hoc quoq; addamus / q̄ etsi bona opera per quæ meremur concedant a multis esse effectus prædestinationis / vt infra explicabimus: nullus tamen concedit peccata quibus demeremur esse effectum reprobationis. Cardinali Cameracēsi dicente: Peccatum vel culpa communiter non conceditur esse effectus reprobationis / sed bene non habere, vel non dare finalem perseuerantiam: sic loquitur siccis verbis / nihil ad hoc adducens. Marsilio respondente (caute t\u0303n aduerte) inquit / q̄ in prædestinatis ꝓpositum diuinum est causa mediorū: scilicet vocationis & iustificationis finalis, quibus de congruo debetur vita æterna: Sed ꝓpositum diuinū nō miserādi in reprobatis non est causa mediorū pro quibus condemnant. Quod ꝓbat: quia media reprobationis sunt peccata actualia, vel originalia: sed deus nō est causa peccati: ergo nec pōt esse causa illorū mediorū.

LXXXV Herueus Herueo hoc superaddente: q̄ non sit necesse / q̄ deus intendens finem, scilicet manifestationē suæ iustitiæ: intendat etiam media / id est peccata quibus acquiritur ille finis, cuius hanc reddit rationem: Quoniam etsi communis animi conceptio hoc præferat / vt intendens finem etiam intendat media si ea cognoscat: sed hoc accipiēdum est de medijs per se: modo peccata sunt media per accidēs.

Gorcheim Capreolus Cōcordat resolutus doctor Henricus Gorcheim. Et Capreolus pro effectu reprobationis ponit derelictionem in præsenti: & punitionem in futuro

EPILOGVS PRIMI ARTICVLI

Hæc de diffinitionibus terminorū ac declarationibus dixisse sufficiat: quæ tamen non carent vorticibus, Scylla, & Carybdi, vti aliquādo sciamachia & vmbratili pugna ostendimus, omnia clarius & apertius in sequētibus articulis expositura. Sat sit dictum esse qd prædestinatio, quid reprobatio, quomodo diuidantur, quid cuiusq; effectus. Nunc ad alia properemus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

IMbecillitatem ingenij mei, altitudinem materiæ de qua loquimur / cōsiderans viri, patres & domini in CHRISTO dilecti, ita in me defitio, ita angor & fluctuo / vt ad quem portum me recipiam, quo vela pandam, ad quem refugij locum me transferam, omnino ancipiti stet sententia: & vt pulchre in Adagio dicitur, inter saxū & sacra sum. Cum autem duo sint

LXXXVI Augustinus (diui A. Augustini sententia) quæ in errore hominum difficillime tollerant:

præſumptio ſcilicet priuſq̃ veritas pateat:& cum iam patuerit/præſumptę deſenſio falſitatis. D.O.M.precor vt illa tam longe abſint ab intellectu noſtro, q̃ pie & humiliter præſentis materię indagationẽ aſſumpſimus. Quare in primis hoc præfari volo anteq̃ hinc digrediar/non mihi animo eſſe quicq̃ teme- LXXXVII
re,impie,aut proterue velle dicere, quod ſacræ ſcripturę a ſpiritu ſancto inſpiratæ,quod determinationi ſanctæ matris eccleſię, dictis ab eo approbatis obuiet aut aduerſet:aut alias pias & chriſtianas aures offendat.Quinimo ſi quidpiam tale (quod deus optimus auertat) per ignorantiam effudero:in qua heu prohdolor omnes cęcutimus/vt Catullus ad Varrum inquit: Catullus

Nimirum idem omnes fallimur:necq̃ eſt quiſquam
Quem non in aliqua re videre ſuffenum
Poſſis:ſuus cuique attributus error

Si inquam tale aliquid per me nimis prouide proponeret/ iam præſenti oraculo expũgo & deleo:& pro expunctis & deletis habere volo: de quo iam ꝓteſtor.Et in hijs omnib⁹ ſubijcio me ſanctæ matri eccleſiæ,& eius præſuli maximo.Clariſſimis item viris,patribus & pręceptoribus meis ſub quibus litteratoriæ militię ſtipendia merui,in laudatiſſimis Germaniæ noſtrę archigymnaſijs Colonienſi,Heidelbergenſi,Friburgenſi,ac Tibingenſi,ac omniũ aliorum LXXXVIII
ꝓbatorũ virorum iuditio quorum intereſt errantes ex viſceribus charitatis corrigere,& ad viam veritatis reducere.Hoc addito/q̃ ſi pungentior fuerit in reſellendis doctorũ ſententijs ſtilus noſter:hoc non temeritati aut pręſumptioni aſcribat̃,ſed iuuenili cuidam calori: Nam animus totus ſyncęrus eſt & integer, quęrendę ſcilicet veritati intentus.Et quoniam in eo verſamur negotio alto ſcilicet & ſalebroſo ac ancipiti:ne videar ꝓpenſior vnius opinionis adſertor, veritate adhuc latente/Achademicorum more vtramq̃ opinionem ita inſtructam, & exornatã in lucem producam:vt vtra cuique probabilis videatur/ non ſit ei operoſum aduerſa & pugnãtia tela elidere:quod vt fiat iam operi accingimur: Quod fœlix fauſtum,fortunatumq̃ ſiet Eckio & vobis bene audientibus

QVAESTIONIS SENSVS LXXXIX

IN PRIMIS ergo ꝓponamus,ne nimium ruditer materiam adgrediamur, Non eſſe intentionẽ doctorum loquentiũ in hac materia quærere/ vel in controuerſiã ponere,an ſit aliqua cauſa illius rei quæ eſt prędeſtinatio:nam hoc ſciuimus anteq̃ Theognis naſceret̃,deum & omne quod eſt deo idem, non habere cauſam:ſed ſicut eſt infinibilis/ita eſt ineffectibilis.Animus autem doctorum eſt inquirere/an ꝓpter aliquid præcognitũ futurum in creatura rationali deus voluerit huic vitam ęternã/& non alteri. Prima pars eſt nota: quia dicit Gregorius Ariminenſis hoc ſolum notandum ꝓpter rudiores:hoc eſt nõ exercitatos in philoſophia rationali & vltramũdana,& Theologia.qui ad capeſſendam hanc prædeſtinationis materiã ſunt rudes,non eſſe intentionem quærentium an in prædeſtinatis ſit aliqua cauſa illius rei quæ ſit prędeſtinatio &c̃. Tetigit hoc præambulum diuus Thomas/dicens:Non eſt quęrẽda cauſa prędeſtinationis:ſicut nec diuinæ voluntatis.Et nota hoc dictũ ſancti Thomæ qui Ariminenſis Thomas

facit pro eo quod superius contra eum probauimus: prædestinationem scilicet
Herueus Gorcheim esse actum voluntatis diuinæ. Clare hoc idem determinat Herueus dis.xl. art.i.
ad principale quæsitum. Alludit Henricus Gorcheim ꝓpositione duodecima
Argentinus sed omnino synceriter hoc expressit Thomas Argentoracensis/ dicēs: Non fuit intentionis meæ dicere/ ꝙ prædestinatio scd'm se & simpliciter habeat causam in creatura: quia tūc diuinum propositum esset causatum a creatura: sed tantum volo & volui dicere/ ꝙ aliquid tenens se ex parte creaturæ, vt est ab ęterno pręscitū, potest esse ratio quare diuina voluntas transeat super aliquo homine complacenter: & taliter/ vt ad vitam prædestinetur ęternam

XC COROLLARIVM. Cautius loquuntur doctores quærētes rationem prędestinationis/ ꝙ̄ quærentes causam. Est enim ratio terminus magis congruens diuinis, cum deus rationabiliter agat: maxime quia causa ad intra in diuinis regulariter non admittitur nisi multum improprie. Pater enim dicitur principiū filij: sed non causa/ nisi multum improprie. Ea propter doctores exponunt Hi-
Hilarius larium/ cum ait patrem esse causam filij. Hoc forte mouit aliquos doctores qui in præsenti materia vsi vocabulo/ causa. distinguūt causam biuariam. Vno modo vt significet illud quod causet. aliter significet illud quod infert aliud in na-
Brulifer Occham Vorrilon turali consequentia. Ita Brulifer, ita Occham & multi alij distinguunt. Corollarium istud est ipsius Vorrilon hic arti.ij.

OPINIO MVLTIPLEX

XCI Hoc pręmisso/ venio ad articulum: & licet doctor subtilis cum alijs recitet plures opiniones, omnes tamē video reduci posse ad tres: duas extremas, & vnam
Sulto mediam. De quibus tamē dicit Sulto distinctione.xli.primi. eas posse trahi ad bonum sensum: ita ꝙ si bene intelligantur/ non multum discrepent: & probabiliter declarat intentum: sed introspicienti ea quæ inferius exponentur/ manifestum erit Sultonem fuisse deceptum

PRIMA OPINIO EXTREMA Est communis & solemnis/ ꝙ non sit aliqua ratio ex parte creaturæ, nec prædestinationis/ nec reprobationis: sed tota illa diuersitas sit ex sola voluntate diuina. Istam opinionem multi doctores sequuti sunt: licet diuersimode declarent. Magister in textu deducit eam ex diuo Augustino. Diuus Thomas, Albertus magnus sueuus/ totius Germaniæ in literis publicum decus, Aegidius Romanus, Durandus. Petrus de Tarantasia, Ioannes Gerson cancellarius, Gregorius Ariminensis, Petrus Aliacensis, Marsilius de Inghen, Clemens de terra salsa, Capreolus, Conradus Vuimpina, Sulto. Franciscus Picus in Theoreumatibus de fide. Iodocus Gartner, Alphonsus Toletanus, Richardus de media villa, Paulus Cortesius

(Augustinus, Lōgobardus, Thomas, Albertus, Aegidius, Durandus, Tarantasia, Gerson, Ariminensis, Aliacensis, Marsilius, Clemens, Capreolus, Vuimpina, Sulto, Picus, Gartner)

SECVNDA OPINIO EXTREMA Priori ex omni parte repugnans, est/ ꝙ tam prædestinationis/ ꝙ̄ reprobationis ex parte creaturæ sit aliqua ratio Illa sententia est de mente Alexandri de Ales, Sancti Bonauenturæ, Guuilhelmi Occham, Thomæ argentoracensis, Vldrici Argentini, Nicholai de Orbellis, Henrici de Gandauo, Gabrielis Byel, Petri Aureoli, Siluestri de Prierio: vt omnes suo loco enarrabimus.

(Ales, Bonauentura, Occham, Argentinus, Nic.de Orbel., Gandensis, Byel, Aureolus, Prieranus)

TERTIA OPINIO MEDIA A quibusdam asseritur qui misericordiam dei magnificantes reprobationis quidem causam astruunt: sed prædestinationis negant. Illam opinionem tenuit Herueus Brito, Ioannes duns Scotus/ ambo subtiles doctores, Franciscus Mayronis, Petrus de Aquila, Landulphus, Hugo de nouo castro, Guuillermus Vorrilon, Guuillermus Gorris, Pelbartus, Antonius de Valentia, Henricus Gorcheim, Frater Paulus Scriptoris, Ioannes de Colonia, Robertus Holcot, qui astruit eam etiam fuisse mentem beati Anshelmi de casu diaboli.c.ij.&.iij. Isto tamen tale volo condire istam tertiã opinionem/ꝙ maior pars doctorum primæ opinionis solo nomine altercantur contra istam tertiam. Vna quidem parte loquente de reprobatione negatiua: alia verode reprobatione affirmatiua, vt suo loco declarabimus

Herueus
Scotus
Landulphus
Hugo
Mayronis
Pelbartus
Valentia
Gorcheim
I. de Colonia
Holcot

MODVS PROCEDENDI

IVXTA DVAS Extremas opiniones duæ erunt huius articuli partes. Prodeat ergo primo in certamen opinio prima: cuius acies isto mõ erit instruẽda Euidentialia quædã sunt præmittenda primitus/quæ aduersam partẽ in prælium prouocent. Conclusio rationibus stipata hæc subsequetur. Declaratio copiosa huic statim associabit̃. Demum valida & tumultuaria corollariorum cohors concitabitur/quæ agmen claudet. Primæ ergo partes dantur euidentialibus/quorum primipilos huc statuamus.

PRIMVM EVIDENTIALE

NON quia hoc est iustũ/deus hoc vult: sed econtra, quia deus hoc vult/ideo hoc est iustum. Illud euidentiale est beati Anshelmi. Iustum enim est quicquid deus vult: & eo iustum: quia a deo volitum. Probat̃ ratione tali: Quia sicut deus est prima causa in genere causæ efficientis, ita est prima regula iusticiæ in genere causæ obligantis. Cum enim non sit processus in infinitum/oportet deuenire ad aliquam primam regulam iusticiæ. Et cum non sit potestas nisi a deo: vt dicit apostolus, tunc etiã non potest esse iusticia nisi a deo. Extendendo posset adduci pro illo euidentiali diuus Augustinus de prędestinatione sanctoꝝ: transsumpta sunt verba eius in.c.nabuchodonosor.xxiij.q.iiij. Et glossema ibidem super verbo/ratione.extendit euidentiale nostrum etiã ad papam: ꝙ vbi papa aliquid faciat quod videtur iniustum/vbi nos rationẽ assignare non possumus/ꝙ nihilominus iustum sit. Similem glossam reperies alibi ꝙ papa nec sit deus/nec homo. Sed hæc extraria reijciamus. XCII

Anshelmus

Augustinus

COROLLARIVM. Nulla est iusticia creata/si non concordet illi supremę iusticiæ diuinæ. Patet: quia als diuina iusticia non esset prima regula iusticiæ. Item causa secunda non potest agere nõ agente causa prima: ita nec potest iuste obligare/non obligante prima iusticia XCIII

COROLLARIVM. Quicquid est iustum iure fori/est iustum iure poli, & econtra: & ideo leges, statuta vel decreta si sint iusta in illo foro/apud deum sunt iusta, & econtra. Multa hic similiã induci possunt ex officina domini cardinalis Cameracensis in principio primi sententiarum

Cameracẽsis

SECVNDVM EVIDENTIALE

XCIIII Deus nullis legibus aſtringitur/niſi ſua liberrima volunta:e. Patet:quia a͞ſs nō eſſet ſuprema iuſticia,ſi haberet regulam ſuperiorem iuſticiæ obligantē ipſam.

Aliacenſis Faciūt pro hoc verba prædicti domini Cardinalis in.q.xiȷ.primi.dicentis ſol- uendo aliqua argumenta. Vnde ſignum eſt magnæ ruditatis & ineruditionis in ſcripturis facere magnā difficultatem:ſicut communiter faciunt hic rudes iu- riſtę.(parcant mihi domini iureconſulti quos veneror,recito ſolū verba Petri) qui imaginanť deum eſſe obligatū legibus creatis:quaſi aliquid per prius ſit iu ſtum ꝙ deus velit illud:cum tamen omnino ſit contrariū:ideo tales errant.

TERTIVM EVIDENTIALE

XCV a Deus nulli rei eſt debitor / q͞n omnia ſunt ſua:& poteſt cū eis facere quicquid

Auguſtinus vult.Ponit hoc euidentiale diuus A.Auguſtinus libro.iȷ.de libero arbitrio.c. xvi.& iterū de vera relligione.c.vi.voluit Dauid cum inquit:In manu eius ſunt omnes fines terrę.Pſal.xciiȷ.Omnia enim in manu tua ſunt domine. Expreſſe poſuit hoc euidentiale ſapiens Sap̄.xȷ.Quis imputabit tibi ſi perierint nationes quas feciſti:cum ſis iuſtus/iuſte omnia diſponis.Et ꝓbatur ita perſuaſiue:quia cum dominus deus habeat maius dominium & maiorem poteſtatē ſuper qua- cunque creatura/ꝙ habeat homo ſuper viliſſima re ſua: ſed nullus arbitratur ſe facere iniuriā rei ſuæ: ſi vnam abiȷcit/reliquam ſeruat:ſi vna re vtitur ad hono- rem/alia ad contumeliā:ex vno ligno conſtruit tabulam:aliud proiȷcit in ignē: ergo nec deus facit creaturæ iniuriā.Iſtam perſuaſionē tetigit Chriſtianiſſimus

(Aduerte hic locātur littere minores/dein maiuſcule: de no-ātes illum locū iterū aſſu mi a ſecunda opiniō: circa eandē litterā)

Gerſon cancellarius Ioannes Gerſon de conſolatione Theologiæ libro primo/ inqui- ens:Talis apud homines ſimilitudo plurima reperiť,nedum ſuper rebus vita carentibus/ſed animatis,quibus vtunť pro arbitrio ſuo: aliȷs ad mortem/ aliȷs ad conſeruationē:nec arbitrantur ſe vel iniuriæ/vel crudelitatis obnoxios eſſe. Et ad hoc prius induxit apoſtolus ad Rom̄.ix. O homo tu quis es vt reſpon- deas deo?nunquid dicit figmentū ei qui ſe finxit/quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatē figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in hono- rem/aliud in contumeliā.Alludit huic ſimili apoſtolico ꝓpheta Hieremias .c. xviȷ.Ecce ſicut lutū in manibus figuli/ſic vos in manu mea domus iſrael.

XCVI COROLLARIVM. Sequitur ꝙ deus poſſet de potentia abſoluta ſanctum Linum ſine demerito ex mera & libera volūtate ponere ad cruciatus & pœnas ſine omni iniuſticia.Patet ex euidentiali:quia Linus eſt totus in manu domini: poteſt ergo deus agere cum eo ſicut placuerit.Nemo audet dicere deo/ cur ita facis?Verū eſt ꝙ tūc beatus Linus nō diceret habere ꝓprie pœnā/ſed dolorē quia pœna eſt pro delicto,& ex demerito ſcd'm doctores. Nullus ex iuniori-

Richardus bus (quod iam meminerim) controuertit hoc corollarium. Vnus Richardus Cordiger non pœnitendus doctor in quarto declinat a corollario noſtro: & oppoſitum eius adfirmat:ſed rationes eius faciliter ex dicendis enodabuntur.

QVARTVM EVIDENTIALE

XCVII NVLLVS actus cuiuſcunque creaturæ rationalis eſt formaliter & intrinſice

meritorius, licet possit esse bonus moraliter: sed quod est meritorius/hoc est ex sola acceptatione libera ipsius dei. Illud euidētiale ponitur per doctorē subtilem in dis. xvij. primi. Et per Aegidium Romanum: & communiter alios doctores dis. xxvij. secundi. Nullus enim actus habet in se intrinsice quod ordinetur meritorie ad vitam aeternam: sed ex sola ordinatione diuinae volūtatis illius actus ad praemium: ita quod deus spetialiter acceptet illum actum. Regulariter tamen nō fit ista acceptatio actus nudi/nisi habeat quendam ornatū & decorem conplacentē voluntati diuinae: & ille decor est charitas vel gratia, quae cōmuni sententia non distinguunt. Declaratur hoc ad longum per doctorem subtilem

Scotus
Aegidius

COROLLARIVM. Homo ex se vel ex puris naturalibus nō potest in actū meritorium stante lege dei ordinata. Patet: quia non potest in actum meritorium nisi habeat gratiam ex Euidentiali: sed gratiam habere non potest ex se vel ex puris naturalibus/sed a solo deo gratiā creante & infundente. Et dixi/ scd'm legem dei ordinatam. propter opinantes deum de potentia absoluta posse acceptare sine gratia creata: vt post alios latissime probat Gregorius Ariminensis Et doctor subtilis affirmatiuam breuiter concludit dis. xvij. primi. contra Thomam & asseclas. XCVIII

Ariminensis
Scotus
Thomas

NOTVLA

Aduerte hic quod scd'm doctores communiter solū creatura rationalis potest mereri. Propterea crux CHRISTI nihil proprie meruit: sed Christus IESVS in ea crucifixus: quomodo tamen veneretur/non est praesentis negotij. doctores tangunt dis. ix. tertij. Quis modus dicendi diui Thomae non vacet mandris/videat doctissimus litterarum princeps Picus Mirandulanus conclusione tertia Apologiae. Aduerte praeterea, nec creaturā rationalem posse mereri per quemcunque actum naturę suę non libere conuenientē, scd'm mentem doctorū: quia solū meret in actibus voluntarijs, siue sint voluntarie eliciti/aut voluntarie imperati: licet in hoc Robert' Holcot ceteris refragetur: vt patet apud eū. q. i. primi. Nam primo ostēdit non implicare contradictionem/quod actus naturalis sit meritorius & acceptus: quia est in libera voluntate dei acceptare illum actum, vel alium: & ita potest quis mereri sine vsu liberi arbitrij XCIX

Thomas
Picus
C
Holcot

SECVNDO dicit/quod isto modo deus videtur de facto acceptasse mortē innocentum/qui meruerunt coronas martyrum, & tamen in ipsis non fuit vsus liberi arbitrij: vt patebit articulo tertio. Dicit tertio/quod credere articulos fidei nō sit in libera potestate hominis: quod etiam Picus in Apologia tetigit. Verum vtcunque ista se habeant/remittamus in alium locum, & in aliud tempus I

Secunda, tertia
Picus

COROLLARIVM. Ex istis omnibus claret/quomodo deus posset euacuare totum coelum vnico actu: quia solum non vlterius acceptando, illa eorum opera bona ad vitam aeternam omnia tunc essent euacuata. Istud corollarium confirmat corollarium tertij euidentialis II

QVINTVM EVIDENTIALE

Sicut homo non potest ex se habere actum meritorium, ita non potest ex se de congruo se disponere & praeparare ad gratiam. Istud dictum vult quod sicut meritū digni non fit ex nobis/ita nec meritu congrui: & intelligit de bono motu III

præcedente gratiã, siue sit timor seruilis/ vel pietas quædam/ siue vocatio/ vel quid huiusmodi boni motus, per quod homo præparatur ad gratiã. Illud cui dentiale videtur de mẽte diui Bonauenturæ: & Aegidij Romani dis. xxviij. se

Bonauentura Aegidius Bernhardus cundi. Et adducit Bonauentura Bernhardum de libero arbitrio cap. xvij. dicentem: Conatus liberi arbitrij ad bonũ cassi sunt/ si a gratia non adiuuent: & nulli si non excitant. Postea subdit: Gratia excitat liberũ arbitriũ/ dum seminat cogitatum. Si ergo peccator non potest ex se habere bonam cogitationem nisi ex gratia gratis data seminante: minus potest habere alios actus bonos. Secundo

e Augustinus probatur per diuum Augustinũ de ecclesiasticis dogmatibus libro primo: vbi ponit quatuor gradus per quos peccator conuertitur/ dicens: Initiũ salutis nostræ deo miserante habemus: vt acquiescamus salutari inspirationi/ nostræ potestatis est: vt adipiscamur quod acquirendum admonitione cognouimus/ diuini muneris est: vt non priuemur iam adeptæ salutis munere/ sollicitudinis nostræ est, & diuini pariter adiutorij. Ecce ponit quatuor gradus iustificationis: scilicet inuitare, acquiescere, adiuuare, permanere. Primum est inspirationis diuinæ: secundum liberi arbitrij: tertium muneris diuini: quartũ est vtriusq;, dei scilicet & liberi arbitrij. Et vt euidentiale clarius patefiat/ audiamus præcellentẽ

Gorcheim IIII d doctorẽ in dicato prædestinastionis opere HENRICVM GORCHEIM Dicentem. Q; in vnaquaq; re est vna motio generalis & communis in finẽ naturalem: & illam motionẽ quælibet res habet, vel habere potest ex puris naturalibus: & sic homo habet finem principijs naturæ suæ ꝓportionatũ. Alius vero est finis supnaturalis hominis: & ꝓpter excellẽtiã disproportionatus principijs naturalibus. Scd'm hunc duplicem finẽ pari modo homo a primo motore du-

V pliciter mouetur. Cum enim deus sit vniuersalis motor naturæ/ mouet vnumquodq; scd'm analogiã: id est proportionẽ naturæ suæ: scd'm hanc legem motionis mouet homo conformiter ad finem suũ naturalem/ sicut cæteræ res naturales. & hęc motio naturalis est semper assistẽs. Quod ꝓbat sic: Non enim deus solum dat rebus formas quibus ad actiones suas procedant: sed requiritur insuper de necessitate vt motione sua tales formas incessanter foecũdet: hinc causa secunda dependet a prima in agendo

QVIA vero homo est capax finis supernaturalis, ideo est alia motio altioris ordinis, quæ dicitur gratuita motio diuina/ instigans rationalem creaturã tendere ad finem suum. Vnde ecclesia illud orãdo petit: Voluntates nostras quæsumus aspirando pręueni: & adiuuando prosequere. Et sicut prima non subtrahitur rebus/ quæ est naturalis, ita nec ista motio quæ est altioris ordinis: & de illa motione pręueniente quemcunq; actum voluntatis/ loquit CHRISTVS: Nemo venit ad me nisi pater meus coelestis traxerit illum. Ioan. vi.

VI SEXTVM EVIDENTIALE

c QVIA animam habemus a deo, principium operationum nostrarum bonarum, insuper gratiam gratis datam & gratuitam per quam præparamur ad gratiã. Similiter & gratiã per quam actus nostri reddunt meritorij, consequẽs est omnia bona præparãtia nos ad gloriã esse a deo. Prima pars est satis nota

christiano. Quia anima creando infundit:& infundendo creat. Et est pulchra speculatio Philosopho, an idem fuerit de mente Aristotelis/ sicut Nicoletus Theatinus in pulcherrima illa quæstione de immortalitate animæ. & pluralitate intellectum discutit. Cuius quidem viri mentionem libenter facio/ φ multa abdita & secreta ꝑdat ex Litio, a nostris interpretibus vel ignorata/ vel prçterita. Sed nostra tempestate apud latinos omnino respublica Peripateticorum locupletata est doctissimorũ virorum beneficio/ dum Alexander Aphrodiseꝰ Themistius, Theophrastus, Plato, & alij romane loqui cęperũt. Sed quorsum feror? reuertamur ad institutũ. Aliç partes ex prioribus liquent euidentialibus. Ad ꝓpositum autem multa ex sacra scriptura adduci possunt. Dicit Esaias propheta: Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Et apostolus ad Philippenses. xi. Deus operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Et ad Corinthios inquit: Quid habes quod non accepisti. Et postea: Non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Et ad Romanos: Idem deus qui operatur omnia in omnibus. Nec hoc ethnicum latuit Martialem dum libro duodecimo epigrammatum scriberet

Aristoteles
Nicoletus
Aphrodiseus
Themistius
Theophrastus
Plato
Esaias
Paulus
Martialis

Omnia cum tibi sint dono concessa deorum

Horum similia multa adduci possunt: sed pergamus

SEPTIMVM EVIDENTIALE

VII

Quicquid deus operatur ad extra/ gratuita sua voluntate & mere contingenter operatur. Illud est euidens apud christianum. Dauid testat: Omnia quæcunq; voluit fecit. Item: Dixit & facta sunt: mandauit & creata sunt. Itẽ apl's: Voluntati eius qs resistet? ad Rom. i. Et adhuc clarius ad ꝓpositũ in materia nostra loqt idem Apostolus ad Ephesios primo: Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per IESVM Christum in ipsum scd'm propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratię suæ. & postea subdit: Vt notũ faceret nobis sacramentum voluntatis suæ scd'm beneplacitum eius. Et in se traditur istud euidentiale per Theologos distinctione quadragesima quinta primi.

VIII

Dictum vero fuit & additum hoc esse euidens apud christianũ: & accipio euidens pro ita firmo/ ac si euidenter quis hoc sciret: quia aliás certum est credita vt talia, non esse euidentia: vt patet ex prima quæstione Cameracensis: & solet declarari in primo posteriorum. & in prologo logicæ: sed nolo luctari in terminis. Philosophi huius contrariã senserunt/ Aristoteles & Auicenna/ vt in multis locis hoc doctor subtilis assignat: sed vnũ iã designasse sufficiat dis. viij. primi. Voluerunt enim deum necessario agere ad extra: & totam contingentiam effectuum causis secundis tribuunt: in quam ferme sententiam Boetius Seuerinus loquit de consolatu philosophico, vehemẽtior philosophiæ admirator inquit Valla. Cui subdit se existimare nullum vehementiorẽ philosophiæ admiratorẽ deo posse placere. Sed quid? Ardea culpat aquas/ cum nesciat ipsa natare

Adhuc subtilius est quod ponit dominus Egidius Romanus super primo de generatione: distinguens quædam procedere a prima causa immediate: & illorum deus est causa necessaria scd'm Aristotelem/ sicut & ipsa sunt entia perpe-

Cameracẽsis
Aristoteles
Auicenna
Scotus
Boetius
Valla
Aegidius

tua & necessaria. Alia vero emanant a prima causa/mediate causa secunda; & illorũ prima causa non est necessaria causa ,ppter causas secũdas concurrentes. Et tu qui vis bene peripatetice loqui, discutias quomodo scd'm Aristotelem omnibus deriuatum sit esse & viuere a causa prima/non obstante quarundam rerum æternitate: ita videlicet ꝙ etiam æterna: vt intelligentiæ, cœlum animę &c. sint producta a deo scd'm Aristotelem: & sic concordabis Litium cũ Achademia: Aristotelem cum Platone: ad longum hæc alibi probaui, videas Paulum Venetum hoc tenentem in. viij. Physicorũ. Thomam de Argentina in prima. Bessario idem arbitratur in Apologia Platonis. Contra vero nititur acerrime Gregorius Ariminensis in. q. i. secũdi, cui subscribit Marsilins modernorũ flos q. xlij. primi. dicens ęque facile probari in lumine naturali creationē/sicut asinũ volare. Sed quorsum excidimus/ad institutum reuertamur.

Aristoteles

Venetus Argentinus Bessario Ariminensis Marsilius

De Philosophis in isto passũ dicit Paulus de Nongento acutus doctor (cuius copiam mihi Iacobus Vuimphelingus vir de litteris bene meritus perhumaniter fecit.) ꝙ latenter hic admiserint contradictionem: scilicet ꝙ prima causa necessario causet: & tñ effectus contingēter fiat. Similiter cũ sit infinitæ virtutis, & agat necessario ad extra/cur non ponat totum simul: aut per quid tamen impediri possit infinitũ. Hæc Paulus in distinctione prima secundi. Hugolino subdente/nec Aristotelem/nec quenquã alium in naturali lumine habuisse verum conceptũ de deo. Verum hoc deducit ex finitate dei apud illos, Franciscus tamẽ Picus in hac re tutatur partes Aristotelis in opere dicato de prouidentia dei videat ca. ij. iij. & ix. Hijs breuiter ita prēlibatis/iam secundo loco conclusionem producamus/ probationibus varijs armatam & instructam.

P. Nongento. Vuimphelingus

Hugolinus

Picus

SECVNDVM PVNCTVM PRIMAE PARTIS HVIVS ARTICVLI IN QVO PONITVR CONCLVSIO

ix

PRAEDESTINATIONIS in communi non est aliqua ratio ex parte prędestinati nisi volũtas diuina. Vnde quia deus vult huic vitã ęternã/ideo ipsum prædestinat. Et quia Iudæ non vult vitam ęternam, ideo eum reprobat. Illam conclusionem probat sanctus Thomas sic: Quicquid est effectus prædestinationis/impossibile est ꝙ sit causa eius in cõmuni: id est quo ad totũ effectum: Sed quicquid est in homine ordinans ipsum ad salutem/ est effectus prædestinationis. scilicet gratia, merita, bonus motus liberi arbitrij &c̃. ergo non sunt causa prædestinationis: & per consequens sola voluntas diuina est ratio prædestinationis. Maior probatur: quia al's idem esset causa suijpsius. Minor probatur: quia prædestinatio cum sit pars prouidentiæ/est respectu omnium per, quæ homo ordinatur ad salutem. Vnde necesse est/ꝙ ratio prædestinationis pręintelligatur prædestinationi: effectus autem eius includitur in ipsa. Eãdem rationem reassumunt Aegidius, Durandus, Clemens & Alij. Herueus quoqꝫ ea vtitur: & probando minorem dicit/ꝙ omne illud quo aliquis ordinat' ad vitam æternam consequendam est effectus prædestinationis, & non ratio: etiã liberũ arbitriũ, vti superius etiam designauimus mentẽ Herueι arti. primo.

g Thomas

h

Aegidius Durandus Clemens Herueus

IOAN. SCOTVS dis.xli.primi.cui subscribit Adam. dis.xvij.q. ij. primi. Scotus Adam i
Illam conclusionem sic probat: Omnis volens ordinate finem/ & ea quæ sunt ad finem/ prius vult finem q̃ aliquod entium ad finem: ergo cũ creaturæ beatificabilis vltimus finis sit beatitudo perfecta, deus volens huic beatificabili aliquid/ primo vult ei finem: & quasi posterius vult ei alia quæ pertinẽt ad illum finem. Sed gratia, fides, meritum, bonus vsus liberi arbitrij &c̃. omnia ista sunt ordinata ad finem, ad beatitudinem, licet quædam remotius/ & quędam propinquius: ergo deus prius vult ei beatitudinem/ q̃ quodcunq; istorũ: & prius vult ei quodcunq; istorum/ q̃ præuideat ipsum habiturum quodcunq;: ergo propter nullum istorum præuisum vult ei beatitudinem: & hoc erat probandum. Ex isto fundamento dicit multum notabiliter Scotus in.iiij.dis.iiij.q.vij: Scotus Veruntamẽ quia deus prædestinauit diuersos electos ad diuersos gradus gloriæ, & hoc ante determinationem baptismi ad tantam vel tantam gratiam conferendam: & ordinato ad maiorem gloriã posset rationabiliter conferri maior gratia: posset ergo deus conferre alicui gratiam in susceptione baptismi præcise ratione sacramenti: & alicui maiorem quem prædestinauit ad maiorem gloriã: sed ille vlterior gradus nõ conferetur virtute baptismi/ sed ex spetiali dei beneuolentia & ex gratia prædestinationis. Sed in isto modo dicendi & arguendi Scotico mansit aqua tenebrosa in nubibus: & ne culpemur nescire rẽ de qua loquimur more psitaci, operępretiũ erit illũ ordinẽ intelligentiæ diuinę subijcere

DE INSTANTIBVS QVAE HIC IMAGINATVR DOCTOR SVBTILIS x

Scotus Vnde ponit hic Ioannes Scotus quatuor instantia. In primo instanti offerũtur Iudas & Petrus (gratia exempli) in puris naturalibus: & deus vult Petro gloriam, & Iudæ nihil. In secundo instanti vult Petro dare gratiã per quã acquirat gloriã: & Iudę iterũ nihil vult dare. In tertio instanti vult permittere tam Iudã, q̃ Petrũ esse de massa perditionis. Et stantibus prioribus negationibus/ q; Iudas non habebit gratiam nec gloriam. In quarto instanti offertur Iudas vt peccator finalis, & ideo damnatur. Sed quia in primo instanti voluit Petro gloriã ideo redimit eum, & dat ei gloriam in primo instanti volitam. Videatur Scotus distinctione.xli.primi

VERVM Frater Stephanus Brulifer ex intẽtione doctoris subtilis super tertio.dis.vij.q.iij.ponit quinq; instantia/ sic ordinando: In primo instanti intelligit deus omnes creaturas rationales in puris naturalibus. In secundo instanti tanq̃ misericordissimus creator, elegit quos vult ad gloriã, nihil volendo alijs. In tertio instanti videt omnes casuros & peccaturos in Adam. Et quia deus nullum vult saluare cũ peccato/ ideo necessariũ erat ꝓuidere de remedio. In quartó instanti ordinauit Christũ pati pro liberatione prædestinatorũ. In quinto instãti quia videt Iudam & similes in peccato finali, ideo iudicat eos dãnandos Brulifer

QVOMODO RECENTIORVM OBIECTIONES DISSOLVANTVR xI

Ariminensis Huic dicendi modo Neoterici repudium dant/ vt valens ille Gregorius Ari-

P. de Candia Aliacensis Occham Prepositus Maioris minensis, Petrus de Candia, Cardinalis Cameracensis, Guuillerm⁹ de occham Dominus præpositus, Ioannes Maioris amœni ingenij doctor. Verum rationes eorum non sunt neruosę, & facile excutiuntur. Non enim quispiam imaginari debet doctorem subtilem tam pauperis fuisse ingenij (non dico tam hebetis) vt existimaret talem ordinem fuisse in intelligentia diuina cuiusdam successionis, ita q̃ non omnia simul ab ęterno intellexerit: quis hoc vellet bone deus, nõ dico asserere/ sed nec credere quidem? Voluit tamen doctor subtilis, nõ obstante eo q̃ deus omnia simul intelligat, adhuc ex natura rei esse talem ordinem intelligibilium & intelligendi: qui simultatem temporis non excludit. Et hoc bonus metaphysicus facile intelligit/ quando, rerum sensibilium fantasmatibus abstractis, ipsas purissimas quidditatum notiones intuetur: plurimum iuBouillus uabit te ad intelligentiæ eleuationem, quæ Charolus Bouillus Veromanduus in arte suppositionũ pro authoribus aduersus sophistas lusit: quę profecto propositiones dignę forent/ vt in aliquo altiori albo describerentur q̃ in isto minuto suppositionum contextu. Et q̃ iuniores (qui ita obstrepunt) idem senserint in re/ & sentire cogentur ex hijs facile accipi potest

PRIMO Ostenso homine, quandocunq̃ ille fuit animal/ ille fuit homo, & econtra: ita q̃ per eandem animã incipit esse homo & animal. Hæc est communis opinio diui Thomę, Scoti. & Neotericorũ. Vnde ob id quia Occham ponit animam sensitiuam distinctam ab intellectiua/ communiter a recentioribus nõ tenetur: quemadmodum forma mixtionis Henrici de Gandauo respuitur. Illo tamen non obstante/ q̃ simul tempore hoc sit homo & animal: adhuc ex natura rei/ id est ex naturali intelligentia & intelligibilium ordine prius est esse animal/ q̃ esse hominem: sic est de causa respectu effectus: hoc in creaturis

Thomas Scotus Occham

Gandensis

XII

SECVNDO patet idẽ in deo. Nam licet in deo volitio & cognitio sint ęterna: vt quicquid voluit/ ab æterno voluit & cognouit: illo tamen non obstante adhuc intellectio est prior ex natura rei volitione: cum nihil sit volitum & amatum/ nisi prius sit cognitũ; vt ait Augustinus: & non econtra. Et si talis ordo est inter volitionem & cognitionem, quis vellet eum negare in obiectis intelligibilibus/ vt habent esse cognitum in deo. Cum enim omnia ipsius dei sint ordinata/ ordinate etiam intelligit: nõ quidem ordine successionis/ sed naturæ. Et istũ ordinem prioritatis apertissime in præsenti materia concedit eorũ primipilus Guuilhelmus de Occham/ distinguens de causa, & quomodo vnum inferens aliud in bona consequẽtia, habeat quandam prioritatem ad ipsum: ita est sec̃dm eum/ q̃ deus præscit hunc obsequuturũ suę voluntati, ideo vult ei vitã æternã: quis non videt hic prioritatem pręscietię in antecedente/ ad volitionem in consequente? Item sec̃dm eum tota demonstratio potest intelligi vnico actu. dist, i. primi. adhuc tamen est prioritas naturalis antecedentis ad consequẽs, non obstante q̃ simul & vnica intellectione intelliguntur

Augustinus

Occham

APPENDIX

Gorris

De illis signis adde notabile verbum Guuilhelmi de Gorris dicentis: Et hæc omnia signa intellige in intellectu speculatiuo anteq̃ veniat voluntas: sic q̃ qñ

voluntas determinat Iudam damnandum/tunc intellectus speculatiuus osten dit voluntati diuinæ Iudam & eius damnationem in diuersitate signorū. Hæc Gorris, Sed pone ad trutinā hoc dictum fortassis patietᷓ calumniā:sed ad principale negotium audiamus duos non scotistas, non multū tamen in re a Scoto dissidentes in illis instantibus per eū positis:etiam si nullam instantiū nuncupatim faciant mentionem:& est HERVEVS BRITO Herueus XIII

Synchronos Scoti & contemporarius hic art.i.notabili tertio inter alia dicens: Q ista tria habent se per ordinē:scilicet voluntas communicādi finem: secūdo electio aliquorū quibus iste finis communicetᷓ:tertio conceptio corū quæ sunt conferenda electis vt finem consequantᷓ. Prius enim est velle communicare bonum & finem/ꝙ eligere quibus communicetᷓ. Prius etiam est eligere aliquos qbus finis cōferatᷓ/ꝙ præcōcipe media conferēdi. Et quia pdicta præconceptio est formaliter prædestinatio, habet secum duos actus voluntatis antecedentes/scilicet voluntatem cōmunicandi finem & electionem corū quibus conferatᷓ.& aliū sequentē scilicet ꝓpositū media conferendi, quibus electi finē consequantᷓ. Ecce ꝙ manifeste confitetᷓ Herueus illū ordinē in deo ꝓpter obiecta. Alius est

HENRICVS GORCHEIM

Gorcheim

Qui in eandem it sententiam manibus (vt aiunt) & pedibus. inquit enim inter alia sic:Pari modo occurrit nobis scdm nostrum modum intelligendi/ꝙ deus suam bonitatem diligit. Secundo/ꝙ vult eam diuersimode repræsentari in rebus. Tertio/ꝙ deus vult aliquos ad fruitionē talis boni assumere: & alios vult ab illo bono relinquere. Ecce ordinem quem dominus Henricus admittit: & Scotus appellat instantia status qui sunt in isto ordine. Confert enim ista compendiaria loquutio adsignatum & distinctum differendi modum, ac disputationis facilitatem.. Hæc placuit inducere ꝙ non essent omnia extra negotij nostri aleam. Sed despitiamus rationes aliorum doctorum

ALBERTVS MAGNVS dis.xli.primi K Albertus

Arguit ad conclusionem sic:Dignitas physica est quod nihil agit propter indignius & vilius se:merita autem nostra sunt indigniora voluntate dei:ergo voluntas dei non prædestinat nos propter merita/sed precise propter bonitatem suam. Hoc vult scriptura dicens:Propter semetipsum creauit omnia.

FRANCISCVS MAYRONIS L Mayronis

Arguit sic:In gratuitis non attenditur ratio iusticiæ vel iniusticiæ:sed prædestinatio est gratuita:ergo in ea nō attenditᷓ ratio iusticię vel iniusticiæ. Maior nota ex terminis;alioquin iam non esset gratuitum. Minor per apostolum probata/dum inquit ad Romanos.xi.Si ex operibus/iam non ex gratia. Confirmat M hanc rationē:quia si oppositū esset verum/sequeretᷓ ꝙ deus hos quos saluat/de N necessitate iusticiæ saluaret, quia ꝓpter merita:& sic nō posset nō saluare: quod est contra sapientē:Quis tibi imputabit/si perierint nationes quas fecisti?

GVILHELMVS VORRILON O Vorrilon

Conclusionem principalem sic roborat:Nullum æternum producitᷓ ab aliquo temporali:sed prædestinatio est ęterna, & merita nostra sunt temporalia: ergo

prædestinatio nequit produci a meritis nostris:& improbando Henricum de
Gandensis Gandauo/assumit sicut alij quomodo bonus vsus liberi arbitrij sit donu dei:
& ita non causa vel ratio prædestinationis.Illa ratione vsus est antea

p
Marsilius MARSILIVS INGHEN. q.xli. primi

Ita ratiocinatur:Si vsus bonus liberi arbitrij fuisset causa prædestinationis,tunc
ratio prædestinationis fuisset in multis reprobatis:quo concesso/ratio esset in
multis sine suo rationabili:quod non videtur.Sequela inducta probatur: quia
q
Hieronymus bon⁹ vsus liberi arbitrij fuit in multis Philosophis gentiliu vt dicit beatus Hie
nymus ad Demetriadem virginem.

Aquila
r PETRVS AQVILA, quem vocat scotorellum.

Arguit ad idem : Quia deus solo beneplacito voluntatis suæ determinat hunc
hominem ad esse:ergo solo beneplacito de⁹ determinat hunc ad bene esse:tenet
consequentia/quia non est ratio diuersitatis cum vtrumque horu sit in potesta
Gorris te dei:hanc rationem reassumit Vuilhelm⁹ Gorris quem Scotu pauperu dicut.

s
P.Scriptoris PAVLVS SCRIPTORIS super primo Scoti.

Idem comprobat tali ratione : Quia absurdum est dicere quod deus voluerit
creaturæ intellectuali maius bonu propter minus bonum: sed merita hominis
& naturalia sunt minora bona gloriæ:ergo gloria non confertur propter me
rita:subdit & ideo certum est quod deus non prædestinat propter merita.

PLVRES RATIONES vbique adducutur per doctores/sed quia partim
inductæ sunt in euidentialibus,& adhuc plures inducentur in declarationibus
& corollarijs,ideo eas ibidem quærito

AVTORITATES AD CONCLVSIONEM

Ariminensis Plures adducuntur:& in primis per Gregorium Ariminensem Augustinianu
qui exercitum rationum inducit,quarum omnis energia atq; potestas in autoritatibus residet:idcirca placuit eas hic conglomerare:nec tamen omnes/sed po
tiores:& ne has quidem totas,cp partim sint inductæ/partim inferius inducen
dæ.Itaq; vela ventis committimus.

S.Paulus
XIIII
t APOSTOLVS PAVLVS

In conpluribus locis videtur conclusione istam rotundis verbis nedum in sen
tentia ponere.In primis vbi scribit ad Romanos capite nono:Cu nondum nati
fuissent,aut aliquid boni egissent aut mali/vt sedm electionem ꝓpositum dei
maneret,non ex operibus/sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruiet mi
nori,sicut scriptum est,Iacob dilexi/Esau autem odio habui. Quid ergo dice
mus?Nunquid iniquitas est apud deum?absit. Moysi enim dicit: Miserebor
cui misertus sum:& in misericordiam præstabo cui miserebor:Igit non est vo
lentis neq; currentis/sed dei miseretis:& infra.Ergo cuius vult miseret: & que
vult indurat.Dein obijcit contra se apostolus.Dicis itaq; mihi quid adhuc que
ritur,voluntati eius quis resistet?& respondet:O homo qs tu es qui respodeas
deo:Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,quid fecisti me sic An non ha
bet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honore
aliud in contumelia.Hæc paulus:quæ expresse & luculenter conclusione prin

cipalem astruunt:habet praeterea plures alios locos
Ad Ephesios primo:Prędestinauit vos in adoptionem filiorum per IESVM v
Christum in ipsum scd'm propositum voluntatis suae in laudem gloriae gratiae
suę:& infra.Praedestinati scd'm propositum eius qui omnia operat̄ scd'm con⸗
siliū voluntatis suę.Ibidē:Elegit vos ante mundi constitutionē/vt essemus san⸗
Ad Titum tertio.Non ex operibus iusticiae quę feci⸗ (cti & immaculati. x
mus nos/sed scd'm magnā misericordiā saluos nos fecit p lauacrū regñationis.
Ad Galathas primo.Gratias agentes deo patri qui dignos nos fecit in partem y
sortis sanctorum in lumine;qui eripuit nos de potestate tenebrarū/& transtu⸗
lit in regnum filij dilectionis suae. Prima ad Corinthios septimo. Misericor z
diam consequutus sum vt essem fidelis.Non inquit apostolus/quia fidelis erā
Ad Ephesios secundo.Ipsius sumus factura creati in GHRISTO in operibus &
bonis quae pręparauit nobis deus/vt in illis ambulemus
Sapiens Ecclesiastes.vij.Considera opa dei/ꝙ nemo pōt corrigere quē ille de⸗ ꝑ
Mathei vigesimo.Paterfamilias dabat ex beneplacito suo maius (spexerit. A
vel minus,ad murmurātem dicens:Amice non facio tibi iniuriam: tolle quod
tuum est/& vade.An non licet mihi quod volo facere?
Prima Ioannis secundo.Ex nobis prodierunt:sed ex nobis non erant.glossa:id
est non erant praedestinati. Adducuntur ad conclusionem principalem multae
etiam autoritates doctorum:citemus saltem aliquas XV Augustinus
A: AVGVSTINVS HYPONENSIS Videtur admodum propensus
fuisse in hanc opinionē:Insigniores ergo & magis celebres loci sunt ferme hij:
De praedestinatione sanctorum haec eius verba inueniuntur, & sunt translata B
ad decreta canonica.c.Nabuchodonosor.xxiij.q.iiij.De tyrijs vero & sydonijs
quid aliud possumus dicere/ꝙ non datum eis desuper vt crederent quos cre⸗
dituros esse ipsa veritas docet:si talia qualia apud nos credentes facta sunt vir⸗
tutū signa,vidissent:quare autem hoc eis negatum fuerit/dicant,si possunt, qui
calumnient̄:& ostendant cur apud eos dominus miracula fecerit/quibus pro⸗
futura non erant:& apud eos quibus erant profutura non fecerit. Nos etenim
si ratione facti/ ꝓfunditatē iudicij eius penetrare nō possumus: manifestissime
tamen scimus/& verū esse quod dixit:& iustū esse quod fecit:Et non solū Ty⸗
rios & Sydonios/sed etiā Corozaim & Bethsaida potuisse conuerti:& fideles
ex infidelibus fieri potuisse/quod veritas ait: Nemo potest venire ad me nisi
datum fuerit a patre meo:Ioannis.vi.
De fide ad Petrū inquit:Illi cū Christo regnabant/quos deus sua gratuita bo⸗ C
nitate prędestinauit ad regnū:quia enim eos tales prędestinādo praeparauit/vt
in regno dei essent:pręparauit vtiꝗ scd'm ꝓpositū vocandos/vt obediāt: prae⸗
parauit iustificandos/vt accepta gratia recte credant,& bene viuant:pręparauit
& glorificandos/vt Christi cohęredes effecti/regnū coelorū sine fine possideāt
Super epistola ad Romanos.ix.ait:Vocatio est effectrix bonae voluntatis: & D
eam praecedit/& non econtra
Ad Simplicianū scribit:Omnes quidem homines sunt vna massa peccati/ sup⸗ E

plicium debens summæ diuinæq; iustitiæ: quod siue exigatur siue donetur, nulla est iniquitas cui etiam donat/ gratuitam exhibet misericordiam: & a quo exigit/ iustissimum exercet iudicium: ita vt nec liberatus de suis meritis glorietur/ nec damnatus nisi de suis demeritis conqueratur

F De fide ad Petrum ad idem loquitur. Firmissime tene, & nullatenus dubita omnes quos vasa misericordiæ deus facit electos vel prædestinatos/ gratuita bonitate ante mūdi constitutionē in adoptionē filiorū dei prędestinatos a deo

AMBROSIVS De vocatione omnium gentiū libro secundo, cap. x. inquit: Deus ergo hijs quos elegit sine meritis/ dat vnde & ornentur meritis. Et multa possent adduci ex cap. iiij. libri primi eiusdem.

TERTIVM PVNCTVM DECLARATIVVM CONCLVSIONIS

VVLT Autem conclusio hoc in summa/ q deus libere eligit quos vult ad vitam ęternā: & quia vult ei gloriam/ ipse etiam vult eis dare hic in præsenti media per quæ possint nancisci illam gloriam eis volitam: & ex parte prædestinati, nulla est ratio huius prædestinationis in communi/ id est quo ad totum effectum: licet possit esse aliqua ratio in particulari: vel etiam ex parte prædestinantis aliquid potest quasi esse ratio extrinseca. Iste est summarius sensus conclusionis: sed digeramus eum adhuc melius per propositiones

PROPOSITIO PRIMA

XXI, G Prædestinationis in communi nō est aliqua ratio ex parte prædestinati. Notate vocabulum/ in communi: pro quo est aduertendum S. Thomam, Aegidiū, quos sequuntur Herueus & Durandus: prædestinationis effectus bifariā considerasse. Vno modo in particulari/ & discretim seu diuisim/ vt cōparando bonum motum liberi arbitrij ad gratiam/ vel gratiam ad gloriam. Alio modo in communi seu vniuersali accipiendo & intelligēdo omnes prædestinationis effectus collectim, & sic extendit se ad omne beneficium diuinum/ & omne auxilium quod iuuat ad vitam ęternam. Probatio illius propositionis patet ex superioribus: eam tn̄ ita declarat Henricus Gorcheim/ dicens: Sicut prouident effectus naturales, vt etiam causæ naturales ad eosdem effectus ordinentur, sine quibus tales effectus non prouenirēt: ita prædestinatur a deo salus alicuius/ vt etiam sub prædestinatione cadat quicquid hominem promouet in salutem: & omnia talia sunt partes totalis effectus prædestinationis

(Thomas, Aegidius, Herueus, Durandus; H; I Gorcheim)

SECVNDA PROPOSITIO

XVII Nihil vero prohibet/ q in particulari vnus effectus prædestinationis sit ratio alterius: vt quia ille se præparet/ deus vult ei dare gratiam: & quia ille finaliter perseuerat in gratia/ deus vult ei dare gloriam: & sic soluendę sunt autoritates/ dicentes deum dare gloriā propter bona opera. Istam propositionem probat sanctus Thomas vbi supra sic: Vbicunq; sunt aliqui effectus sibi inuicem subordinati/ ibi semper vel plerumq; posterior est causa prioris in genere causę finalis: & prior causa posterioris in genere causę materialis: sed in proposito sunt plures effectus subordinati: ergo posterior est causa prioris in genere causę fi-

(Thomas)

nalis. Verum est q aliqui ex neotericis controuerterūt maiorem diui Thomę. Dominus Aegidius assumit eandem rationem, euariat tamen parumper maiorem: Q prior habeat ratione efficiētis vel meriti respectu posterioris qui reducitur ad dispositionē materiæ. Nam bonus vsus gratiæ est causa finalis gratiæ: & vtrumq est quidam effectus prædestinationis Aegidius

TERTIA PROPOSITIO XVIII

Duplex est ergo processus inter istos effectus. Primus est intentionis seu ratiocionationis: & sic primus habet rationem finis respectu posterioris. Sic ordinauit apostolus ad Rom. octauo: Quos præsciuit hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij dei: quos autem prædestinauit/hos & vocauit: quos vocauit/hos & iustificauit. & est processus ac si sic arguas: Quia deus voluit petro gloriam voluit Petro opera meritoria: Et quia voluit ei bona opera meritoria voluit ei dare gratiam sine qua opus non est meritorium: Et quia vult ei gratiā vult ei bonum motum præparantem ad gratiam/vel alicuius sacramenti applicationem: & quia vult ei bonam motionem, vult ei etiā bona naturalia &c̄, sic retrocedit ille processus more cancri. Huic omnino innittitur ista prima opinio ad cuius partem posita est superior conclusio S. Paulus

NOTVLA XIX

Bona tamen naturalia non sunt necessaria simpliciter, licet multum expedientia: vt patet in sancto Petro, Paulo, Augustino, Dauid, Hieronymo & alijs ingenio naturali vegeto & viuaci: aliquando vero econtra euenit, vt minus dispositi in naturalibus possunt habere maiorem gloriā: & hoc est quod Theologi dicunt: Sicut gratia est sacramentum gloriæ/ita natura est sacramentum gratiæ: tamen sępe vincitur a gratia Theologi

SECVNDVS PROCESSVS est exequutionis seu operatiōis: sic dona naturalia primo dant: postea boni motus, dein gratia, dein bona opera, dein gratia, dein opera meritoria, dein finalis perseuerantia, & vltimo gloria. Et sic est tritum & protritum dictum: Vltimum in executione/est primum in intētione. Et istū processum in re obseruat secunda opinio, de qua in secūda parte huius articuli. Sed in hoc abeunt in diuersa: nam secunda opinio processum intētionis (secluso vltimo fine qui est deus ipse) asserit in proposito esse eundem quē executionis: prima hoc pernegat vt ostendit proposito. Hæc est totius belli & disputationis summa. Istum processum secundum obseruauit diuus Augustinus de fide ad Petrum dicens: Illi cum CHRISTO regnabunt &c̄. vide supra. Augustinus

DVRANDI SINGVLARIA XX

Audite quid admoneam candidissimi auditores/caute legatur hic Durandus de sancto portiano celebris ex ordine prędicatorum doctor: qui hic est singularis circa præfatas propositiones: & notanter in duobus. Primo/q negat gloriam connumerari inter effectus prædestinationis: & hoc ea quidem ratione: quia prædestinatio non est de fine/sed de medijs perueniendi ad finem: sed gloria dicit ipsum finem/& non medium perducens ad finem: ergo non cadit Durandus

sub effectu prædestinationis/sed sub termino.

Secundo est singularis ꝙ ponit totalem effectum prædestinationis habere causam ex parte nostra: quia beatitudo nostra est causa finalis effectus totius prædestinationis. quod probat sic: Propter hoc enim ꝙ deus elegit aliquē ad beatitudinē/dat ei illa quæ perducunt ipsum ad eam: est ergo beatitudo finis eorum quæ promouent aliquem ad beatitudinē/quæ sunt veri effectus prædestinationis. Verum bonus Durandus post multa festa recinit Palinodiā: & fatetur illos doctores bene loquutos quos prius improbarat, sed improprie loquutos: quoniā laxius vsurpent prædestinationis voculam/prout includit pręscientiam & ꝓpositū diuinum de toto ꝓcessu salutis nostrę. At doctorem sanctum nedum vere/sed ꝓprie quoq; loquutum contra Durandi sententiam, ex primo articulo satis liquet

Thomas

QVARTA PROPOSITIO

K Etsi prædestinationis quo ad totalem effectum non possit reddi ratio ex parte nostra: potest tamen dari ex parte perfectionis vniuersi, & ex parte prædestinantis dei. Prima pars est propositio prima prius data. Secunda vero pars ita ꝓbatē per Durandum: Ad perfectionē vniuersi pertinet ꝙ non solum contineat omnes gradus perfectionis in natura/sed etiam omnes gradus perfectionis & bonitatis in moribus. At vniuersum non contineret omnes gradus bonitatis in moribus/nisi deus quosdā ex misericordia saluaret: & alios ex iusticia puniret: igitur perfectio vniuersi requirit ꝙ aliqui prædestinentē & saluentur: alij vero permittantē cadere/& in casu permanere. Et ita dicit Herueus ad perfectionem vniuersi pertinere/vt in eo non solum reluceat saluantis/sed etiam bonū iusticiæ punientis, & patientiæ tollerantis. Tertia pars dicit rationē extrinsecam dandam prædestinationis ex parte dei prædestinantis: quæ pars vt explicatius discutiatē/nectamus quintam propositionem/vt ita filum ex filo trahatur.

Durandus

Herueus

QVINTA PROPOSITIO

XXI Prædestinationis in communi ratio reddi potest extrinseca prædestinato/non solum ex parte perfectionis vniuersi (vt iam diximus) sed etiam ꝓpter repræsentationē diuinæ perfectionis, & manifestationem bonitatis sapientiæ & iusticiæ dei. De perfectione vniuersi iam diximus: nam propter pulchritudinem & ordinem vniuersi homines prædestinantur & reprobantur/ inquit Gerardus de Senis Augustinianus. Et Aegidius eiusdem ordinis lucerna inquit: Deum consueuit aliquos reprobare, als decor vniuersi tolleretur: & licet perdant bonū gloriæ/non tamen amittunt bonum naturæ: & licet non ordinētur ad bonum æternum vt luceat misericordia: bene tamen ordinantur vt luceat iusticia. Secundam partem probat diuus Thomas primo de bonitate dei: Ad quodcūq; totus effectus prędestinationis ordinatur sicut in finem ex quo procedit etiam vt a principio mouente, illud est ratio prædestinationis quo ad totū effectum: Sed bonitas dei est huiusmodi: ergo ipsa est ratio prædestinationis

G. de Senis
Aegidius

XXII
Thomas

Durandus

DVRANDVS probat illam partem ꝗtum ad repræsentationem perfectionis diuinæ: quia omnes effectus simul sumpti perfectius repræsentant diuinā

perfectionem/ꝙ aliquis eorum per se sumptus: nam ꝙuis sit vnica & simplex illa dei perfectio/ tamen æquiualet: Et ergo in vniuerso sunt varij effectus vt scd'm alium & alium modum diuina perfectio repręsentetur per eos. In naturalibus probat sanctus Thomas de cęco nato de quo legimus Ioannis nono. Quem CHRISTVS non propter peccatum suum vel parentum dixit cæcum natum: sed illam solam rationẽ reddit/ vt gloria dei manifestaretur in cęco: addit apostolum de figulo, de quo supra Thomas

DEVS ergo aliquos reprobat/ne tantum appareat bonum misericordiæ: aliquos item prædestinat/ne reluceat tantũ bonũ iustitiæ inquit dominus Herueus. Cui subnectit Henricus Gorcheim: Deus bene aliquos reprobat propter bonum commune totius communitatis/cũ ex illo multa eliciantur bona: vt suo loco ostendetur. Fratre Paulo Scriptoris addente/ꝙ sicut feces ponunt in agrũ vt postea plus floreat/& vigorosiora prębeat semina: sic peccatores immergun tur inferno/vt reluceat postea iustitia. Herueus Gorcheim P. Scriptoris

IOANNES GERSON adhuc elegantius (meo quidem arbitratu) propositum explicat/inquiens libro primo de consolatione Theologię: Quid si deus vult in magna domo sua manifestare diuitias gloriæ suæ: istis in ostensionem misericordiæ suæ, alijs in manifestationem iustitiæ: glorificans illos ex misericordia/ istos ex iustitia derelinquens; quatenus resultet carmen illud pulcherrimum ex graui tenore iustitiæ, & molli cantu misericordię/ de quali profitetur propheta: Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine, Q; si pautiores sunt qui saluantur/manifestior est in hoc gratia dei: quemadmodum inter surdos & claudos, & mutos, & mortuos pautiores sunt qui miraculo curantur/ꝙ qui propriæ conditioni relinquuntur. Gerson

AVTORITATIBVS Idem probatur. Primo per illud Exodi nono. quod postea ab apostolo repetitur. Dicit enim scriptura Pharaoni (inquit) Quia in hoc ipsum excitaui te/vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur: & quem vult indurat. Et infra dicit apostolus: Q; si deus volens ostẽdere iram/& notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ aperta in interitum: vt ostenderet diuitias gloriæ suę in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Et Psalmigraphus inquit: Et saluauit eos propter nomen suum/ vt notam faceret potentiã suam. Et diuus Augustinus plenis suffragijs idem testatur libro. xxij. de ciuitate dei: Si remanerent omnes (inquit) in pœna/nõ appareret misericordis gratia redimentis: rursus si omnes transferrerentur de tenebris ad lucem, in nullo appareret seueritas vltionis. In libro quoqꝫ scũdo de Genesi contra Manichęos ait: Deus creauit hominem quem sciuit peccaturum: quia & de peccante multa bona facere poterat: ordinans eum scd'm moderamen iustitiæ suæ: quia nihil oberat deo peccatum eius. Hæc Augustinus. L S. Paulus Augustinus Augustinus

SEXTA PROPOSITIO

Inparticulari vero determinata persona demonstrata/ ratio prædestinationis assignari non potest. Probatur per supradictos doctores: quia ꝙ ille præde- XXIII M

ſtinetur,& alius reprobetᷣ/ita in particulari nulla poteſt ratio reddi:cum æque manifeſtaretur bonitas diuina & iuſticia,ſi loco illius nunc prædeſtinati alius fuiſſet prædeſtinatus/& ille reprobatus:Illius ponitur triplex exemplum

N Thomas PRIMVM IN NATVRALIBVS Proponit diuus Thomas:Quia per fectio vniuerſi bene requirit/ꝙ vna pars ſit ſub forma ignis:alia ſub forma aeris &c̄.& huius ratio intrinſeca eſt perfectio vniuerſi:nam illis elementis deficientibus/vniuerſum non eſſet perfectum,ſed mancum & mutilum. Ratio autē extrinſeca,eſt manifeſtatio potentiæ & ſapientię opificis relucentiū in hac mundana & terreſtri machina.Verum quum diſquirimus quare hæc determinata pars materiæ ſit ſub forma ignis,& hæc ſub forma aquæ &c̄. vacuus abibis: nulla enim ratio huius ab homine reddi poteſt:Nā æque perfectum eſſet vniuerſum/ſi materia nūc ignis ſtaret ſub aqua:& viciſſim materia aquę ſtaret ſub forma ignis

Durandus SECVNDVM IN ARTIFICIALIBVS Affert Durandus:quia ꝙ luti figulus facit ex eadem maſſa quędam vaſa in honorē:id eſt in honorabiles vſus & quędā in contumeliā:id eſt in viles vſus:huius qdem ratio reddi poteſt,per fectio ſcilicet domus, quæ vtriſꝗ indiget. Sed cur ex hac maſſa fiat vas in honorem/ & ex illa vas in contumeliā,huius in particulari ratio reddi non poteſt niſi ſola voluntas figuli:cū tota maſſa ſit in ſe ſimilis & vniformis:ex apoſtolo.

O Herueus TERTIVM EXEMPLVM IN MORALIBVS Depromit Herueus Si enim in aliquo regno omnes alij a rege eſſent ęquales in ſcientia, virtute, & omnibus:& nullus haberet aliquod ius in regno/niſi ex ſola voluntate regis: hoc ſuppoſito/adhuc perfecta bonitas regni requireret aliquos eorum eſſe colonos,alios milites,alios conſiliarios.Sed quare determinate iſte fiat colonus, ille miles,hic ſenator,non poteſt oſtendi ex bonitate regni.Bonitas enim communis regni non plus exigit ꝙ iſte ſit miles,& ille colonus/ꝗ̄ econtra: ex quo a principio ponuntur pares in omnibus:dependet tamē hoc ex mera voluntate regis. Nec tamen voluntas regis eſt irrationabilis, licet non inueniatur in iſto quare plus debeat eſſe miles ꝗ̄ colonus:nā in talibus in quibus non poteſt dari ratio quare vnum præferatur alteri/nō eſt quęrere cauſam:ſed vti illis ad diuerſa ex beneplacito vt exigit communis vtilitas eſt rationabile

EXEMPLORVM APPLICATIO

XXIIII P Sic etiam eſt in propoſito:Nam quare deus aliquos prædeſtinat, aliquos reprobat,Ratio quidem in vniuerſali eſt aſſignanda:ſed cur ille Petrus prædeſtinetur,& ille Iudas reprobetur/non eſt ratio ita ſpetiatim dabilis. Notet Vuilhelmus Vorrilon dicens & inferens:Ergo quærentes quare illi vult dare gratiam & non alteri/ſimiles ſunt illis qui in iuditio appellant a papa ad epiſcopū vel alium inferiorem iudicem.Sic iſti quærunt cauſam primæ cauſę, quod eſt indiſciplinati inq̄t Ariſto.cū & principia demōſtrationis ſint indemōſtrabilia. SVBSCRIBIT HIIS OMNIBVS IOANNES Gerſon chriſtianiſſimꝰ Cancellarius vbi ſupra/inquiens: Verum dum ad ſingularia fit deſcenſus & inquiſitio / cur videlicet PETRVM vel Paulum deus elegerit ad ſalutem,

(Margin: Vorrilon — Ariſtoteles — Gerſon)

Iudam vero & diuitem epulonem dereliquerit/ oportet vt humana garrulitas apponat digitum ori suo: hoc vnum profitens/ q iustus est dominus in omnibus vijs suis. Probat istud dictum sanctus Augustinus de prędestinatiōe sanctorum. Taceat humana lingua: nec prorsus de meritis extollatur: quia diuinæ voluntatis est hoc donum, non humanę fragilitatis meritum: Augustinus

SEPTIMA PROPOSITIO

Ergo tota ratio intrinseca prædestinationis in communi siue illius, siue alterius est voluntas diuina/ & beneplacitum dei. Patet ex prędictis: & satis hoc aperuit CHRISTVS Mathei vndecimo: Reuelasti ea paruulis: & abscōdisti hæc a sapientibus, ita pater: quoniā sic beneplacitum fuit ante te. Et in parabola Euangelica Matthei. xx. Tolle quod tuum est/ & vade: non licet mihi quod ego volo facere? Et tantum de tertio puncto declaratiuo. XXV

QVARTVM PVNCTVM ILLATIVVM COROLLARIORVM

Præmissis euidentialibus, asserta conclusione, adiuncta declaratione, vt omniā ad fundū discutiamus & eruamus/ annectenda sunt prædictis corollaria: quibus contemplabimur quorum doctorum opinio nobis in hac conclusione repugnans sit & aduersa: quid itē pertinens sit: qd impertinens, quid discrepans a cōmuni istius opinionis conclusione. Ducamus ergo hanc cymbam ex littore

COROLLARIVM PRIMVM

Propter nulla merita vel demerita homines in alia vita commissa prædestinantur vel reprobantur. Istud corollarium est directe cōtra errorem Origeni impositum/ q animę sint createę diu ante initium mundi: & in coelo vitam duxerunt anteq delinquerent: aliquę vero a peccato mansere immunes: hinc causam sumptam esse/ cur aliquæ prędestinatæ fuerint priusq mererentur: aliæ reprobatę/ quia peccauerunt. Non est operosum hunc errorem dejcere/ prius a veritate explosum: nam anima (inquit Augustinus) creādo infunditur, & infundendo creatur. Q. si vera esset contraria sententia/ iam non esset opus spectari merita vel demerita/ sed quæ prius egissemus: nec finalis perseuerantia aut impoenitentia aduertenda foret: cum Ethnicus dixerit: XXVI Origenes Augustinus

Vltima semper
Expectanda dies homini est: diciq beatus
Ante diem nemo/ supremaq funera debet Ouidius

Frustra etiā apl's admonuisset/ vnūquēq recepturū scd'm qd' in corpe gesserit. S.Paulus Dixi notanter/ errorem Origeni impositū. Nam non memini me istum errorem in eius Tomis adhuc legisse: & isti magno catholicorum philosopho Origeni Adamantio non temere errorem ascribo: quod & codices sui eo viuente & superstite a falsarijs fuerint deprauati, & rufinus eum contra Hieronymum defendat: licet beati Hieronymi sententiam semper præferam: qui ad Anytum scribens inter cęteros errores quos in libris Periarchon, id est de principijs docuit. Etiam hunc de animabus aperte ostendit: & in expositione fidei ad Dama Hieronymus. Anytus

Epiphanius G-Reusch fum Papam condemnat. Epiphanius quoq; in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum episcopũ hoc idem testatur:vt laute Gregorius Reusch præceptor noster Chartusianus in margarita philosophica explicat:qui multa cõtra istum errorem allegat:qui etiam decretis canonicis rejicitur.xxiij.q.iij.ca.pen.De ista re latissime disputat Ioannes Picus Mirãdulanus in Apologia conclusione septima.qui Origenis partes gnauiter & scite tutatur.Iam ad alia properemus.

COROLLARIVM SECVNDVM

Nec bona opera in quę possumus ex puris naturalibus seclusa gratia sunt ratio prædestinationis.Istud corollariũ militat contra perfidiam Pelagij,Iuliani, & aliorum inimicorũ gratiæ:qui super se in mirabilibus gradientes/hominẽ arbitrabantur omne peccatum ex puris naturalibus posse vitare:licet consummationem beatitudinis expectarent a solo deo. Ille impijssimus error per doctores catholicos ,veritatis fidei fortissimos pugiles,ac sanctam matrem ecclesiam dudum est vltra sauromatas ac glatialem occeanum expulsus. Tria autem fuerunt puncta præcipua huius erroris: vt ex diuo Augustino colligitur in libro de correctione & gratia.vt supra documento quarto præambulari enumeraui mus.Quis autem feret dicentem peccatũ originale non esse/cum sic periret limbus puerorum:& Dauid frustra conquęreretur se conceptum in iniquitatibus & natum in peccatis:Psal.l.Quis tollerare potest tam temerariũ dictum/ vt ad

XXVIII opera meritoria vitæ ęternæ gratia dei non egeamus. Vnus apostolus Paulus Tharsensis contũdat & comprimat illorũ temeritatem/per ea quæ in laudem

Augustinus charitatis scripsit prima ad Corinthios.xiij.Augustin⁹ quoq; multis libris hũc errorem adorsus deturbauit:vt in libro de gratia.de fide ad Petrũ.libris quatuor contra Iulianum

COROLLARIVM TERTIVM

XXIX Nec propter bona opera meritoria est aliquis predestinatus:nec ꝑptera quia

Q bene se præparat ad gratiam.Istud corollarium patet ex quarto & quinto euidentialibus.Actus enim non est meritorius/nisi quia libere acceptus a deo:nã si quis ex operibus esset prædestinatus/iam gratia non esset gratia. Istud corollarium est contra doctores secundę opinionis.Sed ꝙ sit verũ/& de mente Au

Augustinus gustini,probatur ex hijs quæ ipse dicit libro primo ad Simplicianum:Nemo

R propterea bene operatur vt accipiat gratiam/sed quia accipit. Et super apostolum ad Romanos.ix.super illo:Non ex operibus,sed ex vocante dictum est ei quia maior seruiet minori,inquit.Ergo vocantis est gratia: percipientis autem consequenter sunt opera:non quæ gratiam pariant/sed a gratia pariantur

EVASIO ADVERSAE PARTIS

XXX Sed non desunt qui hic diuerticula quærant & latebras,distinguentes de actu meritorio/ꝙ is bifariam notioni nostræ offertur. Vno modo vt est a gratia elicitiue:& sic actus meritorius est etiã prædestinatus,& prędestinationis effectus: & sic intellexit Augustinus,& loquuntur similes autoritates sanctiorum Ambrosij & Chrysostomi.Alio modo offertur actus meritorius notioni nostræ/vt partialiter a voluntate & libero arbitrio elicitus;& sic est ratio prædestinationis

[des]tinationis. Ita renarrat Chunradus Vuimpina Thomam Anglicũ in hunc modum distinguẽtem/ꝙ duplex sit bonitas actus meritorij: Vna est bonitas moris: isto modo est ratio prædestinationis, non quidẽ de condigno/sed de congruo. Alia est bonitas supernaturalis & gratuita: & sic actus meritorius est effectus prędestinationis. Addatᷣ hic Thomas Argẽtoracẽsis diui Augu. sacerdos. Vuimpina T. Anglicus Argentinus

IMPROBATIO EVASIONIS

XXXI

Eliditur autem dicta solutio a valente illo Gregorio Ariminensi multis rationibus. vnde hoc quoq; argumentũ fulminat contra illam responsionem: Volũtas non potest causare tale bonum velle etiam scd'm illam propriam partialem causalitatem/nisi gratis adiuta a deo: ergo solutio euanida. Antecedens probat per Augustinum de gratia & libero arbitrio dicentem: Certum est nos velle cũ volumus: sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est: volũtas præparatur a domino: & de quo dictũ est/quod operatur in nobis & velle: Et certum est nos facere cũ facimus: sed ille facit vt faciam⁹, prębendo vires efficacissimas voluntati. Iterum diu⁹ Augustin⁹ vniuersaliter inquit de vera innocentia: Quoties bona agimus/deus in nobis atq; nobiscũ vt operemur operatᷣ: & ꝓpterea in eodem libro. multa inquit deus fecit in homine bona: quæ non facit homo: nulla vero facit homo, quę deus nõ facit vt faciat homo. In cęteris vero autoritatibus ad idem propositum scilicet ꝙ nullum actum bonũ agit homo vel coagit nisi ad coagẽdum moueatur & iuuetur a deo, remittit Gregorius adnotata per eum in dis. xxvi. secundi: quas hic breuitati studentes lubenter etiam dedita ope resecamus: In ea enim distinctione quam citat amplectitur opinionẽ quæ nobis in alto & basso displicet. Sed regia via procedamus/ne omnes lapides in via positos euoluamus, addamus dũtaxat illud Esaię. xxvi. Omnia opera nostra in nobis operatus es domine Ariminensis S. Augustinus Augustinus Ariminensis

COROLLARIVM QVARTVM

XXXII T

Non eo quia deus pręuidit hunc bene vsurũ gratia/ideo deus vult ei dare gratiam, & per consequens non eo etiã prædestinat: sed econtra quia deus vult illi gratiam & bonũ vsum gratiæ/ideo bene vtitur gratia. Illud corollarium est contra doctorem solemnem qui rationem prædestinationis posuit illam præscïẽtiam dei qua præuidit aliquem bene vsurũ libero arbitrio, non quidem sit ratio ex parte agentis/sed ponit illam rationem ex parte actus qui fertur super illud obiectum: ob id ipse distinguit de actu vt est ab agente, & vt recipitur in passum. Exemplo ꝓbat dictum suũ de equo: Nam rex donat interdum equũ militi, non quia iam fortiter pugnauerit cõtra hostes/sed quia pręsumit & sperat illum pręclaras res gesturũ in perduelles dũmodo equũ habuerit. Sic deus rex regum, quod terrenus rex præsumit aut expectat ex coniecturis, ipse nouit infallibiliter: & ita quia nouit illum bene vsurum equo gratiæ quo vehatur ad gloriam/ipse donat ei equum gratiæ. Gandensis

CONTRA HENRICVM GANDENSEM.

XXXIII Scotus

Obijcit primo doctor subtilis/quia deus non præuidet hunc bene vsurũ gratia/nisi quia deus gratuite vult & ordinat illum bene vsurum gratia: ergo tota

ratio est ex beneplacito voluntatis dei. quod est corollarium quartum.

Gorcheim SECVNDO Obijcit. Henricus Gorcheim contra Henricum Gandensem ratione exempli/ꝙ illud nõ apposite adducatur de equo: & hoc ꝓbat per differentiarum inuentionem: nam hoc est instrumentũ abundandi apud Stragyritã

Aristoteles in Topicis. Differentiam vero lautam ostendi/comparando bonũ vsum liberi arbitrij ad deum, & bonũ vsum equi ad regem docet hoc modo: Quia homo diligit hominem ꝓpter aliquã bonitatem repertam in eo & præexistẽtem. Et sic bonitas hominis qui diligiẽ est causa dilectionis qua ab alio diligaẽ. Vicecuersa autem est respectu dilectionis dei ad hominem: nam sua dilectio non præsupponit in nobis aliquam bonitatẽ: sed primum per suam dilectionẽ causat in nobis bonitatẽ: quia deum diligere aliquem/est eum velle alicui bonum: illa autem volũtas dei qua vult bonum est alicui causa ꝙ ille habeat bonitatẽ a

Thomas deo: vt pulchre declarat diuus Thomas. par. i. q. xx. art. iij. & iiij. Patet ergo exemplum doctoris solemnis in illo in quo adducitur esse dissimile.

XXXIIII Scotus TERTIO OBIICIT Iterũ doctor subtilis. Ista ratio prædestinationis posita ab Henrico/non est communis omnibus prædestinatis: quia non paruulis baptisatis in ętate infantili decedentibus: in quibus deus non præuidet bonum vel malum vsum liberi arbitrij: & hoc ẽst argumẽtum diui Augustini a Scoto

Augustinus repetitum. Et addit Augustinus per illam rationẽ maxime conuinci quoscunq; dicentes homines ex futuris eorum operibus esse a deo prædestinatos

Gandensis

EVASIO HENRICI

Sed colorando dictum suũ Henricus inquit/argumentũ istud non infirmare ꝓpositũ: quia esto ꝙ paruuli non prædestinenẽ ꝓpter bonũ vsum liberi arbitrij quem habituri erant: prædestinanẽ tamen ꝓpter bonũ vsum liberi arbitrij quem habituri fuissent si superuixissent, & non fuissent morte præuenti

Scotus

REFELLENDO FVGAM HENRICI

Fortiter & bene arguit doctor subtilis: quia ꝓpter vsum præuisum alicuius si superuixisset non acceptaẽ vel damnaẽ aliquis: ergo nec paruulus ꝓpterea prædestinaẽ vel reprobaẽ: alioquin adultus moriens non præmiareẽ scd'm merita

XXV quæ haberet/sed scd'm ea quæ fuisset meriturus adhuc si superuixisset. Et ad-

Ariminensis Augustinus huc fortius opponit valens ille Gregorius de Arimino: primo per Augustinũ de prædestinatione sanctorum. Nullus præmiatur, inquit, a deo propter merita quæ nec eius nec alterius sunt, fuerunt, vel futura sunt: ergo nec per talia potest prædestinari. Et satis notum est cuilibet aduertẽti/quoniam talia non sunt merita: ergo non præmianda, cum omnino nihil sint. Vnde Augustinus hunc dicendi modum admiratus inquit: Vnde hoc talibus viris in mentem venerit, nescio/vt futura quæ non sunt futura puniantur aut honorentur merita paruulorum. & infra: Quia hominum futura quæ non sunt futura, ꝓculdubio nulla sunt merita: & hoc videre facillimũ est; ideo nec pelagiani hoc dicere potuerunt Præterea arguit idem Gregorius ex intentione & verbis beati Augustini sic: Si iudicarentur homines pro meritis vitæ suę quæ non habuerunt morte pręuẽti sed habituri fuissent si viuerent/nihil prodesset ei qui raptus est ne malitia im-

mutaret intellectum eius/ sicut scribitur sapientiæ quarto: Nihil prodesset eis qui lapsi moriuntur/ si ante morerentur: quod nullus christianus dicere audebit. Nam quis christianus non confiteatur/ ꝙ bonum Iudæ fuisset/ si suscepto baptismate mox decessisset: & idem de quolibet damnato baptisato: & tamen oppositū sequeretur/ si cum eo fieret circa actum quem habuisset liberum arbitrium si su peruixisset. Vnde concludit diuus Augustinus/ ꝙ tales sic soluentes moliuntur astruere quod non dico crediturum/ sed solum opinaturum neminem putaue rimus, scd'm ea scilicet iudicare quenquam mortuorum quæ gesturus fuerat si tempore prolixiori superuixisset. Hæc Augustinus. Quapropter Gregoriū Ariminensem arguentem induxerimus/ vt non spoliaremus eum debita laude. Nam ex omnibus commentarijs Theologicarum sententiarum nullum vel vidimus, vel legimus/ qui frequētius, signate, & ad omne ferme propositum diui A. Augustini locupletissimum adferat testimonium/ quemadmodum is Gregorius facit in primo & secundo scripto: tertius enim & quartus a nobis & a doctis pluribus maxime desyderantur. Et vt ad Augustinum redeamus/ ansam scribendi præbuerunt ei Massilienses & reliqui illius prouinciæ viri, qui ita arbitrati sunt se rem habere/ vt Henricus post multa sæcula illam opinionē resuscitauit: quod cum Prosper & Hylarius diuo patri per litteras significarent/ exortus est librū de prædestinatione sanctorum: qui totus posset huic nostræ quæstioni inseri: sed ad reliqua pergamus

Augustinus

Ariminensis

Massilienses

Prosper Hylarius

COROLLARIVM QVINTVM.

Nec aptitudo recipiendi influxum baptismalis gratiæ est ratio prædestinationis in paruulis: sicut nec oppositum est gratia reprobationis. Vt illud corollarium melius innotescat/ est aduertendum ꝙ forte Thomas de Argētina motus rationibus adductis in priori corollario, præter hoc ꝙ ponit bonum vsum liberi arbitrij esse rationem prædestinationis in adultis. Aliam ponit in paruulis scilicet quandam aptitudinem suscipiendi baptismalem gratiam/ quā deus præuidens ab æterno in paruulis/ ipsos prædestinauit ad vitam æternā: & illa aptitudo conuenit eis naturaliter/ puta quia non sunt adeo infirmæ complexionis, quin tamdiu possint durare in hac vita/ donec baptisent: & aliquo modo conuenit eis voluntarie, voluntate tamen aliena: puta quia tales sunt parentes vel nutritores/ qui eos baptisari non prohibent. Ratio vero reprobationis in paruulis scd'in eum, est ineptitudo seu inabilitas recipiēdi influxum gratiæ baptismalis, ab æterno a deo præcognita: quæ prouenit paruulis vel ex causa naturali/ puta quia ex naturali sua complexione tam cito moriuntur/ ꝙ baptisari non possunt: vel ex causa voluntaria, voluntate tamen aliena: puta quia nascuntur vel nutriuntur ab infidelibus/ qui nolunt vel prohibent eos baptisari. Hæc Thomas Argentoracensis Germanus.

XXXVI

CONTRA ARGENTORACENSEM

Arguitur per rationes Gregorij de Arimino/ quas inducit contra Petrum Aureoli: quē ex eo præsumo fuisse in sententia Thomæ Argentini: quia non vidi

Argentinus

Aureolus XXXVIII V Aureolum nisi modicum Colonię quasi per transennam. Arguit ergo Gregorius sic: Q. puer saluatur/hoc est per meram misericordiam dei: ergo est effectus prædestinationis illa aptitudo, non ratio. Antecedens probatur per illud apostoli ad Titum tertio: Non ex operibus iustitię quę fecimus nos/sed sed'm magnam misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis. glossa. id est baptismi. vbi apostolus non dicit ex cursu naturæ/sed ex gratia nos saluatos. Subdit Gregorius loquens de Petro Aureoli. Et mirum est de illo doctore qui prefatam contra se inducit autoritatem: nec vllum verbum respondet ad ipsam, imo certe mirādū nō est: quia nihil ad ipsam sed'm veritatē dicere pōt

X Augustinus Confirmatur per Augustinum de prædestinatione sanctorum dicentem: Gratia dei maxime apparet in paruulis, quorum cum alij baptisati/ alij non baptisati vitæ huius terminum sumunt/satis prædicant misericordiam & iudicium: misericordiam quidem gratuitam/iudicium autem debitum.

Ariminensis CONFIRMATVR secundo per Gregorium. Quia sicut natura humana in Christo ex ęterna gratuita dei prædestinatione vnita est verbo, & absq; peccato concepta & nata: sic quicunque baptisati sunt siue antecq̄ credant vt pueri/ siue postcq̄ crediderint vt adulti, hoc ex gratuita eorum prædestinatione consecuti sunt: ergo cursus naturæ nihil facit ad prædestinationem. Antecedens fulAugustinus citur diuo Augustino vbi supra dicente: Apparet nobis in capite nostro ipse fons gratię: vnde sed'm vniuscuiusq; mensuram se per cuncta membra eius diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei suę hō quicunq; christianus/qua gratia homo ille ab initio suo factus est CHRISTVS: de ipso spiritu & hic renatus de quo ille est natus: eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorū/quo spiritu factum est/vt nullum haberet ille peccatum. Hoc se deus esse facturum profecto præsciuit: ipsa est igitur prædestinatio quæ in sancto sanctorum maxime claruit: & infra. Sicut ergo prædestinatus est ille vnus vt caput nostrū esset/ita multi prędestinati sumus vt membra eius essemus: constat autem q̄ per baptismum sumus membra CHRISTI. & infra: Neq; enim retributa est gratia illa Christo, sed tributa/vt alienus ab omni obligatione peccati de spiritu & virgine nasceretur: sic & nobis/vt ex aqua & spiritu renasceremur, non est retributum ex aliquo merito/sed gratis tributū: & si nos ad lauacrū regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus priores nos dedisse aliquid/vt retribueretur nobis regeneratio salutaris. Ille quippe fecit nos credere/qui nobis fecit in quē credim⁹

XXXIX Y CONFIRMATVR Tertio sic: Detur vnus qui post baptismum confestim moriatur/tunc arguitur sic: Ille habebit vitam ęternam: ergo fuit prædestinatus: & vltra/ergo fuit iustificatus: sed ipse ideo fuit iustificatus, quia prędestinatus per apostolum: quos prædestinauit/hos & iustificauit. Cum autem non sit iustificatus nisi per baptismum/de primo ad vltimum sequitur/q̄ non sit baptisatus nisi quia prædestinatus: & sic baptismus est effectus/non ratio prædestinationis: & per consequens non ex aptitudine cursus naturæ/sed ex prædestinatione habet q̄ sit baptisatus

ADHVC roborantur prædicta. Quia si parentes possunt velle puerum baptisari sine spetiali dei monitione: eadē ratione posset vnus adultus iudęus vel paganus inter christianos nutritus/ & de baptismo informatus ex virtute sui liberi arbitrij baptismū petere sine spetiali dei monitione: & per consequens ex puris naturalibus posset quis de statu perditionis ad statum salutis & gratiæ peruenire: quod forte non exit metas hęresis pelagianæ. Et est expresse contra apostolum ad Colosenses primo: Gratias agentes deo patri/ qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis suæ

CONFIRMATVR. Quia si ex solo cursu naturali ita proueniret/ puta quia fortis conplexionis vt superuiueret, intercedentibus tm̄ hijs quæ sc̄d'm cursum naturalem proueniunt/ & communi dei ordinatione: scilicet ꝙ baptisatus mundetur a culpa & suscipiat gratiam, sequitur ꝙ predestinatio sanctorū non esset sc̄d'm electionem, contra apostolum: necꝫ sc̄d'm electionē gratiæ reliquię saluę fierent: necꝫ electi essent vasa misericordiæ/ quæ deus preparauit in gloriam

ET NE Habeat aduersa opinio quo hijscere possit/ adducatur Augustinus de gratia & libero arbitrio/ vbi inquit: Aliquando infidelium filijs prestatur hæc gratia scilicet baptismalis cum occulta dei prouidentia/ vt in manibus piorum quomodocunꝗ perueniant: aliquādo fidelium filij eam non consequuntur (aliquo impedimento existente) ne possit periclitātibus subueniri. Et de bono perseuerantiæ adhuc magis vrgentia adducit: Plerūꝗ ait, festinantibus parentibus & paratis ministris/ vt baptismus paruulo detur, deo tamen volente non datur: qui cum paululum in hac vita non tenuit vt daretur. Audiatur iterū diuus pater de gratia & libero arbitrio dicens: Ad occulta dei iudicia reuocate quando videtis in vna causa/ ꝗ̄ certe habent omnes paruuli, hęreditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri vt baptiset̄/ illi non subueniri vt in ipsa obligatione moriatur: illum baptisatum in hac vita relinqui/ quē præsciuit deus impium futurum: istum vero baptisatum rapi ex hac vita, ne malitia immutaret intellectum eius XL Augustinus

VLTIMO Ex isto fortalicio ꝓferat̄ quod idem de innocentibus ait: Quos constat per martyrium fuisse ab originali culpa mundatos, si qui eorū non fuerunt circumcisi, sicut plures eorum non erant/ vtpote interfecti ante octauum diem/ qua sc̄d'm legem circumcidendi erant. Non enim potest dici/ ꝙ ex cursu naturali fuerunt interfecti propter Christum, ac per hoc non rationabiliter ab originali mundati: vnde oportet hoc solum reducere in impietatem Herodis, quod insanissimum est: vel quod verum est in diuinam prouidentiā/ quæ eos hoc modo saluare disposuit: & per consequens talis mundatio est effectus prædestinationis/ non ratio. Sic relinquitur corollarium probatum XLI Augustinus

COROLLARIVM SEXTVM

Non est ponenda pręd estinationis aliqua ratio negatiua/ sicut nec reprobatio XLII

Aureolus Ariminensis Picardus Vuimpina nis affirmatiua. Istud corollarium ponitur contra Petrum Aureoli: qui reprobata opinione doctoris sancti (nam illum præ cæteris solet improbare: dicebat præceptor meus Coloniæ Theodericus de Suftern) dubiũ pendens isto modo absoluit/vt Ariminẽsis, Ioãnes Picardus in thesauro, & Chunradus Vuimpina in probleumatibus renarrant. Deus omnibus vult gratiam & gloriã/ nisi habeant obicem finalis gratiæ, & offerantur cum indignitate. Vnde cũ deo offeruntur deo aliqui cum resistentia habituali peccati/vt paruuli habentes peccatum originale. Alij cum resistentia actuali/vt adulti: & ideo reprobantur. Alij vero offeruntur non quidem cum dignitate, quoniam hoc non oportet/sed sine indignitate & resistentia: ideo pro eis concluditur finalis gratia: & sic prædestinant. In summa reprobatio habet causam positiuã/scilicet obicem finalis gratiæ præuisum: sed p̃destinatio habet causam negatiuã/puta carentiã talis obicis.

XLIII bb Ariminensis CONTRA AVREOLVM ET PRO COROLLARIO

Arguitur breuibus sic: Aliquem esse sine obice peccati originalis & actualis est effectus prædestinationis: ergo non est ratio prędestinationis: tenet consequentia a relatiue oppositis. Antecedens probatur per apostolum ad Ephesios primo: Elegit nos ante mundi constitutionẽ/vt essemus sancti & immaculati. vbi glossema adnotauit/ꝙ loquaẽ de electione p̃destinationis: & sic non prædestinauit nos/eo ꝙ sancti essem⁹ & immaculati, sic nec quia futuri eramus: sed quia nos prædestinauit/ideo futuri eramus per gratiam eius sancti & immaculati.

cc Augustinus Eodem fonte scaturit simile argumentum. Absolutio ab omni culpa est effectus gratiæ dei/quam æternaliter deus sciuit se hominibus largiturũ: ergo nõ est ratio. Antecedens probatur per illud apostoli: Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filij eius: & hoc nõ est nisi propter remissionem peccatorum: & est de mente Augustini illa ratio de fide ad Petrum. Confirmatur: quia si Esau propter obicem finalis gratiæ fuisset reprobatus, certe non dixisset apostolus: Non ex operibus/sed ex vocante dictum est. imo potius dixisset: Non ex vocante/sed ex obice dictum est.

S. Paulus XLIIII dd Marsilius MARSILIVS contra Aureolum arguit sic: Quia obex gratiæ non esset/si dominus misereri disponeret: ergo obex gratiæ non est ratio reprobationis. Antecedens patet autoritate & exẽplo. Exemplo beati Pauli qui adhuc spirans minarum cędis in discipulos domini per deum mirabiliter conuersus est: vt traditur historia per Lucã in actibus apostolorũ ca. ix. Sic & de Matheo & alijs. Autoritas est Augustini in Enchiridio: Quis enim ita desipiat/vt dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit, in bonum non posse conuertere

Augustinus

XLV Ariminensis VLTIMO ARGVIT Gregori⁹: Quia multi si fuissent vocati/credidissent & sic non posuissent obicem finalis gratiæ: ergo non quia fuerunt præuisi habituri finalem obicẽ gratiæ/ideo deus eos non vocare proposuit: vę tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis olim in cilitio & cinere pœnitentiam egissent. Vbi expresse voluit saluator Ty-

Saluator

rios & Sydonios ideo non credidisse corā quibus nō sunt factæ virtutes, quia prædestinati non fuerunt: ideo virtutes per quas credidissent/coram eis factæ non fuerunt. Et tantum de conclusione prima quę concernit prędestinationem nunc de reprobatione audiamus

CONCLVSIO SECVNDA XLVI

Sicut prædestinationis non est aliqua ratio/ita nec reprobationis: & intelligitˀ conclusio de reprobatione negatiua. Istam conclusionē non est necessariū ꝓbare in præsentia/eo ꝙ rationes suprainductæ & autoritates sunt pro illa conclusione. Circa tñ intellectum conclusionis difficultatē aliqui faciunt, & ignitos cineres igniunt. Intelligunt enim multi doctorem sanctum, & alios/ ꝙ posuerit nullam causam etiam damnationis: ita/ꝙ aliqui sint damnati vel reprobati ad damnationem sine ratione: & ita trepidat hic Ioannes maioris: Quod si ita sentiunt/non habebunt me corriualem opinionis suæ: malo esse asymbolus. Interpretor tamen antiquorum doctorum sententiam ex Herueo Britonis, & Henrico Gorcheym, ne videar in re tanta loqui sine autore. Secundo loco ostendam doctorē subtilem cū asseclis non dissidere a sententia Neotericorū: & subinde concludam istam primā partem huius articuli, ꝗ̃tum ad primum

Thomas

Maioris

HERTEVS BRITO. XLVII

Heruēus

Dicit sic: Sed aliqua est causa reprobationis ex parte effectus: quia duo sunt in reprobatione: scilicet firma adhæsio ad malum, & gratiæ carentia. Causa primi est voluntas nostra defectibilis, & possibilis esse mala: & nō voluntas actu mala. Causa vero secundi est deus: quia non dat, licet non sine indignitate nostra: & demum concludit/ꝙ totus effectus reprobationis habet causam, volūtatem nostram defectibilem/quæ non conpræhenditur sub effectu reprobationis. Esto autem ꝙ possimus esse causa totius effectus reprobationis/non tamen sumus causa totius effectus prædestinationis

HENRICVS GORCHEIM XLVIII

Gorcheim

Prædestinationis inquit, non est aliqua ratio/sed reprobationis: nā deus sicut est causa gloriæ/ita etiam mediorum ordinatorum ad gloriam: non autem sic est in reprobatione. Sic etiam dicit Capreolus: Licet nulla sit ratio reprobationis ex parte reprobati/tamen bene ex parte effectus reprobationis: qui sunt derelictio in præsenti, & punitio in futuro. Cum ergo illi tanti viri ex diui Thomæ Aquinatis palęstra prodeuntes reprobationis causam posuerunt/ vt punitionem inferni includit. Quis non crederet eandem mentem Thomę fuisse, cuius sensa tam profunde scrutati sunt: & a tanto magistro & præceptore vix desciuissent? Et quis credere vellet deum hominem ad tam atrocem pœnam velle damnare nullis exigentibus demeritis. Potius ergo arbitrandum est Thomam & reliquos doctores loquutos de reprobatione negatiua, admodū statim exponendum. Q si quis eos aliter intelligat/habeat sibi intellectum suum certe nos in eam sententiam trahere nunꝗ̃ poterit: sed videamus illam concordiam quam sumus polliciti: & vt nos etiam aliquid noui faciamus

Capreolus

Thomas

CONCORDIA SCOTI ET RECENTIORVM

XLIX In primis supponamus duplicem esse reprobationem, affirmatiuam scilicet & negatiuam: de quibus in primo articulo. Secundo aduertendum/ quod secundum Joannem Scotum, Herueum, Gregorium, Aliacensem & alios, deus sine ratione aliquibus non vult largiri vitam ęternā, pręsentatis eis in puris naturalibus sed hoc nō vult ex mero beneplacito. Tertio & hoc addendum omnes pradictos cum assedis admisisse & posuisse rationem punitionis ęternę seu damnationis culpam scilicet pręcedentem a libero arbitrio commissam

Scotus Herueus Aliacensis

PROPOSITIO

Scotistę

Quod ergo Ioannes Scotus, Vorrilon, Petrus de Aquila, Landulphus, Franciscus Mayronis, Holcot, Gorris, Hugo, Brulifer, Paulus, Pelbartus & similes admittunt causam seu rationem reprobationis, intelligendum est de reprobatione affirmatiua: id est de ea quę respicit punitionem ętern infernalem. Sed quod Gregorius Ariminensis, Petrus Aliacensis, Marsilius, Alphonsus Tolletanus, Et si collubitum est diuus Thomas cum suis, negāt aliquam esse causam seu rationem fore prędestinationis, intelligendum est de reprobatione negatiua: id est de ea volitione dei qua non vult hijs vitam ęternā largiri. Et sic vtraque opinio alteri condescendit & adminiculatur sine omni controuersia. Hoc domini mei/ & auditores iucundissimi ab Eckio vestro dictum, traditum, & affirmatum adeo verum est/ sicut lac esse album, aut solem crastina die oriri. Quod nō melius quam ex verbis eorum patefaciemus/ qui talia senserunt: & qui maxime videntur doctori subtili Ioanni Scoto aduersari. Et primo audiat valens ille doctor ex diuo ordine Heremitarum

Moderni

Thomas

Eckius

GREGORIVS ARIMINENSIS IN SOLVTIONE PRIMI ARGVMENTI

Ariminensis L

Hic sunt duo distincte (inquit) consideranda. Vnum est/ quod deus proposuit se aliquorum non misereri: & in hoc proprie consistit ratio reprobationis: & cur sic proposuit non misereri non est dare causam pręter beneplacitum suum, sed simpliciter confitendum cum apostolo: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat: id est immisseretur, vt exponit Augustinus. Aliud est/ quod talibus quorum proposuit non misereri/ pręparauit etiam pœnam pro peccatis debitā. Et ideo quamuis non propter eorū culpam nolit deus misereri, id est vitam ęternam largiri: tamen propter eorū culpas originales/ vel actuales, aut vtrasque vult eis dare pœnam: & ista voluntas iustissima est. Vnde Augustinus primo ad Simplicianū: Quis nō viderit iniquiter argui neminē posse, qui quod sibi debetur exigit nec tamen certequod ei debetur, donare voluerit: hoc autem non esse in eorum qui debitores sunt/ sed in eius cui debetur arbitrio: & infra: Sunt ergo omnes homines (quando quidem vt apostolis ait, in Adam omnes moriuntur/ a quo

Augustinus

Augustinus

in vniuersum genus humanū origo ducitur offensionis dei) vna quidem massa peccati, supplicium debens diuinę summæq; iusticię: quod siue exigatur siue donetᷓ nulla est iniqtas. Cui enim donat gratuitā exhibet misericordiā: & a quo exigit iustissimū in illo exercet iudiciū, ita vt nec liberat⁹ de suis meritis glorietᷓ: nec damnatus nisi de suis demeritis conquęratur. Hæc bonus Gregorius

PETRVS DE ALIACO q.xij.primi. Aliacensis

Inter alia sic dicit, Q₂ punire non est reprobare: nec deus reprobat aliquem vt puniat/sed quia ille peccauit, ideo damnat eum: & inducit verba Gregorij quæ iam allegauimus. LI

MARSILIVS INGHEN q.xli.primi. Marsilius

Eiusdem est sententiæ non dubito/q̄uis id verbis nusquam exprimat violenter, tamen præsumo. Cum enim totam ferme illam quęstionem nedum in sententia/sed in serie quoq; verborum ex Gregorio Ariminensi exscripserit, demptis rationum principalium solutionibus: vbi totum ferme foliū dimisit mundum, Iacobo Vuimphelingio christianæ litteraturæ perdocto viro teste, contemplatione solutionum rationum contra quæsitum motarum: quas si edidisset/non aliam proculdubio amplexus fuisset sententiam q̄ Gregorius. Ob id arbitror Ioannem Brisgoicum Theologiæ professorem (dum eundem publicitus profiteretᷓ Friburgi) supplesse solutiones quarti, quinti, & sexti argumenti ex Gregorio: & scite & recte factum, vt ex hijs claret quę iam diximus. Vnde Marsilius ꝓbat reprobationis primo modo nullam esse causam: quia etsi Esau magno eiulatu fleret: Genesis. xxvij. tamen non est consecutus benedictionem: quia dominus misereri noluit. Sed in secūdo reprobationis significato esse eius causam probatur: quia scd'm modum delicti erit & plagarum modus: facit textus. c. Nabuchodonosor. xxiij. q. iiij. & c. Vasis iræ nūq̄ de⁹ redderet interitū si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum: quia nec deus homini peccanti iuste inferret iram/ si homo ex prædestinatione dei cecidisset in culpā

Vuimphelingus — Brisgoicus — Anno. M. D. quinto — Marsilius

AVCTARIVM

Et illa conclusio primæ opinionis videtur clara apud Augustinum in Enchiridio. ca. cvi. vbi sic ait: Vnde & ipsam vitam ęternam quæ certe merces est bonorum operum, gratiam dei appellat apostolus: Stipendium inquit/peccati mors est, gratia autem dei vita ęterna in Christo IESV domino nostro: Stipēdium pro opere militiæ debitum redditur/ non donatur: ideo dixit/stipendium peccati mors: vt mortem peccato non immerito illatam/ sed debitam demonstraret. Gratia vero nisi gratis est/gratia non est. Intelligēdum est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse dei munera: quibus cum vita ęterna redditᷓ/quid nisi gratia ꝓ gratia redditᷓ. Videtis domini mei reprobationis affirmatiuę rationē admitti per Augustinum: sed nullam prædestinationis vult admittere nisi deū

Augustinus LII

APPENDIX

PRIMA. Ad omnia prædicta addenda sunt verba Heruei inter alia sic dictis Causa remota potest reddi quare aliqui sint prædestinati, scilicet liberum arbi

LIII Herueus

trium possibile moueri in bonum:sed proxima nulla dari potest ratio vel causa.

Soardus LIIII Scotus Colonia

Is est Heruecus ex familia sancti Dominici doctor illuminat[9], vt Lazarus Soardus cognomen subtilis ei tribuat:qui cum Ioanne Dunst Scoto, vero cognomine doctore subtili, apud Agrippinam Coloniam nobilissimam Germaniæ achademiam publicitus de summis Theologiæ apicibus, magna cum gloria disputasse fertur:verum palmam Scotum tulisse aiunt in eo articulo/qui de immaculata virginis MARIAE conceptione fortasse tunc in controuersiam venit. E regione vero Herueum insigniter contra formalitates Scoti dimicasse/vti hodie colonienses submurmurant subtilitates Heruei destruxerunt formalitates Scoti:statim post hoc debitum naturæ persoluit Scotus Coloniç apud corrigeros sepultus. Anno gratiæ Millesimo trecentesimo octauo. vi. Idus Nouembris. quo anno inuicta Alpestrium Heluetiorum in superiori Germania, multis nobilibus & principibus exitiosa confęderatio & liga initium sumpsit. Sed vtcunque sit/exploratū est nasuto & docto lectori Herueū fuisse virū doctum, acri ingenio & subtili:attamen Ioannem Scotum multis subsellijs ei prę ferendum.

Anno millesimo trecentesimo octauo

Suiceri

LV Scotus

SECVNDA. Hoc quoq addendum/ꝙ doctor subtilis in reportatis distinguit hunc prædestinari propter merita:quia ly propter, vel dicit dispositionem præcedentem in fieri:& sic nemo it infitias/ quin prædestinatus propter merita prędestinetur. Aut ly propter dicit rationē volendi & reddendi:vtpote quia merita sint ratio volendi quare deus huic velit beatitudinē,& sic negatur.

Thomas

TERTIA. Pro repetito etiam habere volumus quod diuus Thomas Aquinas superius distinxit de duplici effectu prædestinationis scilicet in communi & in particulari. Proderunt hęc appendices plurimū aduertenti secundam opinionem multis autoritatibus innixam, puta quomodo deus beet scd'm merita: & vnusquisq recipiat scd'm ea quæ in corpore gessit. Et hij qui bona egerunt, ibunt in vitam ęternam:qui vero mala/in ignem ęternum: quę autoritates om-

LVI

nes cum similibus possunt solui ex duabus vltimis appendicibus. Prima autem ad hoc conducet/vt autoritates dissoluantur quæ libertatem arbitrij magnifaciunt:& in nostra potestate sitū attestanť vel viuere vel mori, mereri vel peccare

PERORATIO

LVII Orbellis

Etsi alicui videatur difficile intelligere opinionem illam/accipiat doctrinā Nicholai de Orbellis præter memorata superius/ita dicentis: Posset autē dari responsio generalis ad consimiles quęstiones/ꝙ debilitas intellectus nostri non sufficit ad indagandam abyssum iuditiorum diuinorum:nec mirum cum non valemus ad plenum cognoscere modicę herbę seu vermiculi proprietatē. Captiuare igitur debemus intellectum nostrum in obsequium Christi vt ait apostolus, ea quæ sunt fidei firmiter simpliciterq credendo, nostræ intelligentię modicitatem considerantes/maiestatemq diuinæ celsitudinis admirātes. Memor

S. Paulus LVIII

sit exhortationis apostolicæ dum ad Romanos scriberet:Et nolite conformari huic sęculo:sed reformamini in nouitate sensus vestri:vt probetis quę sit volun

tas dei bona & beneplacens & perfecta: dico enim per gratiã quę data est mihi in omnibus qui sunt inter vos/non plus sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hæc ergo cũ omni humilitate & modestia sint dicta pro illa opinione celebri & solemni: quã ego isto pacto ex tot doctorũ officinis & suffragijs defendendam ac intelligendã existimo. Q, si aliquid proficui nostra scriptione expendimus sit honor deo, laus pręde stinatis, & doctoribus qui nobis talia præscripserunt/& calcar subdiderũt merces detur a D.O.M. qui viuit in sęcula benedictus. AMEN. Eckius

SECVNDA PARS ARTICVLI SECVNDI. IN QVA OPINIO PRAEDESTINATIONIS RATIONEM ASSIGNANS EXORNATA PROPONITVR ET TVTATVR.

IN NOMINE TVO O DVLCIS IESV

AVDIVISTIS PATRES, FRATRES ET DOMINI, AVdiuistis (ni fallar) diligẽtissime instructam de prædestinatione opinionem, illam puta sola dei largiri misericordia & beneplacito/non obtutu vel meritorum nostrorũ, vel præparationis ad gratiam: eãq; ita rationibus validissimis, autoritatibus sacræ scripturę efficacissimis fulcitam, ita adamantinis vinculis colligatam/vt temerariũ cui videri posset velle ad aliã opinionem more transfugæ commigrare. Sed veritatis amore (cuius indagationi studiosus quisque & Theologus in primis obuijs, vt aiunt, vlnis insudare debet) opinionem secũdam disquiremus: & si minus communem & solemnẽ, magis tamen piam/quantum ego lippus Tiresia cętior contemplari valeo, vel summis labris olfacere. Videtur quoq; plus trahere ad deuotionem/& inflammare affectum, ac rudi populo satisfacere/q̃ prior sententia. Sed vt est mitior & benignior, ita & difficilior/vt ex fortissimis ratiõibus exasse formatis & dedolatis superius facile etiam cęcutiens potest intelligere. Curabimus tamẽ elaborata diligentia (quantum nos deus iuuerit) & indefessã opera laborabimus, vt illam opinionem licet raram & insuetam, ita tamen politam/ instructam/ & ad amussim ornatam vobis bene audientibus reddamus, ita diligẽter comptã producamus in mediũ: vt cui eligibilior videri poterit q̃ illa superior ab omnibus ferme asserta & defensa: hæc tamẽ omnia, vt supra, vt semper, cum omni humilitate & modestia qua decet: subijciens me omnibus quorum est errantes ad viam veritatis reducere. Fateor enim non posse me semper Thunni more videre, sciens q̃ ꝓpensi sumus in errores cognata nobis ignorantia. Omnino autem istam opinionem defendens, hoc animo firmet/vt scopulum vitet pelagianum, ne illi nauem illidat/sed pręternauiget. Is enim Pelagius nimiũ exaltando merita nostra in baratrum cæcitatis deuenit: & in reprobum sensum datus est: vt sępe meminimus. Via igitur regia pugilice ad institutũ negotiũ pergamus. LIX Pelagius

Deo Gloria

ORDO AVTEM Procedendi non erit multum alienus ab eo qui in superiori parte obseruatus est, Primo ponentur euidentialia. Secundo ponetur conclusio cum suis declarationibus. Tertio loco statuentur doctores ex quorum promptuario venit haec secunda opinio. Quarto roborabitur conclusio rationibus doctorum: quas subsequetur breue agmen corollariorum. Vltimo censura addetur omnium eorum quę pro superiore opinione inducta sunt, huic secundę repugnantia vel aduersa. Iam ergo naue soluta stationem excat

PRIMVM PVNCTVM QVOD CONTINET EVIDENTIALIA

LX EVIDENTIALE PRIMVM. Deus ita est causa efficiens hominum / quod ipso non agente, nihil aliud agit: & cuiuscunque effectus etiam naturalis deus est potior causa quam creatura. Prima pars est obuia cuilibet christiano: Ioan. i. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Et in symbolo Niceno: Credo in vnum deum patrem omnipotentem, factorem coeli & terrae, visibilium & inuisibilium. Apostolus hoc testatur ad Romanos. xi. Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia: hoc tenet & sanxit ecclesia in. c. firmiter. extra de Sum. tri. & fi. cath. Ipse creator omnium visibilium & inuisibilium, corporalium & spiritualium. Verba apostoli, quae leguntur Actuum. xvij. Idem probant / vbi inquit: In ipso viuimus: mouemur, & sumus. & antea dixerat: Cum ipse det omnibus vitam & inspirationem, & omnia. In re manifesta & omnibus cognita accumulo autoritates / vt videatur quam familiare sit sacrae scripturae omnia quę fiunt attribui deo

LXI Aristoteles IDEM videtur de intentione Aristotelis: quia ponit in secundo metaphysicae non esse processum in infinitum in causis efficientibus: ergo infert esse vnam primam causam / quae est deus benedictus. Et hoc testatur commentator ibidem / dicens: Sicut philosophus in octauo physicorum ex motu inquirit primum motorem ita hic inquirit ex causalitate primam causam. Et expressius hoc concludit commentator secundo metaphysicae. com. iiij. super illo philosophi: Quare verissimum quod posterioribus causa est / vt sint vera: dicit com. Et manifestum est quod si est hęc prima causa omnium entium / quod illa causa est magis digna & in esse / & in veritate / quam omnia entia. Omnia enim entia non acquirunt esse & veritatem / nisi ab ista causa: est igitur tantum ens per se, & verum per se: & omnia alia sunt entia & vera per esse & veritatem eius. Nihil expressius istis verbis quibus commentator explicat deum esse causam efficientem omnium. Nec potest interpretari quod solum innuat deum esse causam finalem: nam verba sua hoc non patiuntur / cum primo dicit: omnia acquirere esse ab ista causa, hoc autem pertinet ad genus causae efficientis Secundo dicit / quod omnia sint per esse eius: quod iterum ad efficientiam refert.

Auerrois (margin, beside "mam causam")

Auerrois Confirmatur per com. xij. metaphysicae, com. vi. principium formale & finale, & mouens non sunt tria numero / sed vnum subiecto, & tria ratione. Per mouens autem non videtur quid intelligat causam efficientem: adde eundem Com. decimo. Et spetialiter posset ostendi de intelligentijs, de quibus tamen minus videtur, fuisse Auerrois mentem omnes esse productas a deo ex hijs quae dicit septimo metaphysicae Com. xxxi. & xij. metaphysicae. com. xliiij. cum multis alijs

quæ adducit Aureolus & Paulus Venetus in octauo physicorum. Fui profusior in hac parte deducenda per Auerroim (quem tamen Ioãnes capnion multarum litterarum peritus Abenrust nuncupari dicit in rudimentis hebraicæ litteraturæ) occasionem dedit Nicholaus de Lyra: qui narrat. c. xvij. actuum apostolorum Auerroym imponere Aristoteli, affirmasse eum deū solum esse causam finalem oīm/ non efficiētem: quod non memini me apud Auerroym legisse. Hoc est verum quod valens ille Gregorius Ariminensis cum conplicibus dis. prima secundi nititur probare hoc esse de mente vtriusq;: plus tamen insistens rationibus/ q̄ autoritatibus: quia videlicet æterna, sicut intelligentię nō possunt effici: & cum non haberent materiam/ necessario essent creatę. At Paulus venetus dare probat oppositū vt & superi⁹ meminim⁹. Nam a deo cunctis deriuatū est esse & viuere: &. xij. matapbysice ait Aristoteles. Ab ipso dependet cœlū, & tota natura. Et multū expresse hoc determinat Algazel li. i. tractatu quinto. Aureolus P. Venetus Reuchlin Lyra Ariminensis P. Venetus Aristoteles Algazel

CONFIRMATVR. Quia sed'm Aristotelem secundo de generatione: multi effectus, etiam generatio, dependent a motione solis in obliquo circulo: quę tamē est causa vniuersalis limitata: ergo a fortiori effectus inferiores depēdent a causa vniuersali illimitata/ quæ est deus. Sufficiant hæc in præsentia.

SECVNDA PARS satis superq; fuit ostensa in quinto euidentiali opinionis præcedentis. Vnde ad hoc addit pulchrum verbum Henricus Gorcheym dicens: In rebus naturalibus deus non solū creat ipsas formas in rebus/ sed etiā ipsos motus & operationes formarum: deus enim est principium omnis motus: nec tamen frustra sunt illæ formę, q̄uis deus operet̄ in omnibus: nam ipse disponit omnia suauiter: Sapiē. viij. Quia per suas formas inclinantur res quasi sponte in id ad quod ordinantur a deo. Et vt illa pars euidentialis intelligibilior fiat/ teneatur mente hæc notula. LXII Gorcheym LXIII

NOTVLA. In istis actionibus vbi creatura coagit creatori/ tunc deus & creatura sunt vna causa totalis illius, qualibet seorsum seu disiunctim existente causa partiali. Non accipe partialis/ q vna agat vnāpartem, & altera reliquam: sed quia vna agit cum alia: sicut loquitur de causis partialibus Scotus. q. viij. quodlibeti. art. i. Et est aliquo modo simile de duobus trahētibus nauem, quorū vterque est causa partialis/ & ambo sunt vna causa totalis tractiōis nauis: licet in hoc sit dissimile dicit venerabilis inceptor (id cognominis Vuilhelmo Occham tribuunt/ q Angli doctores quos magistros nos appellamus, ipsi inceptores vocitent: ita ferunt, nihil conpertum habeo.) In hoc inquam est dissimile: quia inter duos trahentes nauem/ non est essentialis ordo dependentiæ, sicut est inter causam vniuersalem & particularem: quia causa secunda dependet a prima non solum in essendo/ sed etiam in causando: & propterea non potest agere prima causa non agente. Et sic loquuntur magistri de causis essentialiter subordinatis in septimo physicorum: vt patet apud Marsilium, Burleum, Paulum venetum, Georgium Bruxellēsem & alios: & nos in auscultationibus physicis multa adnotauimus de causis essentialiter subordinatis tam absolute/ q̄ naturaliter consideratis. Et doctor subtilis dis. iij. q. viij. Item. dis. ij. q. ij. primi imitat̄ commu- Scotus LXIIII Occham Marsilius Burleus Bruxellensis Scotus

Occham LXV Aliacensis nem opinionem. Vuilhelmus vero Occham vt inquietus, nititur dicta eius refellere & obumbrare: tamē Petrus de Aliaco. q. iij. primi saluat & defendit doctorē subtilem contra Occham. quod nota: quia alibi non facile reperies simile.

LXVI COROLLARIVM Sequitᷓ ꝙ suspendere deum causam secundam, vel actionem causæ secundæ/nihil aliud est q̄ꝫ ipsum non coagere; quia (vt iam patet) prima causa non coagente, secunda causa etiam non potest agere. Ex quo patet secundum/videlicet ꝙ suspensio illa non est actio aliqua positiua: sed dicit negationem concursus causæ primæ cum secunda in actione conuenienti causę secundæ secūdm cursum naturę institutum. In simili dicit doctor subtilis in quarto Scotus dis. xi. q. iiij. in fine. de annihilatione deum nulla actione positiua annihilare: sed sicut positiue agendo rē cōseruet: ita annihilare sit desinere rem conseruare. Hoc Occham corollariū etiā ponit Occhā in secūdo. & adhuc meli⁹ in quarto. q. vij. quē vide

TERTIA PARS PROPOSITIONIS

LXVII Sequitᷓ ex prædictis. Hinc est/ꝙ deus est causa rerū immediata, magis q̄ꝫ quæcunque creatura, sicut doctores hoc docent dist. i. secundi. Et ibi multum notabiliter præter alios tetigit Petrus de Candia. q. prima. Is Petrus electus pōtifex P. de Candia Romanus, Alexander eius nominis qntus appellatus est. Vuilhelmus Occham Occham tetigit hoc. q. iiij. secūdi. & dis. xlv. primi: licet Holchot cōtrouertat. q. xi. determinationum. Sed vt eum repellas, intellige causam immediatam non dici quia sola causet, aut quia sine medio causet: sed quia sine medio attingit effectum in se, & in sua essentia: & sic omnis causa ꝓprie dicta est immediata, vt in nostris auscultationibus physicis adnotauimus. Sic ergo deus omnia immediate cōseruat, & omnia immediate producit: probat Gregorius Ariminensis dist. xlv. primi. Eckius Ariminensis Ea propter deo attribuuntur omnes operationes nostræ bonę: quia actio magis proprie attribuitur principali agenti/q̄ꝫ secundario: sicut securis non dicitur facere archā/sed artifex, vt dicit doctor subtilis. q. i. dis. i. quarti. Omnis aūt creatura potest dici causa instrumentalis dei: vt dicit ibidem. & clari⁹. q. v. sequenti. Scotus

LXVIII COROLLARIVM. Sequitur ex illa parte/ꝙ in actione alicuius creaturæ nō solum deus coagit respectu effectus/sed ipse facit etiam creaturam agere: & ita non est mirum/ꝙ sacra scriptura attribuit deo principaliter opera nostra tanq̄ꝫ causę principali: non tamen negando quin nos simus causę secundariæ & coadiutores dei. De quo statim infra

LXIX COROLLARIVM. Quare nos non multum gloriari debemus de actibus nostris: quia deus operatur illa quę & nos operamur, & principalius operatur & facit nos operari. Idem enim deus operatᷓ omnia in omnibus: prima ad Corinthios. xij. Miramur tamen dominum præpositum Gabrielem, qui negat aliquam creaturam esse causam ex natura rei/sed solum ex voluntate dei: ita ꝙ creatura non habeat causalitatē/nisi sicut causa sine qua non dis. i. q. i. quarti: sed ꝓfecto in illum errorem nō incidisset/si propositiones sui Petri Aliacensis in eodem loco melius ruminasset: quem improbat Ioannes Maioris ibidem. q. iij. Præpositus Aliacensis Maioris

COROLLARIVM. Omnis res est creatura vel creatrix essentia proprie, nō obstante ꝙ aliqua sit ꝓducta a creatura. Istud corollariū dicit Alphonsus Tol- Alphonsus

letanus vsurpatum a sancto Bernhardo in concilio aduersus Gilbertũ Porretanum ponentẽ relationes assistẽtes essentiæ diuinæ:cuius etiã suffragio Gilbertũ manus porrigere coegerit. Cuius disputatiõis meminit Otto Episcopus Frisingensis natus Marchio Austriȩ in primo libro de gestis diui Imperatoris Fȩderici primi sueui. Istud tñ corollariũ communiter nõ capiunt etiã docti/ quomõ in propria significantia omnis res sit creatura vel creatrix essentia. Nam Petrus de Aliaco ob id.q.i.quarti distinxit vocabulum creare,multiuariã. Sed tamen corollariũ positũ ꝓbaẽ. Et quia non est controuersia de creatrice essentia, ostendatur solum de creatura:& argumentor sic:Omne quod generaẽ/creatur proprie:ergo erit ꝓprie creatura,& per consequens non obstante ꝓductione creaturæ,ipsa erit ꝓprie creata. Antecedens ꝓbatur:quia omne quod producitur ab agente non innitente subiecto in sic producendo/illud creatur proprie: sed omne quod generatur/ꝓducitur ab agente quod in sic ꝓducendo non innititur subiecto:ergo omne quod generaẽ creaẽ ꝓprie. Maior satis liquet ex quid nominis creare. Sicut enim generans prȩsupponit subiectũ cui innitiẽ, ita creans non prȩsupponit subiectum. Minor patet ex euidentiali:quia om̃ia fiunt a deo

Bernhardus LXX Gilbertus Otto Frising. Federicus LXXI Aliacensis

COROLLARIVM. Licet equus genereẽ ab equo,tamen idem equus creaẽ a deo. Vnde respiciẽdo ad agens creatum/verum est dicere equum fieri ex aliquo, quia ex subiecto præsupposito: sed aspiciendo ad agens increatum/ verũ est ꝙ fiat ex nihilo:id est non ex subiecto præsupposito.

COROLLARIVM. Licet omne quod genereẽ creetur,tamen generatio nõ est creatio:quia generatio est motus,vt patet tertio physicoꝝ. Creatio autem nõ est motus,potest admitti esse mutatio vt Scotus loquitur extense de mutatione dis.x.quarti.q.i. Quid aũt sit agens in agendo inniti subiecto,& quid formam educi de potentia materiæ,& si dominus præpositus insigniter lapsus sit dis.i. q.i.secundi.nos remittimus,ne omnia hic expiscemur:ad notata in auscultationibus nostris physicis,& in primo de generatione;duo itẽ ex doctoribus mihi non displicent Herueus Brito di.i.quarti.& Chunradus Sũmenhardus Theologus non pœnitendus Tibingẽsis sup Philosophia Alberti magni. Iuxta hoc etiã videre poteris quõ doctor subtilis ponat animã sensitiuã bruti a deo solo immediate ꝓduci dis.xviij.secundi.& dis.xrj. q.iij.quarti. Et tantũ de illo Euidentiali primo.

LXXII Scotus Præpositus Herueus Summenhart Scotus

SECVNDVM EVIDENTIALE

LXXIII

Certum est deum optimũ omnia ꝓpter suã bonitatem fecisse & facere:non solum quæ intellectiles respiciunt creaturas/sed & totius vniuersi perfectionẽ & conditionẽ. Istud euidentiale poniẽ per magistrũ di.i.secundi. Credamus ergo inquit, rerum creatarũ cœlestiũ,terrestrium, visibiliũ, inuisibilium causam non esse nisi bonitatẽ creatoris:cuius tanta est bonitas/vt summe bonus beatitudinis suæ qua æternaliter beatus est,alios velit esse participes:& de creatura rationali loquiẽ postea. Conditio ergo rationalis creaturæ primã causam habuit dei bonitatẽ. Multa possent hic cõgeri testimonia ex diuo Dionysio Galliarũ apło. ex Hieronymo, Augustino & alijs:& qa hoc est obuiũ christiano/nõ moror accumulare multa. RATIONE. Tamen firmaẽ. Deus est causa efficiens omniũ:

Longobardus LXXIIII

ergo est causa finalis omniũ. Antecedens patet ex primo euidentiali. Consequẽtia vero ꝓbaẽ: quia sicut deus est ineffectibilis, ita est infinibilis: & sicut esse causam efficientem est perfectionis, ita & esse causam finalem a fortiori arguit perfectionem: quia illa est causa causarum, ex secũdo Physicorum. & est optimum vniuersaliter in omni natura, primo Metaphysicę. & finis & bonum idem sunt tertio eiusdem. & deus est optimum, duodecimo eiusdem. Confirmatur: quia deus facit creaturam propter aliquid: & non est processus in infinitum: igitur oportet deuenire ad aliquod primũ in genere causæ finalis: & hoc non erit nisi deus. Ita discurrit Philosophus secundo Metaphysicę

LXXV ADDAS Prędictis notata per Bonauenturã ad litterã in illa prima di. secũdi. Quĩa voluntas est causa effectuũ in habentibus intellectum, sed bonũ est ratio: quare voluntas est in actu, cum nemo aspitiens ad malum opereẽ scd'm Dionysium: & ergo bonitas est potissima ratio ꝓducendorũ effectuum. Et illud docuit nos apostolus prima ad Corinthios. x. Omnia in gloriam dei facite. Et adhuc clarius hoc testaẽ sapiẽs Prouerbiorũ. xvi. Vniuersa ꝓpter semetipsum operatᵘ est dñs. ꝓpterea dicit: Ego sum alpha & o, principiũ & finis. Accedit phũs secũdo de gñatione, quod repetit in. ij. de aĩa de viuẽtibus: Omnia generabilia nituntur assimilari ipsi primo scd'm id quod possunt: est ergo finis omnium.

LXXVI

TERTIVM EVIDENTIALE

Omnia ergo possunt per gratiã dei fieri: in primis tñ & præcipue opera meritoria eius gratia fiunt. Ne ꝓlixior sim q̃ vel vos desideretis/ vel ipse velim, omitto quæ Gregorius Ariminensis ponit dis. xxvi. secũdi. quę est vna ex singularibus quęstionibus Gregorij/ quæ posset induci tota: & autoritates Innocẽtij Augustini, Cypriani, Hugonis, Isidori, Bernhardi, Bedę, Damasceni, Hieronymi, Ambrosij, Prosperi, Linconiensis, Gregorij, Anshelmi, Thomæ & aliorũ inductorũ per eũ possent faciliter ex dicendis interpretari, & verus sensus elici. Nam omnino aduersaẽ nobis Gregorius: sed oculatus facile intelliget oppositũ suarũ conclusionũ esse verũ. Ostendaẽ ergo illud euidentiale primo in generali quo ad primã partem per beatũ Gregoriũ/ qui etiã dona naturalia per gratiam dari testaẽ, quia desursum sint: & patet p glossam sup illo prima ad Corinthios. ij. Vt sciamus quæ a deo data sunt nobis. dicit glossa: Dedit nobis deᵘ naturã vt essemus: animã vt viueremᵘ: mentẽ vt intelligeremus: & hoc sine merito præcedenti. De hoc Alexander de Ales parte. iij. q. lxxiij. mẽbro. ij. Accedit Damascenus libro. ij. ca. vlt. Deus inquit, est principiũ omnis boni: & sine eius operatione & auxilio impossibile est nos bonum velle, vel bene facere. Recte ergo dixit S. Iacobᵘ: Omne datum optimũ/ & omne donũ perfectum desursum est descendens a patre luminũ. Confirmat prædicta ꝓpositio Eustachij Bonauenturę quam Brulifer dicit fore mirabilem/ egregiam/ atq; auream. Nisi esset inquit diuina electio, omnes essemus mali atq; reprobi.

LXXVII SECVNDA Pars euidentialis est adhuc manifestior: nisi enim esset dei misericordia per quã gratuite acceptat opera nostra ad vitã ęternã, per bona opera nostra non sumus sufficiẽtes reddere gratias deo/ q; permitteret nos illa facere:

taceo ꝙ aliquid vltra mereremur inquit Bonauētura in tertio de merito patrū. Et Augustinus.vij.de trinitate cap.xxxi.inquit nos nullatenus posse sufficientes gratias deo agere. Vnde quia euidētiale quartū opinionis primę etiam loquit̄ de actu meritorio:quare vt nihil omittamus eorū quę necessaria sunt ad institutum nostrū/cū illud sit primariū de quo ambigit̄/An ꝓpter opera meritoria præuisa p̄destinemur? Materiā meritorꝫ vel pluribꝰ, deo auspice, hic inseramꝰ Bonauentura Augustinus

DE MVLTIPLICI MERITO LXXVIII

Est autem triplex meritū:& loquor de merito ꝓprie)scilicet meritum congrui digni,& condigni. Meritum congrui scd'm diuum Bonauenturā/Est quando peccator facit quod in se est & pro se: sic peccator dicitur mereri primam gratiam/cum ad gratiā se disponit:& illud meritum vocat̄ a recentioribus meritum scd'm quid. ADVERTE Tamen ea quæ notat idem Bonauentura dis.xviij tertij.ponēs adhuc vnum aliud meritum scd'm quid, quod vocat meritum interpretatiuum:vt si quis faciat bonum opus ex genere/sed non ex charitate: nec absolute bono animo/nec simpliciter prauo:vt peccator dans ex naturali pietate elemosynam cum murmure:talia enim opera remunerant̄ a deo ex immensa eius misericordia:vt patet de Nabuchodonosor Danielis quarto. Bonauentura LXXIX Bonauentura

MERITVM DIGNI LXXX

Est quando iustus orat pro peccatore:vt qn̄ S.Stephanus orauit pro S. Paulo. de quo inquit Augustinus:Si sanctus Stephanus ꝓ persequutoribus non orasset/forsitan Paulum tantū euangelij præconē ecclesia non haberet. Et hoc est ex misericordissima dei liberalitate:qui nō solum orantē ꝓ se/sed etiā orantē pro alio exaudire dignet̄:sicut plene ꝓbat̄ Matthei.iiij. Videns IESVS fidem illorum dixit paralytico:Confide fili, remittunt̄ tibi peccata tua. vbi glossa ait: Pensate q̄ntum valet apud deū fides ꝓpria/cum tantū valet fides aliena, vt hominē (sanet in corpore & anima SED HVIC Communi Theologorum sententiæ obstrepit multū subtiliter Ioannes Maioris dis.iiij.q.iij.quarti.contendens euincere vnum nō posse alteri mereri gratiā:& in facto paralytici iam adducto respondet ly illorum, non respicere fidem tm̄ paralytici/sed fidem paralytici & aliorum. Testem facit Nicholaum de Lyra, Vnde fatet̄ paralyticū sanatum ꝓpter fidem aliorū corporaliter:spiritualem vero animę sanitatē ꝑpr a fide consequutum. Vnde cōcludit post multa nullum alteri mereri maiorē gratiā: ita ꝙ deus ꝓpter preces alterius det vni gratiā/sicut nunc loqmur de merito, quia secus est in sacramentis/vbi gratia confert̄ ex opere operato: alioquin dormiens vel nunꝗ̄ vtens ratione posset ꝑuenire ad gloriā S.Petri. Autoritates vero Hieronymi, Chrysostomi, Augustini & aliorū/quę prima facie vident̄ astruere oppositum/ita sunt accipiendę:Mereri quidem vnum alteri nō gratiam: sed quia deus mouet voluntatē illiꝰ ꝓ quo preces porrigunt̄, vt habeat intēsiorē actum merendi gratiā/& se intensius disponendi ad eā, quare recipiet gratiā scd'm exigentiam actus ꝓprij:vel ꝙ deus impedit eum ne committat peccatū quod al's erat commissurus. Hæc omnia fusius & elegātius Ioannes Maioris:sed nos patrum vestigijs inhærentes/dicimus vnum alteri maiorem gratiā posse mereri, Augustinus LXXXI Maioris Lyra Hieronymus Chrysostomus Augustinus Maioris

quod in declaratione conclusionis manifestabimus. Verū est ꝙ inter conditiones orationis impetratoriç est vna conditio/quem debere orare pro se, si voluerit orationem suā efficacem & exaudiendam: vt tractant doctores communiter dis.xv.quarti. Guilhelmus Parrhisianus in Rhetorica. Illud tamen meritum digni dominus præpositus non ponit dist.xxvij.secundi.

V.Parrhisië. Præpositus

MERITVM CONDIGNI

LXXXII Est qñ iustus operat̃ aliquid ꝓ se: ad hoc enim ordinat̃ gratia de condigno. & est quasi vna commensuratio & adęquatio pręmij & meriti ad inuicē, non quidem ex natura actus meritorij & conditione: sed meritū aggregatum ex tribus scilicet ex gratia increata, quç est spiritussanctus, & gratia creata/quæ est habit⁹: & libera voluntate eliciente: vt pulchre tractat Alexander de Ales parte. iij.suæ summç.q.lxix.memb.v. Brianso in quarto est pulcher in materia de baptismo quomodo meritum digni fiat condignum. Adde Dionysium Cistertiēsem libro tertio.q.ij.art.iij. Et communiter doctores in secundo dis.xxvij.

Ales. Brianso. Dionysius

CONGRVITAS MERITI VARIA

LXXXIII Aduerte tamen eundem Bonauenturā aliter loqui de triplici modo congruitatis meriti in secundo. dist.xxvij.arti.ij. q.ij. Aut enim est congruitas sine dignitate: & iste est primus gradus meriti supra notatus. Peccator enim nō est dign⁹ exaudiri/cū sit inimicus dei: & non solum indignus gratia/sed etiam pane quo vescit̃. Odio enī sunt impius & impietas eius: Sap.xiiij. Et Christus satis hoc explicat in parabola de filio ꝓdigo: vbi inducit ꝓdigum personā peccatoris gerentem/& dicentem: Pater peccaui in cœlum, & coram te iam non sum dignus vocari filius tuus. Nota verbum dignus. Lucç.xv. Alia est dignitas cum indignitate: & est secundus modus meriti supra assignatus. Iustus enim dignus est exaudiri: sed peccator pro quo iustus orat/est indignus: & ideo non est plena ratio merit̃. Tertio est in merito dignitas, sed cum inferioritate gradus: & ille tertius modus (dicit Bonauētura) licet deficiat a condignitate/ita ꝙ sit quasi in medio inter meritū congrui & condigni: tñ ꝓxime accedit ad meritū cōdigni.

Bonauentura. Saluator.

LXXXIIII COROLLARIVM Isto tertio modo iustus meret̃ augmentū gratiæ: quia cum minori gratia (& ita cū inferioritate gradus) meret̃ accipere maiorē gratiā An aūt isto modo mereat̃ vitā ęternā & beatitudinē/dicit ipse quęstiōe sequēti ꝙ non: sed iustus mereat̃ de condigno beatitudinē/si comparemus præmium ad gratiæ dignitatem, pollicentis veritatem, & ad operis meritorij difficultatē.

Bonauentura

SED EX CONTINENTI OBIICITVR

LXXXV Scd'm te Bonauentura, Augmentū gratię non cadit sub merito condigni: ergo nec gloria cadit sub merito. Tenet ista consequētia: quia cū gloria sit gratia consummata/plus excedit gratiā vię ꝙ̄ secunda gratia aucta excedit primā: & ergo gratia vię minus habet de condignitate respectu gloriæ/ꝙ̄ respectu gratiæ auctę: & ita reperio me obiecisse anno decimo septimo ętatis meç contra dominū Bonauenturā, dū adhuc nouus Theologię Tiro sacerrima illius Seraphici doctoris scripta studio Camerario perlustrarē. Mirum enim mihi videbatur/ꝙ admittebat iustum de condigno mereri complementum gratiæ, id est gloriā:

Eckius. Anno.M.D. tertio

& non augmentum gratiæ in via.

APPENDIX DE MERITO Scd'm Durandum LXXXVI

Ista triplex meriti positio/scilicet congrui, digni, & condigni est cōmunis scholę Theologorum/ uti quis potest eos videre dis.xli.primi.dis.xxvij. secundi. & dis.xviij.tertij. Et pro hoc faciunt notata Alani in maximis Theologiæ regula. lxxxvi. & sequentibus. vnde dicit: Omnis iustus alteri potest mereri meritum premij/sed non premium meriti. Huic tamen tam vulgatæ Theologorum assertioni opponit se Durandus, contendens nullum esse meritum digni vel condigni quomodocūq; sumpti: cuius rationes dominus præpositus diluit: & antea hoc Thomas Argentinus factitauit: vnde ei vt in extremo laboranti non assentior: aperiam tamen quid mihi circa istam meriti partitionem visum fuerit. Alanus LXXXVII Durandus Præpositus Argentinus

ARBITROR Ergo sufficere duo membra scilicet meriti congrui & digni. Duo prima membra contineri sub congruo, & tertium sub digno: ita q nullum meritum nostrum dicatur cōdignum: quod verbum apparet mihi nimis superbum & insolens/si dicamus nos aliquid mereri de condigno. Quod vt alijs etiam videatur qui has nostras audituri sunt nugas ita persuadeo. LXXXVIII

EXPLORATI Iuris est, Theologum ad certam regulam loqui debere/neq; temere pręterire terminos quos constituerunt patres nostri: sed in sacra scriptura (in qua est vera Theologorum regula) meritum digni affirmatur, cōdigni negatur: ergo ea loquendi formula debemus esse contēti. Maior est nota ex diuo Augustino libro decimo de ciuitate dei capite xxiij. Minor vero probatur quo ad primam partem. Dicit enim apostolus ad Colossenses primo: Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Et CHRISTVS in euangelio Lucę decimo: Dignus est operarius mercede sua. Quam sententiam apostolus repetit prima ad Thimotheum quinto. Idem secunda ad Thessalonicenses primo: Vt digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini. Item Apocalipsis tertio: Et ambulabunt mecum in albis qui digni sunt. & ibidem cap. xvij. Item Sapientiæ. iij Tentauit illos, & inuenit eos dignos. In libro quoq; Hester legitur ca. vi. Hoc honore dignus est quemcūq; rex voluerit honorare. Verum est q aliqui libri impressi (qui mendis scatent) habent hic condigni: as non memini me vel legisse/vel audiuisse in biblia affirmatiue. Sed altera pars de negatione monstratur per apostolum ad Romanos octauo: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Secūdo probatur per communem maximam Theologorum, deus premiat vltra condignum/ & punit citra condignū. Vtamur ergo merito digni, nullum appellantes condignū, ad normam loquendi sacræ scripturæ. Et hoc existimo tacite voluisse cardinalem Cameracensem q.ix.primi.art.ij. dicentem: Nullus tamen vitam ęternā mereri potest de condigno. Et in re alijs doctores nō multum discordant. Videatur Marsilius q.xviij. secundi art.iij. & quarto. Eckius Augustinus Saluator Paulus Ioannes Paulus Cameracensis Marsilius

CONCLVSIO DE MERITO LXXXIX

Vtcunq; sit, siue ponaī dignitas vel indignitas/nō est accipiēda ex cōdit'one &

natura intrinseca actus vel premij/sed ex ordinatione aut ꝓmissione ipsius or-
S.Paulus XC dinantis & acceptantis dei:sicut dicit apl̃us prima ad Thim.iiij. De reliquo re-
posita est mihi corona iusticię, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex.Sic
Marsilius multũ notabiliter dicit M.Marsilius li.ij.q.xvij.art.iij.tria dicit includi in meri
to:scilicet liberũ arbitrium,gratiã,& acceptationẽ dei:& inter illa acceptatio di-
uina est principalius:& gratia & liberum arbitriũ habent se quasi accessoria seu
materialia ad meritum:& acceptatio dei vt formale.Vnde in summa,Iustus est
dignus vita ęterna quã meret̃ ex acceptatione diuina:& erit vna adęquatio gra-
tię & glorię:non cõparando illa ad inuicẽ/sed scd'm ꝓportionalitatẽ,vt maior
Zacharias hic in gratia/habiturus sit maiorem gloriã.Sic intelligendus est Zacharias pro
pheta cap.iiij.Adęquabit gratiã gratiæ:gratiã scilicet patriæ.gratiæ scilicet viæ:
q̃uis hoc non vacet scrupis pluribus contendentibus gloriã dari scd'm merita,
Scotus non scd'm gratiam.de quo doctor subtilis in quarto dis.xxij.Istam dignitatem
meriti eleganter declarat Thomas Argentoracensis olim generalis ordinis san-
cti Augustini.cuius verba placet apponere.

THOMAS ARGENTINVS dis.xxvij.secundi.

Argentinus XCI Quãuis omnia simus consequuti ex liberalitate dei: sed postq̃ nos liberos fecit,
ratio non conuincit/quin virtute spiritussancti (qui est spiritus libertatis) possi-
mus aliquo modo de pia iusticia ipsum debitorẽ constituere: & hoc ex liberali
Ioannes ꝓmisso.Omẽ enim ꝓmissum cadit aliquo modo in debitũ: sed in Apocalipsi
Iacobus ꝓmisit deus coronã vitæ ei qui fidelis fuerit vsq; ad mortẽ.Et Iacobus aposto
lus inquit:Qui ꝓbatus fuerit/accipiet coronã vitę,quã repromisit deus diligẽ-
tibus se:nam sic deus conuenit nobiscũ/vt patet in parabola Mathei.x. Nonne
Thomas ex denario conuenisti mecũ.Haec Thomas:quę verba perpetuo sunt menti te-
nenda,vti ea sepicule repetemus inferius

XCII QVARTVM EVIDETIALE .

Non obstante voluntate dei liberrima/deus gratuite dedit certas regulas tam
naturalibus/q̃ rationalibus creaturis,quas vocamus legem dei ordinatã: scd'm
quas quamlibet creaturam permittit agere:& ei scd'm easdem regulas coagit.Il-
Augustinus lud euidentiale est Augustini vij.de ciuitate dei.Sic itaq; administrat deus om
nia quę creauit/vt etiam ipsa proprios motus exercere & agere sinat.Simile po-
Damascenus nitur a Damasceno/ꝙ quęlibet res in natura habet propriam operationem: al's
enim natura esset otiosa

COROLLARIVM Quicquid deus pręter illas regulas operat̃/ dicitur fa-
cere de potentia absoluta,non de potentia ordinata:licet nihil inordinate facere
possit.De illis potentijs pulchra tangit Scotus distinctione quadragesima quar
ta primi.Adde Vuilhelmum Occham in quotlibetis

COROLLARIVM. Hinc deus dicitur ordinate facere:quia scd'm ordinem
regularum ęternarum libere a voluntate sua præfixarum operatur: quæ inno-
tuerũnt nobis partim ex cursu rerum quotidiano, partim per reuelationes. Et
ita esse de prædestinatione testatur Clemens de terra salsa post sanctum Tho-
mam.Quia sicut diuina prouidentia non subtrahit causas secundas/ sed proui-

det effectus naturales fieri per operationes causarum naturalium, sine quibus huiusmodi effectus non prouenirent. Ita similiter diuina Prędestinatio quę est pars (suo modo loquendi) prouidentiæ, ordinat homines saluari ad salutem per diuersa media. Et tantum sit dictum de Euidentialibus: descendamus iam recto tramite ad conclusionē.

SECVNDVM PVNCTVM PRINCIPALE HVIVS SECVNDAE PARTIS SECVNDI ARTICVLI IN QVO PONITVR CONCLVSIO

CONCLVSIO. Misericordissimus deus aliquos sine ratione prædestinat: aliquos vero cū causa & ratione, non quidem necessitante/ sed congruēte & decente. Ista conclusio habet duas partes. Prima pars ꝓbaē sic: Quia aliqui ex speciali gratia sunt ordinati ad vitam æternā, ita ꝙ sibijpsis non sunt derelicti/ sed præueniuntur a gratia ne ponant obicem: ergo aliqui prædestinantur sine ratione præuia in eis præuisa aut reperta. Antecedens probatur XCIIII

PRIMO De diua virgine MARIA, quę est bis sanctificata vt tangūt doctores dis. iij. tertij sententiarū. scilicet in conceptione passiua: id est vbi ipsa fuit concepta. & conceptione actiua: id est vbi ipsa concepit IESVM Christū post annunciationē angelicā. In prima sanctificatiōe fuit corroborata & firmata/ ꝙ nō potuit in peccatum mortale: & scd'm alios etiā non potuit in peccatum veniale, quod mihi placet: quia fomes & tyrannus carnis fuit ligatus. In secunda sanctificatione fuit ita stabilita/ ꝙ iterū non potuit in aliquod peccatum: quia fomes fuit totaliter extinctus, aut ad minus fuit debilitatus/ ꝙ non potuit mouere voluntatē vel inclinare contra iudiciū rationis. Pro quo est autoritas diui Bernhardi in sermone qui incipit/ signum magnū. Eius omnia tam excellenter irradiata noscunē, vt nihil in ea non dico tenebrosum/ sed nec obscurum quidem vel minus lucidum, sed nec tepidū qddā aut non feruentissimū liceat suspicari/ videaē dominus præpositus Gabriel in illa di. iij. q. ij. declarantem illam autoritatem. XXV Bernhardus Prępositus

OBIICIT CONTRA PROBATIONEM

Vuilhelmus Occham di. xli. primi. sic: Beata virgo MARIA fuit saluata ꝓpter merita: ergo non fuit prędestinata absq; ratione meritorū. Respondendo dicit ꝙ beata maria semper virgo fuit saluata & magis beatificata ꝓpter merita sua: deus tñ ordinauit ex speciali gratia eā prępueniendo vt sic saluareē: ita ꝙ ordinauit eam ad vitam ęternam, tamen per talia media per quæ deueniebat. XCVI Occham

SECVNDO Probatur antecedens in sanctificatis ex vtero/ qui omnes præuenti sunt a gratia dei: qualis fuit S. Ioannes baptista, sicut angelus prędixit Zacharię: Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris: Lucę primo. Qualis Ieremias propheta, vt patet apud eum c. i. Priusq̄ te formarem in vtero/ noui te: & anteq̄ exires de vulua sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Nota verbum/ noui te. vbi loquitur scd'm Lyram de notitia æternę prędestinationis. Talis fuit Esaias scd'm multorum sententiam: quia dicit cap. quadragesimo nono: Ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nōis mei &c. XCVII Ioannes Ieremias Lyra Esaias

CXVIII Enoch Helias Ioachim Ioannes Verũ non me præterit aliquos verba adducta referre ad Christũ, quẽ ꝓpheta
prædicebat, & non ad personã Esaiæ. Tales fuisse perhibẽt Enoch & Helias,
qui in paradiso antichristum expectant/quibus abbas Ioachim Ioannem euan
gelistam adiungi autumauit: vt Enoch legis naturæ/Helias legis scriptæ, Ioan
XCIX Vorrilon nis legis euangelicæ testimoniũ perhiberet. Attamẽ id vltimũ a theosophoteris
exibilat: vt Vorrilon meminit, ꝙ ꝓbabilius sit ipsum esse mortuum: multis ita
credentibus/corpore & anima eũ ad coelos delatũ: & speciali priuilegio a mor
tis doloribus preseruatũ: quod mirum dictu ꝙ mihi placeat de patrono meo,
de illa sacra anima. Testis est nobis in hanc rem preclarus & sanctitate cõspicu⁹
Hieronymus Barbatus ille Hieronymus in ꝓloquio Euangelij Ioãnis, & Apocalipsis ita in
quiens. Orationeꝗ̃ cõpleta reddidit spiritũ: tam a dolore mortis factus extra
neus/ꝗ̃ a corruptione carnis noscitur alienus. Sed vtcunꝗ̃ sit/pergamus.
C Nicholaus SANCTVS Quoꝗ̃ Nicholaus a multis huic ordini ascribit: quia natus sta
tim erectus in pelui sine extrario iumento stetit: & ab vberibus maternis preter
Io. de Turrecremata semel feria quarta & sexta abstinuit. Verum Ioannes de Turrecremata Cardi
nalis hoc negat: sed euestigio sanctificatũ admittit natum ex vtero. Et perpetuo
Scotus Cameracensis tene menti qđ dicit doctor subtilis dist. iiij. quarti. & repetit Cameraceñ. ꝙ for
te parentes sancti Nicholai orationibus suis meruerunt ei maiorem gratiã/ ꝙ
alijs pueris in baptismo detur vt esset tam mirabilis effectus principiũ. Ioãnes
Maioris tamẽ Maioris hic audet se opponere rationi Scoti de miraculis. Miracula enim
non semper significant maiorem gratiam: imo minor in gloria aliquando facit
Maioris Gerson plura & maiora miracula: sed sunt alij fines miraculorum. Vide doctorem no
mine & cognomine mihi omionimũ dist. iiij. q. iij. quarti, cui assotia Gersonem.
Ioseph IOSEPH Preterea coniunx diuæ virginis Mariæ computatur inter sanctifica
tos in vtero a christianissimo cancellario Gersone/vt statim latius explicabim⁹:
sed statim oritur dubitatio de illis sanctificatis in vtero: & vt etiam hanc came
riciam moueamus/ambigitur

AN SANCTIFICATI IN VTERO POSSINT PECCARE VENIALITER?

I Prepositus ARbitratur Dominus præpositus Gabriel libro. ij. dist. xx. san
ctificatos in vtero peccasse quidem venialiter/sed non morta
liter: licet loquaẽ cum forte: & ꝓ hoc adducit illud prima Io
annis. i. Si dixerimus quia peccatũ non habemus/ ipsi nos se
ducimus: & veritas in nobis nõ est. Ita residet dominus Gab.
OPPOSITVM Tamen posset pie persuaderi: ꝗ̃uis me nõ
fugiat illa faciliter posse elidi. Primo per dominũ Cancellarium in sermone de
Gerson natiuitate Marię consideratione tertia dicentẽ/Ioseph non peccasse venialiter: si
cut nec Mariam. Ita enĩ inqt, decebat/ ne MARIAE speciositas vel familiaritas
II cederet sibi in scandalum vel ruinã. Secundo hoc idem dicitur de Sancto Ioan
ne baptista, ꝙ nunquam venialiter peccauerit. Et hoc innuitur in hymno Sancti

Ioannis a Petro Longobardo (vt Bebelius Poeta laureatus renarrat) cõposito vbi inter alia habetur: Ne leui saltem maculare vitã, famine posses. Notum est autem apud doctores in secundo. verbũ otiosum esse peccatum veniale ex gene re: acutus posset hymnum in oppositam sententiam trahere. Si autem verum est sanctificatos in vtero / non posse peccare venialiter: hæ ꝓpositiones sequentur. Lõgobardus Bebelius

PRIMA Propositio. Sanctificati in vtero non potuerunt peccare mortaliter. Illud est indubitatum apud omnes: quia per illam gratiam per quam sunt san ctificati, etiam sunt confirmati, ꝙ auelli per peccatum non possunt III

SECVNDA Propositio. Sanctificati in vtero / si non potuerũt peccare venia liter, plus fuerunt confirmati per gratiam in vtero / ꝙ̃ apostoli in missione spi ritussancti in die pentecostes. Et dico notanter, supposito illo priori: quia alias parifico. Patet autem propositio: quia sanctificati in vtero non potuerunt pecca re venialiter: sed apostoli etiam post susceptum spiritũ sanctum potuerunt pec care venialiter: ergo sanctificati fuerũt plus confirmati in vtero &c̃. Consequen tia est liquida. Prima pars antecedentis patet ex supposito: altera vero ꝓbat̃ de principe apostolorũ S. Petro, qui post diem pentecosten peccauit venialiter: vt testatur S. Paulus ad Galathas scribens: Cum autẽ venisset Petrus Antiochiam, in faciẽ ei restiti / quia reprehensibilis erat. & infra. Cum vidissem ꝙ non recte ambularet ad veritatẽ euangelij &c̃. Et ꝗ̃uis diuus Hieronymus susceperit bea tum Petrũ defendendum, Augustini tamẽ sententia paulum tutantis preualuit: vt concordant doc. Thomas, Bonauẽtura, Richardus, Scotus & alij in. iiij. di. iij IIII Paulus Hieronymus Augustinus Thomas Bonauentura Richardus Scotus

HOC FORTE Addendũ, Gratiã in missione spiritussancti in linguis igne is datam apostolis, non principaliter ordinatam cõtra peccatum: sed potius ad confirmandum eos in fide, & ad corroborandum / vt intrepide euntes per vni uersum mundum prædicarent euangelium sc̃d'm præceptũ domini omni crea turæ: & vt erudirentur in omni veritate euãgelica. Nam vbi CHRISTVS ꝓ misit eis spiritumsanctum / communiter vna istarum rationum assignatur V

AD GABRIELEM

Qui tuetur partem contrariã, Respondetur / ꝙ si autoritas per eum inducta ali quid probaret / euinceret eos etiam peccasse mortaliter, quod ipse quoqꝫ nega bit: vnde æque bene cogitur eam diluere / sicut & nos. Assumptũ sic explicatur per Nicholaum Lyram: quia S. Ioannes ibi loquit̃ de peccato quod nos sepa rat a societate dei: sed tale est peccatum mortale. Dixerat enim S. Ioannes prius: Si dixerimus quoniã sotietatem habemus cum eo &c̃. Sic loquit̃ etiam sapiens: Nescit homo an amore vel odio dignus sit. Potest ergo dici ꝙ S. Ioannes lo quatur sc̃d'm legem communem de hominibus: & non de illis spetiali priuile gio præseruatis: sicut sunt sanctificati in vtero. Aut sicut cõmuniter accipiuntur verba Ioannis (nisi adsit diuina reuelatio) tũc nullus dicat se impeccabilem: sed tremebundus dicat cum diuo Paulo: Nihil mihi Gabriel VI Lyra

DE PARVVLIS

TERTIO PROBATVR Antecedens ab initio conclusionis assumptũ, de paruulis, per Nicholaũ de Orbellis: qui eos collocat ad istam partẽ conclusiõis Orbellis

Sed fortasse melius reseruantur ad secundam partem: cum secd'm communē regulam a gratuita dei voluntate de baptismo datā saluent: nisi essent aliqui pue-
Gerson ri saluati secd'm illam notabilem & admirādam doctrinam Ioannis de Gerson
VII Constantia in sermone de natiuitate Mariæ facto in concilio Constantiensi: quam libet hic etiam pluribus recensere / ꝙ primæ parti conclusionis deseruiat. & d. Cancellarius dicat eam pie & crebro prædicandam. Verba sua sunt huiusmodi

CONSTAT Itaqꝫ deum misericordiā saluationis suæ, non ita legibus communibus traditionis Christianæ, non ita sacramentis ipsis allegasse / quin absqꝫ prӕiuditio legis eiusdem possit pueros nondum natos extra vterum / intus sanctificare gratiæ suę baptismo / vel virtute spiritussancti

VIII DEBENT Igitur mulieres prægnātes, similiter & viri, per se & alios diligentius preces fundere deo: & ad sanctos angelos custodes hominum / etiam puerorum in vtero: debēt ad cęteros sanctos / sanctasqꝫ confugere: quatenus infans nōdū natus (si forte moritur⁹ est) priusqꝫ ad baptismi fluminis gratiā puenire valeat / dignetur ipsum dominus IESVS summus pontifex baptismo spiritus sancti præueniendo misericorditer consecrare. Quis enim scit si forte exaudiat deus? Imo quis nō deuotius sperare valeat / ꝙ orationem humilium & in se sperantium nequaquam despiciat. Proficit hæc consideratio ad excitationem deuotionis in parentibus: proficit ad leuiandam eorum angustiam / dum sine baptismo decedit puer: quia nō omnis spes salutis inde sublata est. Sed neqꝫ absqꝫ reuelatione dat̄ (fateor) certitudo. Hæc Gerson, magnus conscientiarū consolator. Tu qui hanc mirificam / & nunqꝫ obliuioni tradendam opinionem prædicare volueris, sis multum cautus & circumspectus / ne infames mulierculæ puericidæ falsum præsumant: & vt eam ornatiorē spectandam præbeas / eam hoc

IX pacto vestire curauimus PROPOSITIO PRIMA.

Etsi gratia baptismalis ex parte baptismi & operis operati ęqualiter conferatur baptisatis non fictis post passionē Christi: tamen ex parte operis operantis non ęqualiter confertur: tum ratione suscipientis, tum ratione parentum, patrinorū,
Scotus Cameracensis presbyteri aut dei &c̄. Ista propositio ponitur per doctorem subtilem dist. iiij.
X q. vij. quarti. & Cameracensem. q. iij. quarti. Et ꝓbando adducunt illud de sancto Nicholao quod paulo ante præmisimus. Et signāter dico post passionem:
Brianso Vorrilon Cameracēsis Richardus Marsilius quia Brianso, Vorrilon, Cameracensis & alij opinantur baptisma maiorē gratiam conferre post passionem Christi exhibitam / ꝙ antea. Maius est enim beneficiū (ait Richardus) exhibitum / ꝙ præuisum. Et hijs assentior: Nam Marsilianæ sententiæ q. ij. quarti art. ij. penitus refragor / ꝙ circumcisio tantam gratiā contulerit, sicut modo baptismus. sed hoc extrarium. De suscipiēte baptismum si est adultus, & deuote accedit, nemo dubitat. Probabile item videt̄ de parentibus & patrinis ac sacerdote. Ex quo infertur.

XI COROLLARIVM. Ergo patrini leuantes puerū e sacro fonte, eligendi sunt non secd'm fauorem vel bonum vtile: sed boni & probi qui possint puero im-
Maioris petrare maiorem gratiam a deo, sibi semper profuturā. Et licet Ioannes Maio-
XII ris aduersetur huic corollario, quia negat vnū alteri posse mereri vt supra edo-

cuimus:tamen etiã inuitus non negabit/quin patrini deuoti possint mereri puero a deo ad minus fortiorem motionem in bonum q̃ alś esset habiturus: nam ob id offerentes patrini patres pueri appellantur ab Augustino: vt pulchre deducit Vldricus Zasius noster in legali sapientia pręceptor.q.i.de iudęorũ paruulis baptisandis. Standoo tamen in propositione & corollario infero aliud. Zasius

COROLLARIVM. Ergo etiam pueri statim decedentes post baptismum nõ ęqualiter præmiabunt̃ in ęterna gloria. Patet ex ꝓpositione: quia cum vnus puer possit accipere maiorem gratiã altero, vel ꝓpter deuotionẽ parentũ, presbyteri, vel patrinorũ/sequens est ꝙ alibi habiturus sit etiã maiorem gloriam.

PROPOSITIO SECVNDA

XIII

Eadem ratione cum confirmatio sit sacramentum nouę legis, & ita efficiat ꝙ figuret, sequitur puerum confirmatum habiturũ maiorem gloriam in cœlo/q̃ puerum non confirmatum. Ista ꝓpositio est domini Adam Goddam in quarto: & portat probationem secum in sacco: quia cum confirmatio sit sacramentũ nouę legis, ergo conferat gratiam. Tenet consequentia ex differentia sacramentorum veteris & nouę legis distinctione prima quarti Adam

COROLLARIVM. Ideo ne paruuli tanto beneficio spolient̃ur/statim post baptismum sunt confirmandi: non enim requirit̃ matura ętas vel discretio quo ad suscipientem istud sacramentum: vt bene dicit Gerson in conpendio Theologię. Et ita infert Ioannes Maioris dis.vij.quarti.culpabiles esse episcopos qui negligunt visitare dioceses pro confirmandis pueris Gerson Maioris

CONTRA PRAETACTA

XIIII

Probabiliter opponit Robertus Holcot: q̃uis prætactam non aspernetur viã. Et dicit: quia licet paruulus baptisatus & confirmat[9] habeat duas gratias, & alius paruulus vnam gratiam tm̃: tamen gratia confirmationis non est gratia vniuoce cum gratia baptismi: nec habentem reddit digniorem vita ęterna: sed bene nata est reddere fortiorẽ habitum fidei, ad quem effectum spetialiter ordinat̃. Et illud posset colorari per opinionem diui Thomæ Aquinatis ꝙ gratiæ baptismi, confirmationis & virtutum distinguunt̃ scd'm spetiẽ. Ita ꝓbat Thomas Holcot XV Thomas

ISTIS Non obstantibus corollaria sunt vera: & voluit (dis.vij.q.ij. quarti. glossa in decretis canonicis in.c.ieiuni. de consecra.dist.v.quam ad hoc allegat idem Holcot. Et ad rationem domini Roberti negatur assumptum: & ad colorem qui emptus est ex officina diui Thomę/dicitur: Esto ꝙ ponat illas gratias distingui speciuoce: nihilominus vtraq; est gratum faciens: quod si aliter velit, ab eo deficimus. Hoc sit dictum pro maiori intelligentia illius doctrinę Ioannis Gersonis de paruulis: quam tamẽ aspernatur & exsibilat Ioannes Maioris di.iiij.q.iij.quarti/dicens eam sacrilegã & multas absurditates sequi ad responsionẽ Gersonis. Sed quia argumenta sua non sunt neruosa (nisi quid vrgentius afferat) assentimur domino cancellario in illa doctrina quam ꝓclamauit in eo loco (puta in concilio Constantiæ) vbi errores & schysmata fuerunt extirpata: non seminata contra Caietanum. Maioris Constantia

QVARTO Probatur antecedens assumptum pro principali conclusione, in

sancto Paulo quasi per vim ad statum gratię perducto. In sancto Matheo apostolo/& alijs mirabiliter vel ad fidem/vel ad meliorem frugem conuersis: qui quasi conpulsi veniunt ad aratrum & iugum domini. Et satis hoc aperit ipsissima veritas in parabola euangelij Lucæ: xiiij. quando seruo suo præcepit paterfamilias/vt conpelleret intrare existentes in plateis &c. Et talis vocatio est priuilegiata: & indubie est effectus prædestinationis/non ratio. Ista sint dicta in prima parte conclusionis

Saluator

SECVNDA PARS CONCLVSIONIS SIC DECLARATVR

XXI

Aliquos vero (dicitur in conclusione) deus prædestinat cum ratione & causa: præsupponendo semper quod ab initio articuli dictum est non intendere sic loquentes, propositũ diuinũ quomodocunque causari: sed solum quod illa ratio prædestinationis teneat se ex parte prædestinati ad istum vel similem sensum: quia deus ab æterno præuidit hunc assensurum bonæ motioni & inspirationi diuinę, propterea vult ei dare gratiam. Et quia deus præuidet ab ęterno hunc per eandem gratiam multa bona opera facturum, & in ea finaliter permansurum: ideo vult ei/& ordinat eum ad tantam gloriam: & illa præuisio, aut potius illa præuisa sic cognita/seu in esse cognito sunt ratio prædestinationis. Et hoc facit deus procedendo secundum regulas iusticię suę ad mentẽ quarti euidentialis: quodque non vult deesse homini facienti quod in se est secundum maximam Theologicam: Sed quoniam in hoc nodo consistit neruus nostræ ambiguitatis: ideo ad alia puncta vlteriorem declarationem delegamus.

TERTIA PARS CONCLVSIONIS DECLARATVR PER PROPOSITIONES

XVII

PROPOSITIO PRIMA. Deus nulla necessitante ratione prædestinat. Patet: quia propositum diuinum non potest necessitari ab aliqua creatura: & satis probatur illa propositio per tertium & quartum euidentialia prioris opinionis: quomodo deus posset de absoluta potentia annihilare &c.

XVIII SECVNDA Propositio. Deus tamen ratione congruẽti & decenti prędestinat. Patet: quia quod deus hunc prædestinat ad tantam gloriã, hoc certe est ex tot meritis suis. Et in illis meritis est aliquo modo dignitas iuxta declarata in tertio euidentiali. Sed illa dignitas est ex gratia, propterea ascribitur deo. Ea propter

Bonauentura Bonauentura inquit, quod reprobatio cadit sub merito simpliciter (accipit meritũ large/vt mereamur pœnam) sed prædestinatio cadit sub merito secundum quid.

XIX TERTIA Propositio. Illa ratio congruentiæ & decentiæ est in adultis initiatiue assensus motionis diuinæ & inspirationis: cui acquiescẽdo de congruo disponit se faciendo quod in se est, ad recipiendum gratiam/per quam postea si ab ea non excidat/meretur vitam ęternã. Nam sicut dicit Bonauentura/licet iustificatio vel gratificatio sit principaliter a diuina voluntate: tamẽ secundum communem legem hoc fit cum cooperatione liberi arbitrij. Illa propositio sic declarata probatur per beatum Augustinum: Qui creauit te sine te/non iustificabit te sine te: ergo apparet etiam in nobis esse rationem iustificationis nostræ. Ita red-

dendo singula singulis pulchre dicit Alanus de maximis Theologiæ regu-la.x.Meritū boni consistit penes liberum arbitriū occasionaliter:penes motum virtutis essentialiter:penes virtūtem formaliter:penes gratiam efficienter: penes opus instrumentaliter. Dicit autem liberum arbitriū occasionē:quia eius est vel le & nolle:nec ipsum est causa efficiens totalis/sed ad hoc faciens non sufficiens Alanus

QVARTA PROPOSITIO. Certa ergo prædestinationis ratio nobis non ignota, danda est in generali:& pro hoc aduertendum/ꝙ diuus Bonauentura distinguit duplicia opera dei. Quædam enim sunt opera quæ exeunt a diuina voluntate cū alio ad hoc ordinato ordine necessitatis: siue necessitatē sumamus in causando, siue in merendo, vel disponendo:vt pluere/damnare/saluare. Vnde si quærat̄/quare deus vult pluere? Respondet̄ in generali ꝑpter nostrā vtilitatem: & hoc in generali. Similiter si quæratur/ quare deus vult plus pluere in hyeme/ꝙ̄ in estate? Respondet̄:quia vapores nō consumpti plus abundant. Item si quærat̄/quare plus vult saluare Petrum ꝙ̄ Iudam? Respondet̄, quia ille habuit plura merita:alter vero nulla/vel mortua. Alia sunt opera, quæ sunt a diuina voluntate cum alio ad hoc ordinato ordine congruitatis/vt nostra iustificatio:quia illa est a deo cū nostra præparatione de congruo. Adiutores enim dei sumus:prima ad Corinthios tertio. Isto præmisso/propositio sic ꝓbatur: XX Bonauentura

QVIA Q DEVS Vult aliquos iustificare/& per consequens prędestinare, hoc est ad ostensionē bonitatis suæ & misericordiæ:ꝙ vero non omnes saluantur/per hoc ex consequenti iusticia dei ostendit̄. Et has rationes non prœterijt Augustinus de ciuitate dei: Si remanerent omnes &c. vt supra. Et sis cautus, quia mihi non apparet Thomam & Bonauenturam vtrumꝗ; sanctum hic concordare/dum vterque manifestationem misericordiæ & iusticiæ assignat. Nam diuus Thomas huc dirigit intentionem suam/vt ista sit ratio principalis prædestinationis. & quasi præuia, suo modo loquendo. Longe aliter intellige Bonauenturam:quoniā licet absolute deus omnia velit propter seipsum/vt patet euidentiali secundo:tamē in multis est quasi consequēs/quod sic vel sic ostēdatur misericordia & iusticia:vt in proposito deus absolute vult oīa propter se vt vltimum finem:attamē ꝙ iusticia dei reluceat in reprobatis, hoc solum est consequens reprobationem, scd'm nostrum modum intelligendi, & malorum operum ipsius reprobati præuisionem. Et vt liqueat rationes inductas contra Thomam nihil momenti habere aduersus Bonauenturam, argumenta doctorum subnectam XXI Augustinus Thomas Bonauentura

HENRICVS GANDENSIS quot.v.q.v. XXII Gandensis

Arguit contra Thomam. Quia si manifestatio diuinę iusticiæ esset causa sufficiens & totalis cum voluntate dei quare ille vel ille reprobaretur, tunc sufficeret damnatio dęmonum in quibus reluceret iusticia dei. Probat̄ illa sequela: quia dęmones & homines non differunt in culpa & pœna spetie in esse morali:neꝗ; pluralitas indiuiduorum eiusdem spetiei est de perfectione essentiali vniuersi. alias rationes eius non curo enarrare

VVILHELMVS VORRILON MINORITA. Vorrilon

ARGVIT Sic:Non videt̃ verum q̄ deus aliquos homines creauerit vt damnent̃ & reluceat in eis iustitia sua. Non enim clementissimus artifex ad tale malum aspicit/cum damnati in perpetuũ prorumpant in blasphemiã creatoris,&
Iob maledicant diei in quo nati sunt,sicut in eorũ persona scribit̃ Iob.iij. Et maledixit diei suo/& loquutus est:pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictum est:cõceptus est homo,dies ille vertat̃ in tenebras &c̃.Secũdo arguit:Quia poena sequit̃ culpam/si igit̃ deus in reprobandis non pręuidet culpam/non debet eis praeuidere dãnationẽ:alioquin nõ reluceret iustitia sua/sed obtenebresceret.

XXIII
APPENDIX

Bonauentura Ausnelmus Dominus Vuilhelmus sic arguendo dicit se improbare doctorem deuotũ: ita enim appellat Eustachiũ Bonauenturã:quod epitheton alij communiter Anshelmo solent tribuere:id est verum subtiliter perscrutanti, Seraphici doctoris scripta,statim occurret,hęc tela nihil ei officere vt iam praefati sumus/ quum ex professo rationem non modo damnationis/sed & reprobationis asserat. Non enim ponit repraesentationẽ diuinae iustitiae rationem quasi motiuam vel quasi inductiuam cur illum reprobet:sed solum quomodo nos in generali possumus assignare rationẽ reprobationis sc̃dm nostrum modum intelligendi: licet in re sufficiat eam subsequi vel cõcomitari. Nam cum Saulem creauit dotatum libero arbitrio,gratijs,donis & beneficijs:quibus cum abutit̃/deus eum damnat: ad quam damnationẽ sequit̃ seu concomitatur relucentia iustitiae diuinae. Cuius obtutu hęc Vuilhelmi iacula facile deprecari poterit Bonauenturę assecla.

Argentinus
THOMAS ARGENTORACENSIS.

XXIIII Sic obijcit:Nullus iudex iustus per se intendit iustitiam punitiuã/sed tm̃ ex suppositione culpę punibilis.Deus autem iniustus esse non potest:& iustitia quae relucet in reprobatis est maxime punitiua & iudicatiua:ergo talis iustitiae relucentiam deus non potest per se & finaliter in actu reprobationis intendere/sed solum ex suppositione:quia videlicet praescit malum & demeritorium vsum liberi arbitrij/propter quem decreuit iustitiam suam in illo exercere:

XXV SECVNDO Sic.Illud non debet poni praecise propter relucentiam diuinae iustitię,sine quo ipsa sufficienter potest relucere:Sed dato q̄ nullus esset reprobatus/adhuc iustitia dei sufficiẽter reluceret in beatis/iuxta illud apostoli secunda ad Thim̃.iiij. De reliquo reposita est &c̃. ego aliter subsumerem arguẽdo
Ecclus & sic:quia non apparet dei primaria intentio in pluribus velle relucere iustitiã suam/q̃ misericordiam,cum misericordia superexaltet iudicium:Iacobi,ij.Cur ergo nõ est maior numerus electorum/q̃ damnatorum:nisi essent delicta nostra/ p̃fecto nõ diceret̃,multi sunt vocati/pauci vero electi. Et plane oppositũ habet̃ Ecclesiastici.xv. Non enĩ concupiscit deus multitudinẽ filiorũ infidelium.

TERTIO Sic:Si deus solum pro beneplacito voluntatis reprobaret aliquem tunc deus esset crudelis & iniustus.Consequens est impossibile.Sequela autem probatur:quia omnis ille qui sine alia ratione q̃ beneplacitum voluntatis,creaturam aliquam rationis capacem & experientiae sensitiuam deputat ad ęternam poenam & horribilissimam,ille vtiq̃ videtur crudelis. Nam crudelis est prin

ceps & tyrannus/qui sitit sanguinem subditorum suorum. Has rationes Thomę adduco tanq̄ persuasiuas/non nescius q̄ faciliter possint euacuari.

VVILHELMVS OCCHAM

Occham XXVI

Sic arguit: Quicunq̄ intendit aliquem finē, intendit omne illud quod scit ordinatum in illum finē: & sine quo talis finis nō poneretur. Sed punitio aeterna & damnatio non ponuntur sine peccato: & peccatum ordinatē ad aeternam damnationem: ergo qui simpliciter & primo vult seu intendit damnationē propter scilicet ostensionem iusticiae suę/intendit peccatum. Et aduerte quomodo illud argumentum non militat contra propositionem: quoniam illa nō admittit per se primo & simpliciter deum intendere damnationem istorum, & sic relucentiam iusticiae eius. Sed solū quia deus nullum malum admittit/nisi sciat ex eo elicere bona. Et ergo cum deus praeuiderit malū vsum liberi arbitrij Iudę, voluit subinde elicere bonū ex illo malo/scilicet ostensionē iusticiae suę. A pręfatis doctoribus ponunē plereq̄ alię rationes/sed hę sunt potiores, quare alias omitto

QVINTA PROPOSITIO Certa quoq̄ prędestinationis ratio in speciali non deest, nobis tn̄ incognita. Illa ratio vult q̄ demonstratis duobus Titio & Sempronio, q̄ deus Titiū reprobat & Gaiū praedestinat: est vtiq̄ aliqua ratio illius/cū deus rationabiliter agat: sed quę sit ista ratio in speciali, nos latet: quia multę possunt esse rationes congruentię. Ideo nō est nobis certitudo a parte rei nisi habeamus per reuelationē ab eo cui certa sunt oīa. Ea ꝓpter Augustinus inquit: Deus certissima ratione prędestinat: sed a sensibus nostris remotissima. &c̄. Sed Sciscitaris: CVR ERGO DEVS NON REVELAT? XXVII Augustinus XXVIII

Respondet Bonauentura: Quia non fuit nobis expediēs ad salutē ista cognitio vt in art. iij. explicabit. Sed alia fuit nobis necessaria ꝓpter humilitatē, ideo reuelauit aliquos esse prędestinatos, aliquos reprobatos. Et illū defectum intelligētię nostrae ostendit nobis apl̄s ad Romanos. xi. O altitudo sapientiae & scientię dei/q̄ incōpręhensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Concordat doctor solennis Henricus quot. iiij. In speciali circa determinatū hoīem non est hominis assignare illam prędestinationis rationē: cuius non desit/& vix potest sciri. Nam & apostolus Paulus in speciali ratione reddēda laborauit inopia, dicens: O altitudo diuitiarū sapientiae & scientię dei. q̄a in hoc consistit iudicij dei abyssus multa Bonauentura Gandensis Paulus

ADDIT Hijs calculum Nicholaus de Orbellis/dicens: Quare deus hunc reprobat/illum prędestinat. Aliquando sine cooperatione prędestinati vt de sanctificatis in vtero de pueris statim euolātibus post baptismū. Talium operum inquit bene est aliqua ratio in speciali/sed occulta. Vnde Augustinus: Quare illum trahat/illum non trahat, noli velle iudicare/si non vis errare. In generali vero potest assignari ratio. Itē paulo supra dicit: Rationes namq̄ particulares propter quas ex parte diuersorū diuina feruntur iudicia/sunt inperscrutabiles. Propterea dixit apl̄s: Quis nouit sensum dn̄i? aut q̄s cōsiliarius eius fuit. ad Rom. i. Orbellis Augustinus

EPILOGVS HVIVS PVNCTI

Prędestinationis ergo ex parte primarij significati/id est propositi diuini, nul

la est causa vel ratio:sed ex parte connotati/id est gratiæ & gloriæ in aliquibus non habet ratione/nisi meram & liberalem dei voluntatē.In aliquibus vero habet rationem non necessitantem/sed congruentem.Quia enim adiutores dei sumus,cooperatur liberum arbitrium nostrum in nobis ad iustificationem. Unde congruum est & decens ex diuina liberalitate tales prædestinari ad vitā ęternam/postq̄ obsequuti sunt bonę motioni diuinæ. Cętera ad conclusionis declarationem deseruientia ex sequentibus patebunt

TERTIVM PVNCTVM SECVNDAE PARTIS IN QVO ADDVCVNTVR DOCTORES

XXIX Illam conclusionem etsi minus solemnem/solemnes tamen doctores comperio tenuisse:qui mihi ex ordine recensendi veniūt. In primis accedat ille Seraphicus

Bonauentura Ales doctor Eustachius Bonauentura, de quo ferunt Alexandrum de Ales dixisse: In isto homine non peccauit Adam,propter summam vitæ innocentiam .Is ergo postq̄ recitauit opinionem aduersam,admonet ne dum voluntatē dei magnificare voluerimus/potius ei derogemus.Cuius doctoris verba multa superius recitauimus vt patet legenti:ideo superuacaneum foret multa renarrare,ne eandem semper cantilenam puerorum more repetamus

XXX Ales IN HANC Quocq̄ sententiam tam manibus/q̄ pedibus it præceptor Bonauenturę irrefragabilis doctor Alexāder de Ales parte prima.q.xxviij.mem.iij.art.i.dicens/q̄ prædestinatio & reprobatio bene habent rationem/etsi nō causam.Ratio enim reprobationis est iustitia,quæ vnicuiq̄ reddit quod suū est: & ratio prædestinationis est misericordia.Et articulo tertio adhuc clarius decidit præscientiam qua scit illum bene vsurum gratia/esse ratione prędestinatiōis

Gandensis EX Intentione fuit illa eadem sententia doctoris solennis Henrici de Gandauo quodli.iiij.dicens:Prædestinatio vt est actus diuinus potest biuariam considerari.Vno mō vt est ab agente deo:& sic nulla est ratio actionis diuinæ: neq̄ vt finis/nisi bonitas sua manifestāda:neq̄ vt efficiens/ nisi voluntas dei.Alio modo cōsideratur actus diuinus vt recipitur in aliquod passum,vel vt terminatur in aliquod obiectum:& sic eius poterit assignari ratio per quam illud ens circa quod est actio congruit fini:& in spetiali quæ sit ista ratio assignat bonū vsum liberi arbitrij ex parte electi:& malum vsum ex parte reprobati præuisum. Et

T.Anglicus Henricum sequitur Thomas Anglicus.

Vl.Argētinus TENVIT Illam conclusionem dominus Vldricus de Argentina:quē ad hoc allegabat egregius & celeber vir Theodericus de Sustern ex familia sancti Dominici præceptor noster,dum annis ab hinc ferme vndecim prædestinationis materiam publicitus profiteretur:cui etiam illa opinio tanq̄ magis pia & mitior placuit,allegans ad hoc diui Thomæ sententiam in scripto ad Hanibaldum

Anno M.D.ij dist.xli. Mens Vdalrici (Theoderico renarrante) erat ista: Q̄ prædestinationis scđm totalem effectum sit aliqua ratio non solum in generali,scilicet bonitatis dei ostensio/sed etiam in spetiali.Decens enim est illam supremam bonitatē non vilificari,nec contemptibilem reddi:quod fieret si hominibus prauis & se non conuertentibus daret gloriam.Et pro hoc allegabat Ambrosium dicētem:

Ista ciuitas dei est fundata supra misericordiam dei:sed illi dabo misericordiã, quem præscio toto corde ad me reuersurum

ASTIPVLATVR Prædictæ sententię Thomas Argentoracensis Augustinianus/hic dicens:Saluo semper meliori iuditio dico/ꝙ prædestinationis causa ipsorum adultorum videtur bonus vsus liberi arbitrij ab ęterno a deo præcognitus,finaliter duraturus:quem bonum vsum finalem deus ab ęterno prospitiens,proposuit talibus hominibus huiusmodi vsum habituris/sic dare gratiam finaliter in præsenti,qua media perueniant ad gloriã in futuro. Quid vero de paruulis sentiat/in corollarijs opinionis aduersę exposuimus. Aduerte tñ quomodo ponat liberũ arbitrium esse rationẽ prędestinationis:quia non parũ discrepat in hoc a doctore Seraphico. Tu q habes oculos argi, lege/& videbis. T. Argẽtinus

NON Sentit diuersum dominus Nicholaus de Orbellis,queãdmodũ supra quoqꝫ verba eius frequẽter citata sunt. Et dñs Stephauus Brulifer quẽ iam nominitant secũdum Scotũ:etsi dis.xl.sequaẽ doctorẽ subtilem vt antesignanũ: iñ di.xli.ar.i.q.ij.sequiẽ exasse diuum Bouauenturã,a quo nec latũ vnguẽ discedit Orbellis

AMPLEXVS Est illam opinionem Petrus Aureoli Minoritanæ familiæ magnus doctor. Sicut eũ renarrant Gregorius Ariminẽsis,Chunradus Vuimpina & Ioannes Picardus,cuius sententia in corollarijs prioris opinionis est exposita. Hoc tamen te non lateat negare illum bonum vsum liberi arbitrij præuisum esse rationem prædestinationis/ꝗuis arbitrer discensionem esse solum verbalem,cum carentia obicis sit ex bono vsu liberi arbitrij. Aureolus Ariminensis Picardus Vuimpina

SVBSCRIBIT Prædictis dominus præpositus Gabriel Byel sequutus vestigia,nedum mentem/sed & verba tenens Vuilhelmi de Occham: cuius sententiam vltimo loco ponemus/agmen cũ eo vt cum forti milite clausuri. Videte tamen pulchram concertationem quam habet dominus præpositus in tertio. dis. xix cõclusione quarta.super ista conplexione,prędestinatis est debita beatitudo ex prædestinatione ęterna:ergo nõ ex acceptatiõe meriti passionis Christi.vide (te qd dicat Præpositus

SVSCEPIT Hanc secũdæ opinionis sententiã syncerus Theologus Baccho Anglicus ex patribus Carmelitis non postremus:qui pręscientiã boni vsus liberi arbitrij bonitate moris,existẽtis in potestate nostra,ex cõgruo nõ de condigno prędestinationis rationẽ esse arbitraẽ. Inducit eadẽ ferme quę Alexãder de Ales,politius modicũ:& vt plus videantur vrgere aduersariũ. Autoritates vero negantes electionẽ fore ex meritis dicit debere intelligi, loqui de debito/non de cõgruo. Non video al's in hac materia ab eo ꝓpositũ/ꝙ faciat ad delicatum stomachum:propterea nõ sum longior in eius mente recitanda. Baccho Ales

CALCVLVM Addit huic opinioni Siluester de Prierio in additiõibus ad Capreolũ:licet trepidus ita dicat: Videẽ autẽ mihi mirabile/ si in mea potestate est, absolute loquendo,facere ꝙ sim vel non sim prędestinatus/vt concedit Capreolus:& verum est/ꝙ non sit etiã in me causa sine qua non prædestinationis id est velle moueri a deo quo ad adultos/vel motus alienę fidei quo ad paruulos:& similiter causa sine qua non reprobationis/scilicet nolle consentire diuinę motioni:sed nihil volo asserere. Hæc Siluester Prieranus Capreolus

XXXI Occham SVFFRAGATVR Plenis votis venerabilis inceptor Vuilhelmus de Occhā diui Francisci sacerdos, in primo cōmentariorꝫ Theologicarū sententiarū. Cuius verba etiā ꝓlixiori filo hic sunt retexenda. Prædestinationis inquit, non est aliqua causa/ vt causa est ad cuius esse sequit̄ aliud: quia deus & omne ei realiter idem est inteffectibile & incausabile. Sed accipiendo causam vt denotat quandā prioritatē vnius ꝓpositionis ad aliam scd'm consequentiā. Vnde ponit ꝓ regula: Quādo ab vna ꝓpositione ad aliā est consequētia naturalis, & non ecōuerso tunc potest aliquo modo antecedens dici & esse causa consequētis. Et sic reprobationis est causa: quia bene sequit̄: Iste finaliter manebit in peccato/ergo damnabit̄. Sed de prædestinatione est magis dubiū: & q̄tum ad hoc potest dici sine præiudicio & assertione/ q̄ alicuius prędestinatiōis est aliqua causa & ratio, & alicuius nō est talis ratio vel causa: quia aliqui ꝓpter merita saluant̄/ & ita illorū est ratio: aliqui vero saluant̄ ex speciali gratia. Causa autem quare istos prędestinat sine ratione/ & alios ꝓpter ratione, non est nisi voluntas diuina. Sicut causa quare beatus Paulus fuit percussus a deo & cōuersus sine meritis præuijs & alius non sic, nulla alia causa est assignabilis.

Vuimpina CHVNRADVS VVIMPINA Nimium addictus sententię diui Thomę a quo recedere nephas ducit, ita indissolubili & quasi maritali vinculo ei colligatur, postq̄ in probleumatis suis conplures recitauit opiniones. Post illam decisionem Occham subiungit hæc verba: quæ opinio omnibus magis est planior/ mihi Placidior, nescio si verior.

XXXII Aliacensis Ariminensis OBIECTIO DOMINI CARDINALIS

Sed contra Vuilhelmū Occhā obijcit Petrus Aliacēsis. q. xij. primi. prio ex mente Ariminēsis. Sed quia Gregorius est de opinione contraria, ideo in præsentia nō sit nobis magnæ curæ. Dein format quatuor difficultates: quarꝫ oim ferme radix in hoc cōsistit argumento. Nihil potest esse deo causa vt sit: ergo nihil potest ei esse ratio vt velit. Validat̄ ista consequētia ex eo quia in deo sunt idē esse & velle. Ex quo infert deum velle aliquid alicui, non potest esse consequens alicuius ꝓpositiōis causalis vere & affirmatiue. Verū est quod ipsemet postea distinguit in tertio notabili de ly quia/ q̄ possit importare causalitatē ꝓprie: & sic illatam habeat veritatē: vel quia possit dicere causam cognoscendi/ vel antecedentis ad consequens conuertibilitatē per consequentiā mutuam cum connotatione cuiusdam ꝓprietatis inferentis respectu illati/ scd'm modum nostrū concipiēdi vt est in illis: quia creaturę sunt a deo/ deus est dn̄s creaturarꝫ: quia aliqua res in diuinis generat filiū, aliqua res in diuinis est pater, & de similibus: & sic deum velle aliquid alicui pōt esse consequēs ꝓpositionis causalis affirmatiuę & vere. Et sic cōcedit illā: quia Sortes finaliter peccabit/ deꝰ reprobat Sortē: quā tn̄ Gre-

Ariminensis goriꝰ Arminēsis negat: & cōcedit illā: quia Sortes finaliter peccabit, Sortes dānabit̄.

CONTRA CARDINALEM ꝓ Occham & Ariminensi.

XXXIII Sed quicquid sit/ opinor Gregoriū consequēter & bene dixisse ad opinionem

Aliacensis suam quā ipse tenuit, & cardinalis eū in opinione sequitur. Nullam enim prioritatem illationis, habet finale peccatum ad reprobationem negatiuā quā ponit

Gregorius, & nos articulo primo anxie declarauimus: qua de re non admittet illam: quia Sortes peccabit/deus eum reprobat finaliter. Et profecto hic hallucinatus est Petrus de Aliaco, sicut manifestariũ est intelligẽti opinionẽ vtriusq; de reprobatione. Cum enim ponit reprobationem negatiuã/ nihilominus admittit illam: quia Sortes finaliter peccabit/deus finaliter eũ reprobat: quã Gregorius optime negat ad illam opinionẽ in qua ambo conueniũt. Et secundam optime admittit Gregorius: quia damnationis est aliqua causa. Vis videre totum fulcimentum & vsyam negotij, rimare diligenter quæ ipsi ambo adnotauerunt/ quõ duo consideranda sint in reprobatione, vti supra recitauimus. Et quod etiam excutiens videre posset ratio diuersitatis inter illas ꝓpositiones nõ est necessitas consequentiæ, vt ratiotionatur Cardinalis: sed est prioritas illationis quam habet finalis impœnitentia ad damnationem, & non ad reprobationem. Nam sed'm vtriusque opinationem reprobationis non est ratio/sed damnationis. Astipulatur Marsilius Marsilius

AD ARGVMENTVM DOMIMINI CARDINALIS

Nihilominus eius soluamus argumentũ pro quanto facit contra istam opinionem secundam. Cum ergo ita argumentatur: Nihil potest esse deo causa vt sit: concedo illud antecedens: ergo nihil potest deo esse causa vt velit, nego consequens & consequentiam: & cum probat/quia idem est in deo esse & velle. Mirum est de illo viro, viso eo ꝙ est modernus/ꝙ non aduertit aliquid connotari per velle, vbi nihil connotatur per esse. Vna ergo propositionum in qua ponit esse/potest esse vera, quę de ly vellem falsa est & ecõtra. Et ne adducamus ei exotica & peregrina exempla/quæ forte calumniam paterentur a Petro, insistamus ꝓprijs verbis suis & exẽplis per eum tactis. q. vi. primi. Quia etsi intelligere & velle in diuinis sint idem sed'm eum etiam formaliter/adhuc non sequitur deus intelligit mala, ergo vult mala: quoniam aliquid connotetur per velle, quod non connotetur per intelligere. Vis habere alium testem grandeuũ/accipe Bonauẽturam dis. xli. art. i. q. ij. dicentem: Voluntas dei rationabilissima, rationem habuit ab æterno non aliam propter essentiam/ sed propter connotatum. Vis aliam solutionem ex officina subtilium/dicere potes ad argumentum domini Petri/ꝙ nihil, id est nulla res creata est ratio volẽdi deo: sed bona opera cognita ab æterno/id est in esse cognito voluntati diuinæ ab æterno præsentia, sunt ratio prędestinatiõis: sed'm quod tñ esse cognitũ nihil sunt suo mõ: quia nec substantia nec accidens, vt Scotus distinguit de nihil. q. i. quodlibeti. Et de his satis. XXXIIII Aliacensis Bonauentura Scotus

DE REPROBATIONIS CAVSA Possunt citari omẽs doctores medię opinionis ab initio huius articuli secundi recitati, Scotus, Herueus &c̃, quibus nihil addendum in pręsentia existimo/nisi solum illud Vuilhelmi Occham, qñ dicit: Reprobationis aliquando est causa affirmatiua/aliquãdo negatiua. Affirmatiua est peccatum commissionis: negatiua est peccatum omissionis XXXV Occham

PRO Conclusione illius puncti adde illud Petri de Tarantasia dist. xli. q. iij. ꝗuis concordet in opinione cum Thoma, tamen inter alia sic dicit: Meritũ hominis nõ est causa prædestinationis respectu ꝓpositi diuini/sed bene respectu XXXVI Tarantasia

collationis gratiæ & gloriæ, dispositiue & scd'm quid. Et tantum de illis proceribus Theologiæ opinionem secundam propugnantibus

QVARTVM PVNCTVM PROBATIVVM CONCLVSIONIS.

Adducturus doctorum rationes pro cõclusiõe, curabo enixius vt ornatiores ac firmiores prodeãt in lucem/ q̃ a primis archetypis sint fabrefactę, quo plus vrgeant aduersa, & tueantur propria. Arguit ergo Seraphicus doctor Bonaventura quinq; rationibus: nam tot apud eum venatus sum

Bonauentura

XXXVII PRIMO SIC: Si non esset alia ratio per se & intrinseca/ quare deus illum elegit & istum nõ, nisi beneplacitum voluntatis dei/ sequeretur iam q̄ iudicia dei non dicerentur occulta/ sed manifesta: nec essent inperscrutabilia, contra apostolum exclamantem: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei/ q̃ inconprehensibilia sunt iudicia eius. Sequela est manifesta: cũ quilibet idiota & analphabeticus facile posset scire illã ratione͂/ q̄ deus prædestinat hunc quia vult: & hũc reprobat: quia vult. Vnde per contrariam opinionem opera dei non deberent dici mirabilia/ sed voluntaria. Illam rationem reassumit Nicholaus de Orbellis

Orbellis

XXXVIII SECVNDO Sic instat aduersus contrariam opinionem: Voluntas dei (non obstante q̄ sit causa causarum, & omnium obligationum regula) adhuc est rationabilissima: & sicut ab ęterno fuit/ ita ab ęterno habuit rationem: ergo nõ videtur q̄ in illo magno & mirifico prædestinationis actu aliquid velit sine ratione. Antecedens pro prima parte probatur per beatum Augustinum astruentem quia voluntas dei ex ratione est: & probatur tali ratione: Omnis voluntas eo q̄ voluntas est rationalis: Si ergo hoc est perfectionis in voluntate creata/ q̄ sit ex ratione, hoc maxime debet attribui voluntati diuinę. Antecedens patet per Damascenum dicentem: Voluntas est appetitus rationalis. Et Anshelmus de veritate ca. duodecimo dicit: Omnis voluntas sicut habet quid/ ita habet cur.

Augustinus

Damascenus Anshelmus

TERTIO Argumentat̃ sic: Si prædestinatio solam haberet ratione͂ voluntate͂ diuinam & non aliã/ tunc esset parcitas quędam & illiberalitas in voluntate diuina. Si enim vellet omnes saluare/ omnes saluarent̃: & non est ratio scd'm te nisi quia non vult, ideo non omnes saluant̃: ergo eius voluntas nõ esset liberalissima/ nec optima, imo crudelissima: quia appeteret pœnam & vindictam sine ratione cõtra illud Esaiæ primo: Heu inquit, vindicabor ab inimicis meis: vbi innuit q̄ quasi cum renisu & tristicia trahatur ad punitionem malorum

QVARTO Omnis sapiens eligit in famulos quos nouit fuisse meliores fideliores: & si futura cognosceret/ multo fortius eligeret propter præuisionem bonorum & futurorum: ergo cum deus sapientissime eligat, & futurorum sit pręscius, rationem eligendi seu reprobandi accipit a præuisione siue a præscientia futurorum. Nam non minima ratio tam mirabilis conuersionis sancti Pauli fuit/ q̄ deus præsciuit eum tantum Euangelij præconem futurum.

Paulus

XXXIX

QVINTO Si sola voluntate deus prædestinat & reprobat non præcognita ratione/ tunc sequeretur q̄ esset acceptor personarũ contra illud Actiuũ. x. In veritate conperi/ quia non est personarũ acceptor deus. Illa vltima ratio a plurib'

assumitur pro hac conclusione, quae tamen parum stringit aut nihil; imo potius sibiipsi repugnat: nam cum acceptio personarum sit (vt Gregorius Reisch chartusianus praeceptor noster in philosophia morali optime diffinit) cum aliquid alteri datur propter aliquid quod nō est causa/ nec facit ad causam ꝓpter quā accipiens tali dono dignus sit: vt in collatione beneficiorum si consanguineo nō idoneo conferantur. In exhibitione reuerentię: si diuites propter diuitias solum honorentur. In executione iudiciorum: si pauper supprimatur/ & potentior eidem contra ęquitatem praeponatur. Ad propositum scdm aduersam opinionē tunc nulla est ratio praedestinationis omnino, quomodo ergo potest argui acceptationis personarum quę est cum ratione/ sed indebita: & hoc portat ipsum vocabulum acceptionis secum in dorso. Sed quae nos retrahit remora G: Reisch

AVTORITATES XL

Inducit Bonauētura plures: sed potissimū delegi tres. Primo adducit rotūdum textum Genesis. xviij. dixit dominus: Num celare potero Abrahā quod gesturus sum/ cum futurus sit in gentem magnam, & praecepturus domui suae vt custodiāt viam domini: & faciant iudicium & iusticiam/ vt adducat dominus ꝓpter Abraham omnia quae loquutus est ad eum: ecce dominus voluit reuelare Abraham propter considerationem bonorum futurorum: ergo cū illa ab eterno praeuideat/ pari ratione praedestinat ex praescientia bonorum futurorū. hoc enim est dare cui dandum est. Non enim sunt dandae margaritę porcis: aut sancta canibus, vt ait dominus. Deus enim dat gratiam ei quem scit sibi deuote seruiturum, & mandatis suis obediturum. Illam autoritatem ante Bonauenturam adduxit Albertus magnus Sueuorum gloria Albertus

SECVNDO Inducit Ambrosium super epistolam ad Romanos nono: Dabo ei gratiam quem sciuero toto corde ad me reuersurum

TERTIO Adducit Augustinum in libro retractationum post omnes retractationes dicentem: Deus proponit & elegit & reprobat veritate certissima. & a nostris sensibus remotissima. Ideo nullus debet eam inquirere: quia in hac vita non possumus non inuenire: & ideo in nostrę intelligentiae insufficientiā sermo de praedestinatione claudendus est/ vt obstruat omne os, & subditus fiat omnis mundus deo: cuius iudicia nō sunt perscrutabilia/ sed formidulosa: ideo silentio praetereunda: ergo est aliqua ratio praedestinationis/ licet nobis immanifesta. Haec Bonauentura. Ambrosius Augustinus

ALEXANDER DE ALES Ales

Tendit ad hoc ꝙ praescientia futurorum sit ratio praedestinationis: & primo adducit rationem Bonauenturae. Secundo sic argumentat: Quia voluntatis quę est ex ratione, praecedens scientia est ratio. Cum ergo in praedestinatione intelligam voluntatem scilicet praeparatiuam, pręscientia erit eius ratio. Vniuersaliter eni scientia semper est ratio voluntatis operantis ex ratione. Tertio arguit: quia bonus dispensator debet dare bona huic qui bene vtitur: sed ipse deus praescit omnia: ergo ratio est vt det illi qui bene vsurus est: & non illi qui male XLI

Addit Autoritatē apostoli ad Rom. viij. Quos pręsciuit/ hos & praedestinauit XLII

ergo præſcientia eſt ratio prædeſtinationis. Non enim ibi loquitur de ſcientia ſimplicis intelligentiæ: quia per illam nouit etiam ea quæ nunquam erunt in rerum natura. Nec loquit̃ de ſcientia viſionis: quia ſic nouit & præſcit etiam reprobatos/& omnia quę ſunt. Relinquit̃ ergo a ſufficienti inductione ꝙ loquit̃ de pręſcientia approbationis/vt ſit ſenſus apoſtoli: Quos pręſciuit, bona opera eorũ approbãdo, hos prædeſtinauit. Illã enim notitiã approbationis nõ habet deus de dãnatis: ſicuti patet in parabola euãgelica, vbi dixit ſpõſus: Neſcio vos. Mathei.xxv. ALIAE RATIONES ILLORVM Doctorum

Præfati duo doctores dũ quęrũt/an prædeſtinatio ſit ex meritis: etſi nõ admittant prædeſtinationẽ eſſe ex meritis/vel habere cauſa proprie pro per ſe ſignificato: id eſt propoſito diuino, tamen ratione connotati. Et pro tanto faciunt adducta per eos ibidem/licet ſoluant: quantũ tamen faciunt pro concluſione noſtra, erit operępretium ea hic contexere.

Bonauentura PRIMO Bonauentura inducit gloſſam ad Rom̃. ſuper illo: Eſau odio habui vbi dicit/Eſau ſubtracta gratia per iuſticiã eſt reprobat⁹: ſed iuſticia reſpicit de (merita

Gregorius SECVNDO. Quia beatus Gregorius primo dialogorũ: & Ambroſius aſſerũt, ſicut legit̃ in.c. obtineri. xxiij.q. iiij. ꝙ prędeſtinatio iuuatur pre

XLIII cibus ſanctorꝝ. Si ergo aliena fides tantũ ꝓderit/qd tũ ꝓderit ꝓpria: vt arguit

Auguſtinus gloſſa ſup Matheũ.ix. ſupra allegata. Facit diuus Auguſtinus de bono perſeuerãtię: Si nondũ vocati ſunt/ꝓ illis vt vocent̃ oremus: forſitan enĩ ſic prędeſtinati ſunt vt noſtris orationib⁹ conuertant̃. De principali qd' aſſumit̃ ſcilicet ꝙ pręCdeſtinatio iuuet̃ precibus ſanctorꝝ, in. iij. arti. nobis ꝓlixior ſermo futurus eſt.

TERTIO Deus voluntate antecedente vult omnes homines ſaluos fieri prima ad Thimotheum ſecundo: ergo ꝙ aliquem reprobat hoc nõ eſt niſi voluntate ſubſequente aut conſequente: ſed voluntas conſequens eſt conceſſio ex noſtra cauſa, & non niſi meriti vel demeriti. Subſequentia enim non eſt reſpectu naturæ/ſed reſpectu operum: non in eſſendo/ſed in cognoſcendo

Alex QVARTO Argumentatur Alexander vbi ſupra mem. iij. art. i. Conſtans eſt

LXIIII ꝙ aliquis poteſt facere vt habeat gratiã: quia omnis faciens quod in ſe eſt, habebit gratiam: & omnis habens gratiam poteſt facere ꝙ finaliter habebit gratiã & ſi finaliter habebit gratiã, ipſe eſt prædeſtinatus: ergo de primo ad vltimũ aliquis faciendo quod in ſe eſt/poteſt facere ꝙ ſit prędeſtinatus, ſemper tamen includendo adiutorium diuinum: qui ſcd'm regulas generales diſpoſuit ſe vel le concurrere. Et pondera iſtud argumentũ in eo quod aſſumit/ faciens quod in ſe eſt habebit gratiam, nam in poteſtate cuiuſ͛ eſt facere quod in ſe eſt. Facit

Auguſtinus pro illo argumẽto theorica Theologorum deſumpta ex Auguſtino ſuper Ioannem ſexto. Si non traheris/ora vt traharis. Hæc ex Bonauentura & Alexãdro diſcipulo & pręceptore.

Gandenſis HENRICVS DE GANDAVO

XLV Ita ratiocionatur ꝓ concluſione. In rebus omnino ęqualibus electio nominari non poteſt: igitur ſi deus iſtum eligit/eſt aliqua differentia electi a non electo. Secundo, quia in omnibus operibus miſericordiæ diuinæ/videt̃ concurrere

glossa/id est iusticia. Et alibi: Iustus dominus in omnibus vijs suis. Ergo aliqua est congruentia iusticiæ suę ex parte illius circa quem operatur misericorditer. Tertio: quia videtur similiter se habere malicia respectu reprobationis, & meritum respectu prædestinationis. Quia referendo ad hoc quod aliquid agat in deo, tunc de neutro est concedendum: ergo ex parte hominū & effectuum vnū debet concedi sicut reliquū. Sed malitia est ratio reprobatiōis secūdum multos: ergo & meritum est ratio prædestinationis. Et pro confirmatione omniū prædictorum adducit pulchre Augustinū super illo Psalmi: Adiuua nos deus salutaris noster. vbi inquit Augustinus: Cum ait adiuua nos, nec ingratus est gratiæ: nec tollit liberum arbitriū: qui enim adiuuatur per seipsum aliquid operat. Quando ergo offertur gratia viatori dicit Henricus/ si recipit gratiam oblatā per assensum: & ei secūdum vsum liberi arbitrij cooperetur, meret habere gratiam secūdum vlteriorē gradum. Adde apostolum ad Romanos octauo: Velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Apparet ergo quomodo opera nostra sunt effectus prædestinationis inquātum sunt a deo: sunt tamen nihilominus ratio prędestinationis inquantum sunt a nobis XLVI Augustinus

THOMAS ARGENTORACENSIS Argentinus

Conclusionem principalem tali fulcit ratione: Si absque causa tenente se ex parte hominum deus vnum ordinaret ad gloriā, & alium ad pœnā ab æterno/ tunc deus esset acceptator personarum/ quod duobus existentibus ęqualibus vni daret quod alteri denegaret. Sed de illa ratione iamprimum diximus. Secundo ita instat: Quia deus est diues in misericordia: ad Ephesios. ij. Et misericordię eius non est numerus/ orat ecclesia. Sed si reprobaret aliquem sine causa/ tunc in tali casu nihil misericordiæ appareret. Pro quo inducit cōia aliorū Tertio adducit Augustinū octoginta triū q̄stionū. q. lxviij. deus cuius vult miseret, & quē vult indurat. Per hoc tamen voluntas dei omnino iniusta esse nō potest: venit enim de occultissimis meritis. Quia etsi ipsi peccatores cū propter generale peccatū vnā massam fecerunt, tamen est nonnulla inter eos diuersitas: præcedit ergo aliquid in peccatoribus/ quo q̄uis nondum sint iustificati/ digni efficiantur iustificatione. Et item præcedit in alijs peccatoribus quo digni sunt obtusione Augustinus XLVII

MAGISTER SENTENTIARVM Longobardus

Respondet ad illam Autoritatē Augustini/ dicens eam retractatam in simili in primo retractationū. c. xxiij. quando retractauit illud scriptū per eum super epistola ad Romanos/ quod deus ideo elegerit Iacob: quia talem futurum præsciuit, qui in eum crederet/ & ei seruiret. Vnde inquit Augustinus: Etsi bona opera in præsciētia dei nō sint ratio prædestinādi, fides tñ est ratio prædestinādi. Vnde illud non dixissem/ si fidem inter dona spiritussancti connumerari sciuissem. Augustinus

HENRICVS GANDENSIS. q. v. quodli. viij. Gandensis

Obijcit contra magistrum. Quia super epistolam ad Romanos scripsit Augustinus quando fuit presbyter. Sed librum octoginta trium quæstionum edidit in episcopatu: ergo magister non euacuat illam autoritatem.

IOANNES SCOTVS dist. xli. primi Scotus

DEFENDIT Magistrum, dicens solutionem magistri non elidi per instantiam Henrici: quia dato & concesso quod assumit doctor solennis/adhuc tamē posterius edidit librum retractationum: & sic potuit sententiam dictam in vno libro/retractare in alio libro, siue prius siue posterius edito: dum modo fuerint ambo compositi ante librum retractationum. Sicut Augustinus sibiipsi illam regulam praefigit primo retractationū.c. tertio. Et ergo aliter obiicit doctor subtilis contra magistrum. Quia Augustinus vbi pertractat materiā quęstionis.lxviij. retractat alia verba istius quaestionis.c.xxv. libro primo: ista autē verba non retractat. Videtur autem ꝙ si intellexisset ea retractanda, nō incepisset a verbis sequentibus/omitttendo illa. Praeterea addit Gregorius Ariminēsis non esse similem sententiam verborum quae ipse retractat: & aliorū quae inducta sunt ex.q.lxviij. vt ad longum explicat. Cęterum si verba illius quaestionis, dicit Gregorius, ad intentionem Augustini capiantur/non continēt sententiam rationabiliter retractandam: ergo non debemus dicere/ꝙ ea retractauerit sub alijs verbis

Scotus

Ariminensis

EVASIO ALIA AD AVGVSTINVM

Augustinus

Adhuc posset quis dicere ad Augustinum/ꝙ sufficiēter retractauarit in primo de praedestinatione sanctorum, vbi inquit: Non quia futuros nos tales esse prę sciuit ideo elegit: sed vt essemus tales per ipsam electionē gratiae suę/qua gratificauit nos in dilecto filio suo. & iterum in eodem libro ait: Taceat humana lingua, nec prorsus in praedestinatione extollatur, diuinae enim voluntatis est hoc donum/non humanae fragilitatis meritum

THOMAS ARGENTINVS

Argentinus XLVIII

Excutiendo hoc dicit: Iam posterius inducta non aduersari allegato ex.q. lxviij Nam Augustinus in priori Autoritate loquitur de merito large/ꝙ dicitur meritum aliquo modo de congruo, in illis autem duabus iam adductis neget meritum proprie dictum/puta de condigno: & ideo hic nec est reuocatio, nec contradictio/sed equiuocatio. Bonauētura ita dicit intelligi istas autoritates Augustini, non ꝙ intendat negare diuinam voluntatē posse habere rationem ex qua dicatur congruenter operari: sed intendat Augustinus negare rationem causalem voluntatis diuinę: quia ipsa est causa causarum

Bonauentura

IOANNES SCOTVS DOCTOR SVBTILIS

Scotus

Augustinus

Ad principalem conclusionem/quantū ad reprobationē sic argumentat: Damnatio non videtur bona/nisi quia iusta: sed sc̄dm Augustinum.ij. super Genesim.c.xli. Non prius deus est vltor/ꝙ̄ aliquis sit peccator: videtur enim esse crudelitatis punire aliquem non praeexistente in eo culpa: ergo a simili deus non vult prius punire aliquem/ꝙ̄ videat aliquem esse peccatorem

VVILHELMVS OCCHAM

Occham

Corroborat conclusionem primo sic: Omnis voluntas recta est conformis rationi rectae: sed illa voluntas, qua deus prędestinat illum & non alium/est recta: ergo est cōformis rationi rectae: & sic erit ratio quare prędestinat illū & nō aliū

SECVNDO Sic: Quia iste fuit peccaturus finaliter, ideo fuit damnādus: sed

ideo fuit reprobatus, quia damnandus: ergo de primo ad vltimum/ quia iste fuit peccaturus finaliter/ ideo fuit reprobādus: & in tali consequentia antecedēs denotatur esse causa/ vel ad minus ratio consequentis: ergo peccatum futurum a deo præcognitum fuit ratio reprobationis

TERTIO Quando non est aliqua ratio quare de ęqualibus fiunt inęqualia, nisi sola voluntas facientis: stantibus illis ęqualibus/ & nulla diuersitate illis ad- XLIX
ueniente, adhuc nihilominus fierent inęqualia: ergo si non sit alia ratio/ nisi sola voluntas diuina quare iste reprobatᷣ/ & per consequens isti datur pœna ęterna: & quare iste reprobatur, & per consequens sibi datur vita ęterna: quantumcunq; isti remaneant ęquales/ & quicquid faceret vnus/ faceret alius, nihilominus vnus damnabitur, & alter saluabitur: & sic vnus eorum si nunq̃ peccasset, adhuc damnaretur: quod aures christianæ non patiuntur

MAGISTER MARSILIVS

L Marsilius

Quis sit de opinione aduersante/ tamen quia dimisit aliquas rationes insolutas, vt meminimus, duas ex hijs producamus in oppositam aciem. PRIMO ergo opponit: Si deus ex libito suo propter ostensionem iusticię vellet aliquos damnare/ sequeretᷣ eū delectari in pœnis. Si dicis soluendo sicut dicit apostolus ad Romanos nono, ꝙ nō faciat iniuste: quia in potestate figuli sit facere vas honoris vel contumeliæ. Contra hoc opponitur: quoniam etsi hoc possit dici in re- Paulus
bus inanimatis & experientiam boni vel mali non habentibus, vt est lutum: tamen in creaturis rationabilibus non videtᷣ hoc posse fieri sine crudelitate. Pondera quia talis replicans haberet caput marmoreū, si vellet improbare apostolum/ vel simile eius. SECVNDO Sic probat ꝓpositum vbi inęqualiter infligitur pœna ex causa eius qui punitur, ibi est aliqua causa reprobationis: Sed manifestum est/ reprobatis inæqualiter infligitur pœna & ex causa eorū, quia propter plura vel grauiora peccata: ergo est aliqua causa reprobatiōis: alioquin scd'm qualitatem delicti non esset plagarum modus

IOANNES ECKIVS

Eckius

Et ne ego sim asimbolus proprio marte, alienis tamen armis fulcito, hoc est au- LI
toritatibus corroborabo prædictam conclusionem: & primo argumentor breuiter sic, ne vos detineam in volucris verborum. Sicut est conuersio tenens se ex parte dei (intellige ratione effectus) ita est cōuersio ex parte nostri: Sed conuersio ex parte dei est quasi effectus prædestinationis: ergo conuersio ex parte nostri est ratio prædestinationis Dices tu nasute non dialectice argumentatū, videbis prestolare. Totus discursus patet per illud Zachariæ primo: Conuerti- Zacharias
mini ad me, & ego conuertar ad vos. Primo dicit conuertimini. & dein conuer- Adde Scotum
tar, notetur ordo littere/ sicut iureconsulti solent hoc profunde pensare. Ac si di- d.f.xi ij .quæ
ceret deus per Prophetam: Conuertimini ad me præparando & disponendo ti.q.ij.
per contritionem: & ego conuertar ad vos per gratiam.

CONFIRMATVR PRIMO. Si enim esset totum beneficium dei conuerti a peccatis, & non interueniret aliqd quod esset in potestate hominis, ad quid nobis deus toties præcepisset/ ꝙ non in nostra, sed sua potestate esset situm/ vti

Ezechiel clamat per Ezechielem.c.xviij.Conuertimini ad me/& agite pœnitentiã.Et ite-
rum:Nolo mortem peccatoris/sed magis vt conuertatur & viuat.Q, ergo nõ
omnes conuertunť/defectus apparet nostræ voluntatis,non diuinæ:quæ se nõ
conuertit/etiã adiuta:quæ quidẽ conuersio videť partialis ratio prędestinatiõis
Ieremias CONFIRMATVR Iterum per illud Ieremię.xv.Si conuerteris/conuertam
te:ergo deus paratus est semper facere suum,solum homo addat etiam suum,
quod est ratio prædestinationis/si est ab ęterno præuisum hominem facturũ
quod in se est.Ad idem hortatur nos per Iohelem secundo capitulo: Conuerti
mini ad me in toto corde vestro &c.

LII SECVNDO INSTO Principaliter sic:Plures sunt damnati homines/q̃ sal
Sapiens uati:ergo reprobatio nõ est ex solo beneplacito voluntatis diuinæ. Antecedens
Saluator est Christi Mathei.xxij.Consequentia vero probatur per illud sapientis: Non
concupiscit deus multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Ergo nõ est
ex voluntate dei tantã esse multitudinem reprobatorum/nisi quia tot habẽt in-
serationes reprobationis. CONFIRMATVR Illa ratio per illud Mathei
xxiij.Quoties volui congregare filios tuos/quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub ala,& noluisti:ecce derelinqueť domus vestra deserta &c. Co-
gita super illa autoritate/quia vix reperies vrgentiorem ad tuum propositum.
Nam quomodo reprobatio esset ex voluntate dei/quę potius congregaret:sed
q̃ sit ex voluntate hominis/aperit cum dicit:& noluisti.Q, vero illa nolitio sit
ratio reprobatiõis/patet ex sequentibus:quia addit:Ecce derelinquetur domus
vestra &c.Tota ergo ratio reprobationis,etiã negatiuæ,est ex peruersa & pra-
ua voluntate:ideo dicit Propheta:Perditio tua ex te israel.Idem argumentũ po
test formari de prędestinatione ex opposito:quia ad talẽ diceret CHRISTVS
Quoties volui congregare filios tuos/& voluisti &c.& de prædestinatione ar
guens firma pedem in loco beatissimi Petri secunda Petri.i.Satagite vt per bo-
Petrus na opera vestra/certam vestram vocationem & electionem faciatis:quid adhuc
quærimus?quid istis verbis clarius,expressius,quid rotundius præcipit apo-
stolorum princeps/vt per bona opera faciamus certam electionem:bona ergo
opera sunt ratio prædestinationis

TERTIO ITA Retundo prioris opinionis conclusionem,& hoc isto iacu-
lo:Non prædestinatus potest prædestinari: ergo est ratio ex parte voluntatis
nostræ potentis facere dispositiue saltem & de congruo vt sit prędestinata.An-
Augustinus tecedens patet per beatum Augustinum in pluribus locis super Ioannem:Si nõ
traheris/ora vt traharis:si non es prædestinatus/fac vt prædestineris.Et melius
totum argumentum superuestitur per Augustinum de prędestinatione sancto
rum inter alia sic dicentem contra Pelagianum:Inquantũ possumus omnes ho-
mines ad bonum opus exhortemur,nulli desperationem demus: pro inuicem
orantes in conspectu dei nos humiliemus/dicentes,fiat voluntas tua: ipsius erit
potestatis,iudicium in nobis debitum mutare damnationis,& gratiam præde
stinationis indebitam prorogare.Iuuat prædicta quod duodecimo de ciuitate
dei inquit: Deus potest ad opus nõ nouum/sed æternum adhibere consilium

Exorna tu illam rationem.

QVARTO Pugnat aduersus priorem opinionem: Quia deus paratus est & inclinatus (vt loquar more humano) omnes saluos facere & beare: ergo quod nō omnes beatificantur est alia ratio quærenda/quam voluntas sua. Illud argumentū currit paribus passibus vt primum & secundum: ideoque antecedens firmari potest ex prioribus. Consequentiam autē (in qua est totus neruus) firmo ex Anshelmo de casu diaboli.c.iij. quod quis forte posset alicui videri plus confirmare opinionem mediam. Adducit ergo Anshelmus tale simile. Porrigo inquit, ad discipulum tibi aliquid/& tu accipis: nō ideo do/quia accipis, sed quia do/ ideo accipis: porrigo alteri & non accipit: non ideo non accipit/quia nō do: sed ideo non do/quia ille non accipit. Vnū hic aduerte tu qui legis illud exēplum apud Robertum Holcot.q.i.secundi, librum in excusione characteristica esse maculatum & mendosum: recurras ergo ad verum exemplar si volueris latius videre. LIII Anshelmus Holcot

ACCEDANT Tamen adhuc Anshelmi ornamenta: ponit enim duplicem esse causam/scilicet efficiendi rem, & consequendi rem. Neque vsu semper euenire vt cum quid sit causa consequendi rem protinus existat & causa essendi illius rei quod illo patet exemplo: Nam incendium non est causa ignis: sed ecōtra ignis est causa incendij: & tamen in consequendo esse incendium, infert ignem esse. sic est in proposito. Deum non dare gratiam bene est causa essendi istius: quia ille non accipit gratiam: hæc tamen causalis est falsa. Ideo iste non accipit gratiā, quia deus non dedit. Sed sic debet causalis formari: Ideo deus non dedit Iudæ vel diabolo gratiam, quia ille noluit accipere. LIIII Anshelmus

ADDIMVS Præterea Augustinum: & transsumpta sunt eius verba in.c. Nabuchodonosor.xxiij.q.iiij. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam subtraxit quia eum non prædestinauit: sed ideo eum non prædestinauit/ quia recessurū ab ipsa obedientia præuidit. & ibi: Vasis iræ nunquam deus redderet interitū si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum: quia nec deus peccanti homini iuste inferret iram/si homo ex prædestinatione cecidisset in culpam. Augustinus

QVINTO ITA Iuuabimus opinionem secundam: Illud quod tollit meritum liberi arbitrij nostri/non est asserendum: sed dicere oppositum conclusionis istius secundæ videtur auferre meritum liberi arbitrij nostri: ergo non est asserendum. Maior est satis nota christiano: & est rotundus textus Ecclesiastici decimo quinto: Deus ab initio constituit hominem/& reliquit eū in manu consilij sui/adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare/ conserua: & in perpetuum fidem placitam seruare Apposuit tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei/dabitur illi. Et satis notum est manichęum & Iouinianum in hęreses incidisse/quod libertatem arbitrij nostri nimis extenuabant. Minor rationis probatur: quia aduersa opinio reijcit totam rationē salutis nostræ & prædestinationis in voluntatem dei: nihil addendo libero arbitrio/nisi quod omnia quę habeat bona, sint effectus prædestinationis: exactissime accipiens LV

apostoli verba: Non est currentis/neq volētis, sed dei miserentis. Et q nullus faciat bonum/nisi deus conferat sibi. Si enim aliquod bonum derelinqueret arbitrio nostro siue de condigno/siue de congruo: iam essemus concordes: quoniam illud bonū diceremus esse rationem predestinationis de congruo saltem

Bernhardus Augustinus ROBORAT Assumpta Beatus Bernhardus dum inquit de libero arbitrio Tolle liberum arbitrium & nō erit quod saluetur. & Augustinus inquit Homo libero arbitrio male vtens perdit se. & iterum Bernhardus: Liberum arbitrium in nobis est potentissimum. Per hæc argumenta tamen nolim aliquem arbitrari me excludere absistentiam dei etiam spetialem: Sed solū ostendere volui/q aliquo modo ex parte liberi arbitrij sit se disponere ad gratiā quam deus largiatur, & dein gloriam.

Bonauentura ISTAM Rationem olfecit diuus Bonauentura dum inquit: Quoniam prædestinatio non est causa salutis/nisi includendo merita, & ita saluando liberum arbitrium. Ioannes Et hinc est quod Ioannes illa sacra anima in Apocalipsi ait: Hij sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas: & dealbauerūt stolas suas in sanguine agni: ideo sunt ante thronum dei &c. Item ideo regnant cū agno, & agnus dei cum illis. Maronis Sed illa particula ideo, inquit Franciscus Maronis denotat illationem & prioritatem quandam antecedentis ad consequens. Plures rationes vrgentes possent huc in medium agglomerari: Verū domini mei vt aliquando finem faciamus & appropinquemus ad portum, resectis hijs ad reliqua pergamus.

QVINTVM PVNCTVM HVIVS PARTIS QVOD ELICIT COROLLARIA

Recto ordine nunc eo deuenimus vt corollaria quædam ex prædictis, breuia inquam porrismata, pro statione ponamus/quo opinio illa secunda instructior prodeat. Iuuabunt hæc eadem pro luculenta superiorum repetione, & insuper faciliorem præstabunt viam soluendi contraria.

LVI PRIMVM COROLLARIVM. Semper pro indubio est asserēdum voluntatem dei esse principaliter prædestinantem: Sed per hoc non excluditur ratio ex parte prædestinati. Prima pars est confessa ab omnibus: quia deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat: ad Romanos nono. Et miserebor cui voluero: & clemens ero in quem placuerit mihi: Exodi tricesimo tertio. Et ita Autoritates probantes voluntatem dei esse rationem prædestinationis procedunt: sed non cum exclusione, vt dicit secunda pars: & ad longum est iam probata

LVII SECVNDVM COROLLARIVM. Prædestinatio principaliter respicit gloriam in futuro: & secundario gratiam in præsenti. Ambæ partes sunt satis in superioribus declaratæ. Deus enim secundum legem ordinatam non dat gloriam in futuro, nisi quia dat gratiam in præsenti per quam possit gratuite mereri vitam æternam.

LVIII TERTIVM COROLLARIVM. Bona opera meritoria sunt quodamo

do effectus prædestinationis, & quodamodo ratio eius: potius tamen sunt ratio/ quam effectus prædestinationis appellanda. Bene rumina hoc corollarium: quia plus habet in medulla/ quam promittat in cortice. Voluit illud corollariū dominus Henricus doctor solennis/ dum inquit: Bonus vsus liberi arbitrij nō est effectus prædestinationis, licet non sit sine effectu prædestinationis. Declarando illa verba Henrici/ & simul corollariū nostrum conprobando aduertite domini mei quid hic frater Paulus Scriptoris dixerit: libenter huius viri mentionē facio, quod & puer ego eum semper venerabar: quique apud Minoritas de obseruantia Keiserspergij demum Christiane vita functus est: quicquid detractores ei impingunt nō curo. Vult ergo Paulus noster (vt paulo comptior prodeat) triplicem esse effectum prædestinationis: scilicet gloriam quæ est effectus principalis, gratiam quæ est effectus secundarius & minus principalis, Bona opera meritoria quæ sunt quodammodo effectus prædestinationis. Gandensis P. Scriptoris

QVOD Sic intelligo: quia gloria est effectiue a deo & ab homine meritorie de digno: & sic deus aspicit prædestinādo gloriam illam & tantam se huic daturum. Gratia etiam est a deo effectiue/ sed ab homine meritorie de congruo seu dispositiue, nisi esset augmentum gratiæ/ quod meremur etiam digne. Verum est etiam quod & Christus principaliter meruit nobis gratiam sufficiēter: sed non omnibus efficaciter. vide doc. distinctione decima octaua tertij. Bona opera sunt a deo effectiue, & etiam ab homine effectiue, concurrente tamen gratiā. Et ergo licet opera nostra quod sunt meritoria, habeant a gratia gratumfaciente, & ratione illius sint quasi effectus prædestinationis: tamen id est confessum/ quod secundum hoc quod eliciuntur maiori vel minori conatu liberi arbitrij, secundum hoc esse magis vel minus meritoria: & ita etiam ratio prædestinationis ad maiorem vel minorem gratiam. Ec. ius

QVARTVM Corollarium. Ipsa etiam motio diuina, quæ præuenit & preoccupat voluntatē, nec est effectus/ nec ratio prædestinationis. Quod non sit effectus probatur: est enim communis omni homini prædestinato & reprobato: omnes enim deus mouet sufficienter. Quod non sit ratio prędestinationis/ patet: quia nō tenet se ex parte prædestinati/ sed ex parte dei prędestinantis. Vnde sicut dona naturalia proprie non sunt effectus/ nec ratio prędestinationis: ita nec illa motio/ quamuis sit supernaturalis. Sunt enim solum promotiones & adiutoria ad prędestinationē: & sic deus influit naturalia mediante causa secunda: ita influit aliqua per se immediate, vt gloriam, gratiam, & illam motionem LIX

QVINTVM Corollarium. Quod voluntas nostra acquiescit motioni diuinæ est vera prędestinationis ratio ex parte prędestinati nō de cōdigno/ sed de congruo & decenti. Nam hoc faciēdo/ facit quod in se est: & nō video quomodo vllus hominum qui spirat/ possit huic refragari: nā non potest non esse in potestate hominis facere quod in se est. Faciēdo autē quod in se est prętparat se de congruo ad gratiam, & per consequens ad gloriam. Est ergo in ipso homine quo potest facere vt habeat vitam ęternam per meritum de congruo. LX

LXI SEXTVM COROLLARIVM. Talis ergo bonus vsus liberi arbitrij est ratio prædestinationis circa genus humanum/non ratio motiua proprie: cum nihil possit mouere essentiam vel voluntatem dei. Nec ratio propter quam proprie: quia illa est vera causalitas. Sed causa improprie & quasi causa sine qua nõ. nisi enim iste bonus vsus esset præcognitus a deo/tu non esses prædestinatus. Patet ex dictis.

SEPTIMVM COROLLARIVM. Etsi homo mereatur de digno gloriam, non tamen sic meretur prædestinationem. Primum patet ex tertio euidentiali. Secundum probatur: quia gloria non est prædestinatio: sed prçordinatio hominis ad gloriam, quæ fit ex ratione meritoria de congruo/ non de condigno. Secus est de gradibus gloriæ.

LXII OCTAVVM COROLLARIVM. Certum est in omni via saluandum saluari scd'm merita: & reprobatum damnari propter demerita. Tota ergo ratio dubitandi est solum/an illa merita sint ratio prædestinandi: & demerita ratio reprobandi. Primrm patet ex symbolo Athanasij. Ad cuius aduentum omnes homines reddituri sunt rationem: & qui bona egerunt ibunt in vitam æternam: qui vero mala/in ignem æternum. Idem comprobat apostolus: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Et Ioannes in Apocalipsi: Opera eorum sequuntur illos: Apocalipsis decimo quarto. Et iterum: Iudicium est de singulis scd'm opera eorum. Secundam vero partem labor noster satis supercp ostendit/cum vtriusque partis digladiationem operosius exposuimus. Vtra vtri opinio placuerit, eam acceptet. Vtinam deo sit gratus iste labor noster exiguus, quem tamen non sine gratia eius hucuscp perduximus. Tantum sit dictum de Corollarijs/quæ obiter solum excerpsimus. Quouiam si ea omnia proponere vellem quæ suapte sponte se ingerũt, sesquilectione vobis ea ꝓnunciare non possem: & iam ad alia festinamus

Athanasius

Paulus

Ioannes

SEXTVM PVNCTVM IN QVO ADVERSANTIA PRIMAE OPINIONIS CONFRINGVNTVR

Et vt ex omni parte, quãtum pro ingenij modulo possumus, opinio ista secunda perfecta prodeat: soluam ea quæ ex aduerso pugnantia ac cõtraria inducuntur. Et vt hoc emunctissime factum reddamus, per omnia diuerticula contrariç opinionis nobis discurrendum est/per omnia capita despiciẽdum quid nobis conueniens, quidue repugnans prodidere hij qui aliter ac nos sentiunt

PRIMI PVNCVI CENSVRA

LXIII a In primis euidentialia adoriamur. Sed quia primum & secundum non militãt aduersus nos, ideo ea vltro recipimus. Tertiũ vero accipimus/sed non nisi con ditum sale euidentialis tertij nostræ opinionis: vtpote quia deus nullius rei est debitor ex cõditione iustitiæ vel ex natura actus premiabilis/sed ex mera liber-

rima sua voluntate, qua pollicitus est bonis gloriam/& malis poenam: vt inter arguendum melius cribrabimus

SECVNDO Quintum euidentiale apparet nobis prorsus repugnans/ ob idq; declinamus ab eius sententia. Ad inducta vero dicendu/q̃ ꝓbationes sunt concedendæ in illo quod probant/scilicet esse motionem a deo/ & vocationem internam:sed illam non dicimus nec rationem prædestinationis/nec effectum, vt patet ex corollarijs.Sed acquiescere huic motioni/& sic se præparare ad gratiam,& ab excepta gratia non excidere. Et quia non paruam spem coniecit aduersa opinio in isto præsidio:quare maiori labore exercitus iste est profligandus/vt inualidetur aduersa opinio. LXIIII b

VNDE PRIMO DICO Illam solutionem esse de mente Augustini de ecclesiasticis dogmatibus in eo loco vbi citatur per aduersarios:portat enim solutionem in dorso/cum dicit: Initium salutis nostræ deo miserāte habemus: vt acquiescamus salutari inspirationi nostræ potestatis est.Nihil clarius dici poterat pro solutione priori:nam inspirationem illam libenter deo tribuimus/ quæ est initium salutis nostræ.Sed secundum libere fatetur diuus Augustinus nostræ potestatis esse.Illa enim motio est generalis oībus hoībus:sed acquiescere est solum bonorum iuxta vulgatam Theoricam.Ad ea quæ prædestinationis sunt,deus mouet omnes sufficienter/sed solum prædestinatos efficaciter Augustinus

COROLLARIVM. Contingit aliquando reprobatum intensiori motione moueri a deo q̃ prædestinatū/& tñ eum nō consentire.Patet de Iuda,sicut declarat luculenter Ioannes chrysostomus in Omelia.xxxiiij.de proditone Iudæ. Chrysostomus

SECVNDO Patet illa solutio per Thomam de Argentina in secundo. dist. xxviij.Quia etsi modus reuertēdi peccatorem ad deum sit satis expressus in parabola Euangelica de filio prodigo:tamē potest sic declarari inquit.primo per gratiam præuenientem ipse deus admonet per aliquos impetus spirituales peccatorem:quorum præceptione ipse peccator incipit reatum suum agnoscere, & aliqualiter habere displicētiam peccatorum.Talibus enim admonitionibus deus stat ad ostium & pulsat:& petit a nobis conuersionem/ vt deus per sacram animam in Apocalipsi manifestat.Et quia ex nobisipsis conuerti non possumus igitur ad ipsum clamare debemus illud Trenorum vltimo: Conuerte nos domine/& ad te conuertamur.Ad quod dominus respōdet illud Zachariæ: Cōuertimini ad me/& ego cōuertar ad vos:id est sequimini admonitionem meā; & facite quod in vobis est:& ego conuertor ad vos communicādo vobis gratiam meam. Hæc ille. LVI Argentinus Hieremias Zacharias

TERTIO Accedit solutioni nostræ diuus Thomas Aquinas in prima secundæ.q.cix.vbi ferme in singulis articulis citari posset:tamen in summa hoc vult q̃ ad actum meritoriū homo indiget gratia: sed ad actus bonos non meritorios sufficit liberum arbitriū ex puris naturalibus cum generali motione diuina sine gratia gratūfaciente,sine qua pōt ad tēpus ab omni actu peccati cessare/se etiam ad gratiā recipiendā præparare, non aūt a peccato resurgere. Hæc aūt est veritas/q̃ idē doctor sanctus art.ix.nō decidit/an auxiliū speciali ratione hoī impē- LXVI Thomas

sum, sit aliud ab influētia & cooperatiõe dei generali, qua assistit omni agenti, ipsum mouendo scd'm suam naturam: aut q homo solum indiget tali auxilio gratię sub duplici ratione, generali & spetiali: Nam diuina prouidentia mouēs omnia mouet, vnumquodq; scd'm naturam suam. Naturalia enim quia determinantur ad vnum / mouet ad vnum. Ea vero quæ habent liberum arbitrium mouet relinquēdo ea in potestate liberi arbitrij. Concordat in multis Thomę

Bonauentura LXVII Seraphicus doctor Bonauentura. dis. xxviij. secundi.

Gorcheim d QVARTO Iuuat illam solutionem Henricus Gorcheim insignis doctor studij Parrhisiensis alumnus: sed Agrippinensis gymnasij fœcundus excultor: hic in tractatu huic materię dicato, vltra memorata in illo euidentiali inquit duplicem esse motionem dei gratuitam. Vnam sufficiētem: & illam deus nemini denegat. Aliam efficacem: sed illa adhuc potest intelligi biuariam. Vno modo vt sit genus motionis / quo spetialiter mouentur prædestinati: quæ respersa quodam suauitatis odore / intima viscera animę fœcundando deiformat / & in cœleste desiderium transmutat. Potest & alio modo dici motio efficax / quæ afficit voluntatē hominis actu ad eius consensum. Etiā isto secundo modo notū est / q quem deus efficaciter mouet, q ille acquirit gratiam: & si perseuerat / saluabit: iuxta illud: Qui perseuerauerit in finem / hic saluus erit. At prima altioris ordinis solum prædestinatis daī / sicut fuit illa motio Mariæ Magdalenę, Mat-

Bernhardus thei, Pauli. Item Centurionis iuxta crucem: quia scd'm Bernhardum sicut ad illā orationem sancti Stephani, domine ne statuas illis hoc peccatum &c̄. fuit cõuersus Sanctus Paulus. Ita ad orationē fontis omnis salutis, hoc est Christi IESV, Pater ignosce illis &c̄. conuersus est ille Centurio

HOC ADIECTO q motio efficax secundi generis datur etiam reprobis: qui multotiens diu viuūt in gratia / sed finaliter excidunt. Itaq; reprobati interdiu confestim acquiescunt illi motioni, sed demum excidunt. E regione vero prędestinati huic salutari inspirationi sępe diu multūq; reluctanī. patet de Ieroboam, de Saule, de diuo Augustino &c̄. Nolo tamē existimes me omnia Henrici dicta recipere. TERTIO Prosequendo censuram. Sextum euidentia

LXVIII e le in hijs quæ assumit admittitur: Consequens tamen est distinguendum: quia vel intelligit omnia esse a deo vt a causa vniuersali: & sic est cõcedendum, vt patet ex primo euidentiali. Vel intelligit de causa totali / sic negatur: & daī duplex instantia. Prima de eo q liberum arbitrium nostrum acquiescit inspirationi internę & vocationi diuinæ: quē assensum vocat Propheta auditionem scd'm doctores potes appellare sentimentum: quia cum dicit: Hodie si vocem meam audieritis, subdit / nolite obdurare corda vestra. Et dicit hodie, innuens q semper præsens sit, & præsentaria illa diuinæ motio & vocatio. Secundo datur instantia de bonis operibus nostris meritorijs / quę partim sunt effectiue a libero arbitrio / non tamen sine concursu dei: sed quia pro illo euidentiali adducuntur multę autoritates sacræ scripturæ / q̄uis ad illas & similes, inferius plures daturi simus solutiones. Ne tamen ita trepide incedamus sicut gallus super prunis,

LXIX ideo eas in proposito biuariam soluimus

PRIMO Ad modum loquēdi Henrici Gorcheim: quia sacra scriptura certis ex causis interdum loquitur extremius quo ad superficiem/ q̄ possit simpliciū sensus intelligere prima fronte. Et ergo ne credatur/ q in meritis nostris ęqualiter homo operetur sicut deus: aut q ęque concurrat deus ad maliciam operis, sicut ad bonitatem: ideo sacra scriptura scd'm superficiem verborum videtur solo deo ascribere bona opera nostra/ sicut Propheta inquit: Oīa opera nostra operatus es in nobis domine. SECVNDO Potest dici ad omnes & consimiles autoritates/ q hoc prouenit ex subordinatione causarū secundarum ad primam: de qua satis in primo euidentiali. In qua quidem semper causa prior est principalior: modo actio magis attribuitur principaliter agenti/ q̄ instrumentali: sicut securis non dicitur facere archam/ sed artifex. Sic ergo cum per bonas operationes peruenitur ad gloriā: & huiusmodi actiones sunt dei, nō solum vt principaliter agentis/ sed etiam vt gratuite acceptātis. Ideo sacra scriptura loquit ac si illud totum esset dei, & homines nō haberent aliquod interesse. Itaq scd'm istam intentionem vere dicitur deus totum facere ad æternam gloriam: sed ab illo toto non circumscribitur concursus actiuus liberi arbitrij

Gorcheim
f

LXX

CONFIRMATVR Ista solutio per Alanum in regulis Theologię maxima lxxxij. vbi vult hominem non esse autorem boni operis autoritate/ sed ministerio. Bona enim opera inquit, proprie non sunt nostra nisi in ministerio: sed dei sunt autoritate. Et ad illum sensum dicit Augustinus: Deus nō remunerat in nobis, non merita nostra, sed dona sua. Accedit Nicholaus de Orbellis/ q sacra scriptura plus attribuit rationem prædestinationis deo/ q̄ reprobationis ea de causa: q deo bona principaliter attribuunt, sed mala nobis: & hoc q mala nō requirunt causam efficientē/ sed deficientem, vt patet in secundo. dis. xxxiiij. Vnde Augustinus in Enchiridio: Nemo quęrat causam malę voluntatis: non enim habet causam efficientem/ sed deficientem. Et in eodem libro: Nequaq̄ dubitare debemus rerum bonarum. quæ ad nos pertinent, causam non esse nisi bonitatem dei: malarum vero ab immutabili bono deficiētem, boni mutabilis voluntatem, prius angeli/ postea hominis. Et ideo dixit beatus Dionysius de diuinis nominibus: Malum est pręter causam, naturam & intētionem. & tantum de censura primi puncti

Alanus

Augustinus

LXXI
Orbellis

Augustinus

SECVNDI PVNCTI CENSVRA

In secundo puncto aduersę opinionis ponitur conclusio dudum a nobis repudium passa. Idcirco probationes doctorum pro ea adductæ pro quanto nobis aduersantur/ breuiter sunt demoliendæ & intercipiendę

PRIMO AD SANCTVM THOMAM

Thomas
LXXII
g
Occham

Respondet Vuilhelmus Occham interimendo minorem. Non enim omne ordinans quomodocunq ad vitam æternam est effectus prædestinationis: sed ipsa vita æterna est illud ad quod ordinamur & prædestinamur: non autem est prædestinatio respectu alicuius propriæ: nisi respectu vitæ æternæ. At quia concessimus in Corollarijs, & alibi / prædestinationem etiam esse respectu

mediorum saltem secundario: igitur potest adhuc aliter dici ꝙ adhuc in multis prçcedat bonus vsus liberi arbitrij assentiētis motioni diuinç: & ille motus siue assensus est partialiter a voluntate: & est ratio infusionis gratiæ de congruo. Et ita etiã est ratio prædestinationis de congruo: pro quo faciunt dicta eiusdem Thomç in prima secundç. q. cix. supra allegata. Ad probationem minoris cum dicitur, prædestinatio est pars prouidentiç, facile adsentior. Sed cum infert, ergo est respectu omnium per quç homo ordinatur ad salutē: miror ex qua logica vel Theologia hoc inferat. Non enim consequens est si sit pars prouidentiç: ergo est respectu omniũ ordinatorũ ad finem, cum oppositũ consequētis non repugnat antecedenti: cũ veritas antecedentis sufferat/ si prædestinatio sit respe-

Herueus ctu finis vel gratiæ tm̃. Quod vero Herueus assumit/ statim ab initio eũ repellimus/ & minorē suã negamus: neq; eã ꝓbabit vsq; ad magnũ annũ Platonis.

Occham ALITER Soluit adhuc Vuilhelmus Occham rationem diui Thomæ distinguendo minorē. Vel enim loquit̄ de omni ordinante ad beatitudinē, quo posito dignus est vita ęterna, & sic concedit. Vel de illo quod quomodocunq; ordinat ad salutē/ scilicet disponendo, vel impedimentũ amouēdo, sic negat: quia præparatio ad gratiam non comprehenditur sub effectu prædestinationis.

XXIII

AD IOANNEM SCOTVM

Scotus Respondetur multiuariam. Primo Neoterici ferme omnes argumēti fundum subruũt: quia deus non prius velit finem/ ꝙ ea quæ sunt ad finem: cum in deo non sit talis ordo prioritatis vel posterioritatis actuum, nec ibi sint talia instantia: quoniam deus vnico actu simplicissimo intelligat simul omnia intelligibilia simplici inquam/ & vnico intuitu. Sed vtcunq; sit/ illa responsio nõ placet mihi nec euacuat argumentum. Nam etiam dum recentiorũ doctorum partes sequerer, non respuebam omnino illam prioritatem Scoticam. Et bone deus, cum sit vna prioritas antecedentis ad consequens, vellem tamē libenter audire/ quomodo quis posset hic saluare tam Occham/ ꝙ Gregoriũ, multas consequentias in actibus diuinis hic concedentes: vide illas. Ita enim insistunt de prioritatibus

Gerson originis multis verbis deridentes doctorem subtilem, & maxime Gerson in secundo. lectione super Marcũ: vbi tamen doctor subtilis non differt ab alijs sen-

Maioris tentialiter: nec alij ab ipso, dicit Ioannes Maioris dist. ix. primi. Ita supra docuimus in re Neotericos a Scoto non dissidere. Ideo alia solutio quærenda est.

SECVNDO Potest solui interemptione maioris. Recipit enim instantiam, quando volens finem alicui/ vult ei finem propter mediũ: nam tunc nõ erit necessariũ eum prius velle finem/ ꝙ media ad finem. Ad hoc est exemplum morale: quia prælians præliatur propter dignitatē auratę militię, ita ponimus: Cæsar vero vel princeps non prius vult huic belligero militię dignitatem/ ꝙ ipsam militiam & exercitiũ rei bellicę/ vt fortiter & grauiter hostem repellat. Non ergo maior est in vniuersum vera/ ꝙ ordinate volens prius velit alicui finem/ ꝙ media. Nam sicut rex prius intuetur strenue illum agere in bello: & exinde se velle dare cingulum militare: ita hic deus præuidet militiam hominum/ quos scd'm merita proinde vult premiare.

TERTIO Etiam hac via diluitur ratio Scoti, distinguendo maiorẽ: quia omnis ordinate volens finem &c. Intelligitur de fine proprio vt quisque velit prius finẽ ꝓpriũ/ q̃ media, non sic dum quispiã vult finẽ alterius. Exẽplum est ad hoc: Nam laborans primo vult sibi sanitatem tanq̃ finem sibi: & vt eam acquirat/ vult medico aurum & argẽtum eum curanti. Hæc profecto ita se habent in infirmo respectu finis proprij. E regione vero potest cõtra vsuuenire de Iatro qui maioris faciat rem pecuniariam, & primo quidem eam intendat: & vt eam possit consequi/ vult huic sanitatem/ scio non esse omnino simile. Conducit tamen ad hoc ꝙ ordinate volens nõ semper prius vult finem alterius/ q̃ media: quod erat diluendum: secus de fine proprio: nam sic deus primo vult suam bonitatem & gloriam, & dein primo huic Petro beatitudinem.

AD ALBERTVM MAGNVM. — Albertus LXXIIII k

RESPONDEMVS Admissa maiore dummodo intelligatur de vltimo ꝓpter quod aliquid agit: quia multi possunt esse subfines indigniores agẽte. Data etiam minore/ consequens venit distinguendum sc̃dm limitationẽ maioris. Vnde frustra contendet arguens/ si loquitur de finali propter quod aliquod agens agit. Nemo enim erit tam temerarius, etiam Ethnicus, quin lubentissime fateatur deum vltimate omnia agere propter seipsum: quia sit finis omnium, vt satis superq; ostensum est in secundo euidentiali. Verũ hoc nõ prohibet/ quin citra vltimum finem possit vnum finem alteri subordinare sine vltimi finis prę iuditio. Fatemur ergo cum Alberto/ aut potius cum sacra scriptura: Propter semetipsum creauit omnia deus

AD FRANCISCVM MARONIS — Maronis LXXV l

Dicitur/ ꝙ non pugnat ratio sua aduersus nos: quia maior recipit illam distinctionem/ ꝙ in gratuitis non attenditur ratio iustitiæ vel iniustitię: aut intelligit ex conditione actus/ sic conceditur: vel ex conditione ipsius promittentis & constituentis libertate/ sic negatur. Propterea potest dici pia iusticia, vel gratuita iusticia: aut vt nos appellare sumus soliti/ iusticia ex suppositiõe, de qua infra. Vnde deus gratuita sua voluntate dat beatitudinem: & tamẽ nulli dat sine meritis: licet gratuite a deo acceptis. Nam sufficit nobis illa gratia dei/ ꝙ ex mera liberalitate illas regulas nobis præscripsit, sacramenta instituit: quibus si conformaremur/ vitam æternam adipisceremur.

AD APOSTOLVM Per eadem responderi potest: quia si ex operibus, id est ex natura operum essemus saluati, iam non essemus ex gratia saluati: non ergo ingrati sumus gratiæ, quia gratuita dei voluntate/ & gratia assistente salutem consequimur ex operibus nostris. Huius iusticiæ meminit Armacanus in sermone quodam, in quo ostendit CHRISTVM non fuisse mendicum. Inter alia vocat illam iusticiam deriuatam, descendentẽ ac pendentem a gratia. Ita dicit iusticiam redemptionis descendisse a gratia incarnationis. Vide Armacanum in quæstionibus Armeniorum libro duodecimo. cap. xvi. — m — Armacanus

AD CONFIRMATIONEM Respõdet Richardus dis. xlvi. art. i. q. i. & ij quarti: non reputando pro inconuenienti quod Franciscus assumit. Non enim — Richardus n

apparet sibi quomodo deus posset beatum Petrum vel alium sanctum ponere in infernum/aut damnare quomodocunq;. Vnde quia hoc nõ condeceret bonitatem suã/non posset hoc facere:nam quod creatura rationalis meruit de condigno/nullo mõ deus potest auferre salua iusticia/nisi indirecte forte inquantum saluatũ posset reducere ad vitã mortalẽ, in qua posset mortaliter peccare/& ex consequenti damnationẽ mereri:licet & hoc vltimũ ipse improbet/ & bene: quia repugnat dicto primo/vt qui es subtilis & lynceus facile conspicis. Sed qa oppositũ huius fuit superius concessum/sicut etiam doctores communiter sentiunt contrariũ, Ideo aliter respondetur negando sequelam. Ad probationẽ dicitur vt supra. Solum enim ostendit q nõ sit iusticia ex natura actus & premij: qa potest deus de potentia sua absoluta priuare beatos sine iniusticia:sed scđm piam iusticiam suam sic ordinauit/q illis sic finaliter decedentibus in gratia velit dare vitam æternã. Sed sicut contingenter ordinauit/ita contingenter etiã illud euenit:& deus permanet in illa ordinatione contingenter. Q si ergo deus absolute contraueniit huic pię iusticiæ/& gratuitæ libertati, non erit ex eo iniustus: quia non contrauenit per hoc iusticiæ simpliciter. Hominem ergo saluari

S. Paulus ex pia seu gratuita iusticia attestatur apostolus prima ad Thimotheum. iiij. De reliquo reposita est mihi corona iusticiæ:quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Ecce dicit/coronã iusticiæ. Adde Thomam de Argẽtina. dis. xliij. art. iiij. qui notabiliter illum passum absoluit/quem obiter recitabimus

Argentinus

THOMAS ARGENTINVS

Quando quæritur, An deus aliquid agat ex necessitate iusticiæ, Respõdet ipse: Si loquimur de necessitate iusticię coactiua/sic negatur:si vero loquimur de necessitate immobilitatiua iusticiæ ex parte meritorum nostrorũ, sic iterum negaẽ. Tertio item possumus loqui de necessitate immobilitatiua iusticiæ ppter bonitatis suæ condecentiã pro pręsenti rerũ ordine/sic iterũ negat:nã qđ est iam decens p præsenti rerũ ordine/ipse absolute posset facere oppositum eius esse decens. Quarto autẽ possumus loqui deũ agere ex necessitate immobilitatiua iusticiæ ppter bonitatis suæ condecentiam simpliciter & absolute/& sic conceditur deum agere necessitate iusticię:quia nõ potest indecẽter agere. Hęc Thomas.

LXXVI Vorrilono

AD VVILHELMVM VORRILON

Respondetur distinguendo maiorẽ/q nullum ęternum producitur ab aliquo

T. Argẽtinus temporali, vel a temporali vt temporale est, & sic conceditur: vel a temporali vt ęternaliter cognito, & sic negatur. Illa est solutio Thomæ de Argentina dis. xli. Ita potest distingui de consequente. Non enim illa opera temporaria in se, quę iusti viri faciunt, sunt ratio prædestinationis dei: nec hoc vnq; voluimus superius dicere/quando retulimus merita vel aliud esse rationẽ prędestinationis. Sed quia deus præuidet illa futura ab illo vel in illo, illa pręsciẽtia scđm Alexandrũ

Ales de Ales est ratio prædestinandi: quæ præsciẽtia vtiq; non est quid temporale, sed ęternum. Aut si vis esse magis subtilis, non illa præscientia vt dicit Ales/ sed illa præscita, & in esse cognito ab ęterno producta sunt ratio prædestinationis:

Scotus ad modum quo loquitur doctor subtilis de esse cognito dist. xxxv. primi. dist.

tredecima quarti.q.i.quotlibeti.Tu qui es subtilis potes hic multa venari corollaria,sed nos Parthico pede refugimus

HOC TAMEN Adde pro intellectu consequentis/ne quis nos ita exoculatos existimet/vt hanc rimam non valeremus obstruere. Non accipiendũ consequens vt admittat temporale quocunq; modo producere ęternũ/ cum tm̃ sint duo ꝓducta ęterna,scilicet filius & spiritussanctus:Sed ea formula loquẽdi accipiendum est/ qua sicut volitiones & intellectiones nostræ sunt vere productę,ita in diuinis sunt quasi productæ.Filius enim in diuinis vere producitur, LXXVII Sed intellectio dei est quasi producta/vt subtiliter hæc docuit d.subtilis dis.ij. Scotus q.vi.primi.Et ad eũ modum dictum est temporale vt ęternaliter cognitũ ꝓducere ęternũ.Infinitas enim diuinæ essentiæ idẽptificat sibi oĩa.de quo in primo

AD MARSILIVM

Marsilius LXXVIII p

Obuia est solutio rationis suæ:Nam primo sequela tota admissa, nullum accidet inconueniens.Nam & gratia,cuius effectus prædestinationis, est tamen in multis reprobatis:vt fuit in Saule,in Esau &c̃.qui a gratia finaliter exciderunt. Idem ergo posset dici de ratione prędestinationis. Nec probatio sua aliquid euincit:cessante enim ratione/cessat (vt ita loquar) rationatũ. Non ergo mirũ si cesset prædestinatio scd'm præsentem iustitiam/dum cessat ratio eius. Aut si mauis,ita diluas distinguendo sequelam/q; ratio prędestinationis sit in multis reprobatis, Aut enim loquitur de bona ratione sufficienti & perseuerante /sic venit neganda:quoniam talis ratio non est in præscito.Præscitus enim non perseuerat in bono vsu liberi arbitrij/sed ab eo excidit. Aut loquimur de bono vsu momentaneo vel breui tempore existente,sic bene est in reprobatis:sed talis nõ est sufficiens ratio prædestinationis.Et aduerte quia illud volo habere in omnibus pro repetito,quando dico bonum motum/aut assensum motionis diuinæ aut facere hominis quod in se est,esse rationem pęrdestinationis,semper intelligendum/si homo ab eo non excidat: tunc enim solum est ratio sufficiens prædestinationis·

AD BEATVM HIERONYMVM

LXXIX Hieronymus q

Potest multiuariã responderi:quoniã philosophos constat habuisse bonos actus moraliter/ quos dicimus esse bonos bonitate moris, licet non bonitate meriti: cuius Gregorius Ariminẽsis valens ille doctor more suo hic sit singularis: & arbitretur tam philosophos/q; veteres illos romanos in eisdem etiã actibus, quibus dicuntur scd'm virtutem operati,peccasse & deliquisse: imo omniũ infidelium omnem vitam peccatũ esse:q; omne quod non ex fide fiat/peccatum sit: vt lautissime per eum disputatur dis.xxviij.secundi:attamen cum hoc loco non recipimus.Vnde potest hic dici vt est mens Bonauenturæ in eadem distinctione/q; bonus fuerit vsus in philosophis/potest triuariã accipi.Vel enim loquimur de bono vsu ordinato simpliciter:& sic diffitemur/cum ille solum sit in iustis.Vel de bono disponente ad bonum simpliciter:& sic solum est in conuertẽtibus se ad deum.Vel loquimur de bono ordinabili ad bonum simpliciter, tamen de facto nõ disponit nec ordinatur:& talis est actus medius inter vti & frui scd'm doctores communiter dis.i.primi.cuius & in hoc Gregorius cęteris aduersetur

Ariminensis

Bonauentura

Ariminensis

vt patet dis.i.q.i art.i. Talem ergo bonum vsum liberi arbitrij potuerunt habere Philosophi: sed ille non est ratio prædestinationis

Aquila

PETRI DE AQVILA

Rationem non impendio refellemus: quia declinamus statim rationis suæ consequentiam. Cum vero nititur eam probare/ quia non sit ratio diuersitatis/ incassum laborat: magna etenim est ratio diuersitatis quam nullus potest non videre. Homo enim non potuit mereri anteq̃ esset/ cum hoc implicaret. Secus est de bene esse: quia postq̃ creauit eum/ reliquit eũ in manu consilij sui: & sic potest mereri bene esse &c.

P. Scriptoris LXXX

FRATER PAVLVS SCRIPTORIS

Frustra quatit balistam: quia assumit quod non probat. Nam q̄ dicit absurdũ esse deum dare maius bonum suum, propter minus bonum nostrũ, non modo non est absurdum/ sed maxime cõgruens bonitati & misericordiæ dei. Nã ita Theologi omnes vno ore fatẽtur deum premiare vltra condignũ, nisi quia propter minus bonum ex sua liberalitate cõfert maius bonum: ita similiter dat gloriam scd'm exigentiam gratiæ: & tamen gloria est maius bonum, & gratia minus bonum. Hæc dicta sint pro rationibus doctorum

AVTORITATVM SOLVTIO

LXXXI S. Paulus

Conplures autoritates, & maxime Pauli, euocantur aduersus conclusionem nostram, quã tamen non oppugnant, vt iã docebimus. Vnde in generali ad Paulum potest multipliciter responderi:

Bonauentura Orbellis

PRIMO Respondet sanctus Bonauentura, quem sequitur Nicholaus de Orbellis/ q̄ q̃uis sacra scriptura assignet beneplacitũ dei pro ratione prædestinationis (quod concedimus/ vt patet corollario primo) & raro exprimat aliam: non tamen exinde sequitur q̄ non sit alia: quia non omnia sunt scripta/ sed vtilia tm̃. Vtile autem fuit scire q̄ diuinum beneplacitum est causa & ratio/ vt discamus cum timere, & nihil meritorum nobis attribuere iuxta doctrinã CHRISTI Lucæ.xvij. Cũ feceritis omnia hæc/ dicite: quia serui inutiles sumus. Ostẽdimus tamen sufficienter in superiori puncto quarto, etiam sacræ scripturę cõgruere talem prædestinationis rationem. Ideo possunt etiam aliter solui/ vt notauimus in censura primi puncti/ vbi duę allatę fuerũt solutiones nõ spernẽdæ.

QVARTO Ita possumus accipere apostolũ/ q̄ in illis ipsis verbis suis voluit ostendere nimiam gratiæ dei necessitatem, sine qua nullum opus nostrũ est meritorium: a qua omnes pendemus/ vt a magnete Platonis annuli: & ita loquitur extremius cõtra errãtes credentes nostrũ saluari potius ex nobis esse/ q̄ ex deo.

LXXXII Gandensis

QVINTO Suscipit doctor solennis specialiter illum locum de lutifigulo q̃tli.iiij.q.xiiij. & dicit/ q̄ apostolus hoc non dixit propter inopiam reddendę rationis: sed vt reprimeret temeritatem non capacium: & illud voluit glossa ibidẽ. Et ad simile inductum de luto seu massa luti, dicit esse solum simile ex parte finis/ q̄ aliqua vasa ordinentur ad honorem/ alia in cõtumeliam: sic in proposito aliqui homines ordinantur ad gloriam, aliqui ad pœnam: & in hoc procedit simile: sed non ratione subiectæ materię, cum non sit differentia in massa luti: nec

vnius partis ad aliam: quare nec poterit esse differentia in electione figuli: Secus est de hominibus quorum est differentia, propter quam vnus est prçeligẽdus alteri. Vnde quo ad hoc est melius & congruentius simile quod ponit apostolus secunda ad Thimotheum. ij. dum inquit: In magna autem domo non solũ sunt vasa aurea & argentea/ sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem/ quædam in contumeliam. Ponderẽtur bene verba apostoli: quia illud simile non solum correspondet ex parte finis/ vt præcedens, scilicet honoris vel contumeliç/ sed etiam ex parte subiecti: nam materia est diuersa etiam vasorum, cum alia sint de auro/ alia de argento/ alia de ligno &c̃. Nam talis est diuersitas in prædestinabilibus/ ꝙ aliqua sunt bona, vt aurum & argentum: & ita sunt electa vasa misericordiç, electa in honorem: aliqua vero sunt mala, & ita vasa irç & interitus: vtitur ergo deus eis ad contumeliam. Et nota illam auream solutionem quo ad illum locum: quia alibi vix reperies similem. Laurẽtius Valla in libro de libero arbitrio, quum plura docere præsumat/ ꝙ̃ didicerit, citans hunc locum Pauli/ aurea vasa dicit esse angelos: argentea homines: quod si referat ad naturç excellentiam, ita quidem se habent homines & angeli vt argentũ & aurũ Sed quam naturam tunc lignum & fictilia designabũt. Si vero Valla refert ad meritorum excellentiam aut gratiæ abundantiã/ cur tunc non homines dixit aurea vasa, Benedictam humanitatem CHRISTI: diuam virginem MARIAM. Sanctum Ioannem baptistam/ qui angelis longe sunt eminentiores. Denotat ergo apostolus diuersitatem graduum beatitudinis, quibus alij alijs sunt beatiores/ vt perfecti auro: qui vero imis resident subsellijs/ argento significentur.

Paulus

Valla

SEXTO SOLVIT Thomas Argẽtoracensis illum passum/ cum dicit apostolus: Cum nondum fuissent/ aut aliquid boni egissent &c̃. Quod licet non ex operibus factis dictum fuerit a deo: Iacob dilexi, Esau autem odio habui: potuit tamen deus sic prouidere & dicere, motiuum aliquo modo accipiendo ex operibus in futurum faciendis: sed fortasse delicato stomacho hçc vmbra boni Thomç nõ satisfaceret: præsertim cum glossa ibidem illam solutionẽ contẽnat. LXXXIII

Argentinus

SEPTIMO IACOBVS FABRI Stapulensis vir nostra çtate veterum rerũ ac litterarum impensissime doctus in commentario super apostolum Paulum ad Romanos nonnihil adfert pro diui apostoli Pauli sententia melius intelligenda. Primo inquit grçcam intelligentiam sic se habere: Miserebor cuius misereor, & miserabor quẽ miseror. Itẽ vbi dicit apostolus/ aliud vas in cõtumeliã, grçcum habere/ aliud ad inhonorationẽ. Laurentius Valla in emendatione noui testamenti interpretatus est/ aliud vero in dedecus. Quod tene menti: quia facit pro reprobatione negatiua: demum ad propositũ ita dicit Faber: Et hçc semper præcognouit deus: & illum dilexit, hunc vero odio habuit/ ꝙ ille spõte sua bonus euasit & obediens: hic vero Esau sponte sua malus reluctans & inobediens. Sed horum dilectionis & odij non opera causç/ sed illius çterna præscientia & misericordia/ huius vero prçscientia & iusticia. Illius dico dilectionis causa præscientia & misericordia dei, qui semper vult misereri bonorum: sicut scri-

Stapulensis

Valla

bitur: Gratia dei & misericordia in sanctis eius. Huius vero id est odij præscientia & iusticia dei causa est: qui odit & punire vult iniustos sicut scriptum est: Iniusti punientur: & semen impiorum peribit. Propterea dicit Paulus: Cum nondum nati fuissent &c. In summa & ad formã vult dicere magister Iacobus, opera non sunt causa vel ratio prædestinationis: sed præscientia illorum operum in deo/ vna cum sua misericordia &c. Dein separans ab inuicem electionem & reprobationem/ inquit: Nam abiectio in te auersionem/ & electio conuersionem dicit, In deo autem coincidentiam/ vnum & idem, & bonę & omnisaluificæ voluntatis dei immutabilitatem. Electio in deo necessitas est: in te contingentia. Electio & reprobatio in te latam oppositionẽ habent, & nunquam coincidere possunt: at vt dictum est/ in deo secus. Et qui sciuerit ad coincidentiam ex non coincidentibus/ & ex contractis ad absolutam notionem surgere, habet campũ ad pie de præscientia & prędefinitione dei philosophandum: sed nostri modi intelligendi alteritas absolutionem illam attingere non potest. In hoc tamen inattingibili attactu, perfectius cognoscit quacunque contracta intellectione: & hic ignoratio scientia superior est. Hæc magister Iacobus. Sed fortasse minus capitis/ quam si Hanno Plautinus vobis punice loquerẽt: aut aliquis ex Gãgetico orbe, domini mei ista olfaciunt Theologiam negatiuam & symbolicam: cuius ysagogen vt antea, ita & nunc polliceor me vobis daturum alio tempore vbi maius otium suppetet/ si tamen vnquam otiosus esse potero: qua de re ista iam missa facio

Plaut[i] p[er]nu lus

Albertus magnus

OCTAVO Potest accomodari solutio Alberti magni/ quod per Esau & Iacob non intelligunt illæ priuatę: sed per Esau intelligit gens non liberanda a Christo, eo quod noluit consentire gratiæ redemptionis factæ per Christum: & per Iacob intelligatur populus fidelis mansurus in Christo, per cuius redemptionem gratia illius expeditur ad merendum: & sic illam gentem quam vocauit & elegit, etiam dilexit: vt maneret propositum dei sec[un]d[u]m electionem: ita etiam prædicebatur Rebeccę a domino quod haberet duas gentes in vtero &c. Vide historiam. Tu ex hijs solutio[n]ib[us] elige eã quæ tibi cõplacet: reliquas mõ particulatim dige

Subscribit Ioannes chrysostomus

AD ILLAM Ad Ephes. i. Respondet apostolum ostendere deũ (ramus ex sua voluntate prædestinare: quod vltro concedimus. & prædestinationem esse ęternã, quod iterũ nec coacti fatebimur. Sed velle hinc ratiocionari/ voluntatem dei sine ratione ex parte prædestinati prædestinare, ibimus inficias.

LXXXIIII

AD ILLAM Ad Titum. iij. Non ex operibus iusticiæ &c. loquitur apostolus de iusticia simpliciter dicta consurgente ex natura & conditione actus: eo tamen non obstante reddet deus coronam iusticiæ piæ & gratuite apostolo/ ad istum sensum tertij euidentialis: quamuis omnia quæ deus nobis facit/ quod nos creauit, quod nobis facit solem oriri omni die &c. facit quidem ex sua volũtate omnia. Hinc illa naturalia possunt dici dari de gratia dei. A fortiori/ supernaturalia dicuntur dari per gratiam & misericordiam: vt sacramenta: vt fides nostra reuelata: præceptorum traditio: vitæ ęternæ promissio &c. Quibus tamen sic præsuppositis/ quod deus ita gratuite, libere & misericorditer instituerit illam legẽ Euan

gelicam cum certis promissionibus & pollicitationibus: quibus si homo se con format/tum ex iusticia habiturus est gloriam, non ex iusticia simpliciter/ sed ex suppositione: supposito ꝙ ita constituerit & ordinauerit, & maneat in illa ordi (natione &c. y

AD ILLAM Ad Galatas primo responde/ꝙ hic frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam facile concedimus nos debere gratias agere deo pro beneficijs suis: quod etiam Getulus & Garamãtes fatebitur. Pro amore ergo dei quo nos redemit/& ianuam coeli aperuit, ꝙ maxima veneratione possumus/eum prosequi debemus. Subinde id etiam addendum apostolum in hoc loco nõ tam tueri aduersa/ꝙ roborare nostra. Nam inquit/dignos nos fecit: quod equidem non ex iusticia absolute/sed vberi misericordia tantilla nostra merita acceptat/ vt digni simus esse coheredes regni dei.

AD ILLAM Prima ad Corinthios. vij. quã adducit Albertus magnus Germanorum philosophus, assentimur ei in hac parte: quia sanctus Paulus fuit miraculose conuersus, & a gratia dei præuentus/adhuc spirans minarum & cędis in discipulos. Liberalissima enim dei voluntate persecutor Christianorũ factus est vas electionis, euangelij tuba pręco diuini verbi mu[illegible]ctissimus. Consentit & astipulatur plenis suffragijs huic sententiæ Richardus de media villa in quarto dist. xv. ar. i. q. vij. dicens: Deus immisit Paulo gratiam gratis datam/per quam a mala voluntate cessauit: & ita perfecte poenituit/ꝙ quasi statim secuta est remissio peccatorum. Vel dicit illa remissio nõ fuit scd'm legem communem/ sed ex priuilegio speciali. Bonauentura dissentit dis. xvij. quarti ꝙ fuerit iustificatus sine omni præparatione præuia LXXXV Albertus z Richardus Bonauentura

AD ILLAM Ephesios. ij. respondeẽ omnia affirmando: quoniam deus pręparauit nobis esse & viuere: pręparauit nobis bona naturalia, etiam gratuita, etiam gratũfacientia, potentiam dedit intellectibilem: liberum copulauit arbitriũ: legem obseruãdam præscripsit: pręmia liberaliter promisit: solum ambulemus in illis/vt sic merita nobis dei misericordia præparata/etiam gloriam nobis aliquando exhibeant scilicet dispositiue & appreciatiue. z

AD SAPIENTIS DICTVM Respondet Henricus Gorcheym/ꝙ loquitur de necessitate interioris motionis diuinæ principaliter operantis ad prædestinationem. Oportet enim motionem dei pręcedere ad assensum & auditionẽ voluntatis nostræ/vt supra satis superꝙ innuimus. Nam & initium & consummationem perfecti operis ex deo habemus. Hinc infit apostolus: Paulus plantat: Apollo rigat: incrementum dat deus. Gorcheim LXXXVI

AD ILLVD MATTHEI VICESIMO Respondet Thomas de Argentina/ꝙ liceat facere deo quod velit: hoc inquã verũ in gratuitis/vbi potest dari maius vel minus, sed nõ in dãnandis: quia nullus damnaẽ nisi ꝓpter demerita quæ cõmisit. Sed fortasse quispiã causari posset Thomã minus accomodate respõdere, viso ꝙ ipse etiã ponit rationẽ ꝑdestinatiõis: & scd'm maiorẽ grãm dari maiorẽ gloriã. Cur ergo iã admittit ꝓ libito dari mai⁹ vel min⁹ in gratuitis A LXXXVII T. Argẽtinus

Vnde aliter responderi potest primo concedendo ꝙ deus potest facere quid-quid vult liberrima sua volũtate. Et ita potest erogare plura dona vni ex superabundanti/q̃ alteri, sicut sibi placuerit. Talia dõna dei conplurima se fatebatur

S. Franciscus LXXXVII recepisse diuus Franciscus Asisius, Minoritarum & communiter fidelium patronus, qui profundissima radicatus humilitate cunctis hominibus se deteriorẽ extimabat. ꝙ si in alios quæ in se beneficia experiebatur, contulisset deus/meliores multo q̃ ipse esset euasuros opinabatur: Huiusmodi humilitatem non fictã multi alij sancti habuerunt.

SED PER HOC NON Sequitur/quin deus prædestinet ratione meritorum. Quod enim largitur aliquibus spetiali priuilegio/non est trahendum in consequentiã: at reliquos sc͂dm merita, licet refertissima mensura præmiat. Non ergo infirmat nostram conclusionẽ/sed potius firmat: quia inquit: Tolle quod

Origenes tuum est: ergo aliquid erat illius. Nam tuum est, salus tua inquit Origenes: ex merito ergo ille recipit suum. Sed & hic alia causa est/qua ostendam tibi illam autoritatem per te inductam esse ensem Aiacis, & confodere tuam opinionem. Nam primo paterfamilias conducturus operarios hora tertia dixit: Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit/dabo vobis. Deus ergo vult dare beatis quod iustum est: Sed iusticia etiam pia gratuita & ex suppositione in bonis respicit merita, & in malis demerita. Et tertio vt pœniteat te adduxisse istum textum bone vir, etiam hoc pondera quod paterfamilias dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? pondera hoc verbum/conuenisti. Ergo ex conuentione pacta inter deum & homines, deus tenetur ex iu-

Remigius Thomas sticia gratuita merenti dare denariũ diurnũ/id est beatitudinem, iuxta glossam ibidem. Ea ꝓpter inquit Remigius (vt citat̃ a diuo Thoma in continuo Theologiæ) vnusquisq; in agro ecclesiæ pro spe futuræ remunerationis laborat. Vnde affatim totus textus probat conclusionem secundam.

Augustinus

AD DIVI A. AVGVSTNI DICTA

Non erit extrarium aut alienum videre meo, neq; negotio nostro impertinens si in præsentia sanctorum patrum & doctorum dignitatẽ retulero: quibus fiat manifestum/quantę curę nobis debeat esse etiam hoc loco Augustinus: quo futurum spero/vt nobis auditoribus candidissimis non modicum vtilitatis accedat: vt dum ad omnem ferme punctum sanctorum patrum euocatur autoritas quisq; instructior sit quantũ ei tribuere possit & habeat. Erũt autẽ tres huius negotij notulæ in primis: dein verba diui Augustini reuocabuntur ad incudem.

LXXXVIII

NOTVLA PRIMA

TANTA Est sanctorum patrum ab ecclesia approbatorum & receptorũ dignitas & autoritas/vt nobis facere possint fidẽ suo loco & ordine. Pro isto nota doctores approbatos esse quatuor columnas ecclesię: scilicet Gregorium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum. Item Hylarium, Basilium, Cyprianum,

Gelasius Athanasium &c. Et alij doctores de quibus Gelasius papa in.c. sancta romana. dist.xv. Nam q̃d al's prodesset summi pontificis condemnatio vel approbatio.

SECVNDO Nota/ꝙ dicitur suo loco & ordine. Nam varij sunt gradus approbationis: sicut tangit in. c. iij. tractatus cuiusdã inscripti almę facultati Theologicę studij Parrhisiẽsis cõtra Ioannem de montesono. Aliquã enim doctrinã esse adprobatam ab ecclesia/ potest intelligi triuariam. Vno modo ꝙ talis doctrina sit per ecclesiam tanꝗ vtilis, & in fide probabilis acceptata: & tanꝗ talis inter scholasticos diuulgata. Secundo modo/ꝙ talis doctrina sit sic approbata, vt oporteat credere ꝙ ipsa sit in omni sui parte vera. Tertio modo/vt ipsa sic sit approbata/ꝙ ipsa in nulla sui parte sit erronea vel hæretica. Ex qua tri membri partitione fluunt hę propositiones declaratoriæ — T. Parrhisiẽ. Montesono

PRIMA PROPOSITIO. Primus modus approbationis longe est alienus a duobus sequentibus: quia possunt isto modo esse approbatę doctrinæ quæ non solum continent falsa/sed etiam erronea in fide. Probatur de sancto Cypriano qui nominatur inter doctores approbatos in. d. c. Sancta romana. & tamen de baptismo paruulorum cespitauit in fide. Nam baptismum hæreticorum appellauit lauacrũ diaboli: vt renarrat Alexander papa in paragrapho porro. dis. xxxij. quod tanꝗ erroneum refutatur ibidem. & de conse. dis. iiij. c. quomodo. Idem potest adduci de beato Hieronymo: cuius tamen eloquium (vt ait Augustinus contra Iulianum) ab oriente in occidentem refulget instar solis: eum autẽ aliquando a veri tramite deuiasse patet in decretis canonicis xxvi. dis. c. i. cũ concordantibus. Idem est de Petro Longobardo/qui per omnes scholas ex mandato sedis apostolicæ legitur: attamen ꝙ Christus in triduo fuerit homo, non acceptat: ꝗuis quidam Augustinianus multum subtiliter in hoc loco magistri partes tueatur: cuius & Hugolini in sententias copiam mihi fecit Reuerẽdus pater Telamonius suffraganeus Basiliensis studiosorum hominum magnus fautor. Sanctus præterea Bonauentura dis. xliiij. secundi citat octo locos in quibus communiter magister non teneatur/alij viginti sex articulos enumerant. — Cyprianus; Hieronymus; Augustinus; Lõgobardus; Hugolinus; Telamonius; Basiliensis; Bonauentura

SECVNDA PROPOSITIO. Q; ille modus approbandi est cõis multis libris & tractatib⁹ nõ solum sanctorũ/sed etiam doctorũ: & contingit tam expresse/ꝗ tacite per tolerantiam & permissionem: tamen semper expressa est prę ferenda tacitæ. Q; iste modus fiat expresse/patet de Gelasio papa qui approbauit multos doctores dicto. c. sancta romana. Item aliquando per bullam apostolicam seu decretalem epistolam: sicut Vrbanus quintus adprobauit sanctum Thomã in eplã ad studiũ Tolosanũ: Sic Gregorius magnus: vt dicit glossa dis. ix. c. vt veterum. Sic Bernhardus, vt inquit Antoninus in summa: sic Alexander de Ales/vt testat B. Bernhardin⁹. Tacita vero approbatio satis implicite habet in dicto capitulo sancta romana. cum dicitur: Opuscula atq; tractatus omnium orthodoxorum patrum, qui in nullo a sancto romanæ ecclesię consortio deuiarunt: nec ab eius prædicatione seiuncti sunt: sed communionis ipsius gratia dei vsq; ad vltimum diem vitæ suę participes fuerunt, legẽda decernimus: ꝗuis & hoc diligenter seruandum sit quod ibidem paulo post sequitur. Cum hæc ad catholicorum manus peruenerint/Pauli apostoli sententia præcedat: Omnia ꝓbate, & quod bonum est tenete. — LXXXIX; Pelagius; Vrbanus; Thomas; Gregorius; Bernhardus; Antoninus; Ales; bernhardinus

COROLLARIVM. Perperam ergo Chunradus de Erbaco.q.prima quarti concedit Augustinũ vniuersaliter approbatũ:Sanctum vero Thomam indefinite:licet alia notanda sint quæ dicit de S.Thoma & concurrens suus

XC TERTIA PROPOSITIO. Etsi doctorum & sanctorũ expressa approbatio non nihil fidei atq; autoritatis pręstet & addat dictis sanctorum/ita vt cum reuerentia sint legendi:& non temere ab eis recedendum/seu faciliter negandi sunt:tñ longe altioris ordinis est approbatio & autoritas canonicarũ scripturarum, decretorũ in concilijs/ & aliarũ cõstitutionũ ab ecclesia emanatarũ. Prima pars patet ex dictis. Altera vero pars est manifestior q̃ q̄ egeat ꝓbationibus. Notat̃ in dicto capitulo sancta Romana.& adhuc melius in.c.ego solis.dist.ix. vbi dicit̃.& est textus b.Augustini ad Hieronymũ.Ego solis eis scriptorũ qui canonici appellantur didici hunc timorẽ deferre:vt nullum eorum scribẽdo errasse audeam credere:& in.c.neq;.eadem dist. Neq; quorumlibet disputatiões q̃uis catholicorũ & laudatorum hominũ, veluti scripturas canonicas habere debemus/ vt nobis non liceat (salua honorificentia quæ illis debetur hominibus) aliquid in eorũ improbare scripturis atq; respuere:si forte inuenerim⁹ q̄ aliter senserint/q̃ veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel a nobis:& sunt verba beati Augustini ad Fortunatũ. Et ideo dicit Ioannes Maioris in ꝓlogo quarti:Scripta sanctorum doctorũ recipi ab ecclesia tanq̃ vtilia & salutifera:sed non tanq̃ in omni parte vera. Vide prologum/ dignum omni laude

Augustinus

Maioris

NOTVLA SECVNDA.

Non confestim est hęreticus censendus qui sancto alicui doctori cõtradicit, aut circa sanctorũ dicta dubitat:cum non semper indubiam contineant veritatẽ/ & infallibilem:nisi vel per sacram scripturam aliter probẽtur euidenter aut expresse:vel al's per ecclesiam autorisantẽ determinaretur illa, indubiam & firmã continere veritatem. Ista notula fluit ex prima sicut riuus ex fonte. Probat autem eã doctissimus comes Mirandulanus Ioannes Picus in conclusione prima Apologię ex tribus. PRIMO. Quoniam sancti doctores met vacillarunt ac hęsitauerunt/an ne dicta eorum quid falsitatis haberent aut erroris, vt est Augustini sentẽtia in multis locis. In proloquio librorum de trinitate inquit: Nec pigebit sicubi hæsito/quærere:nec pudebit me sicubi erro/corrigere.& in tertio eiusdẽ inquit:Noli meis litteris quasi canonicis inseruire scripturis:sed in illis quę non credebas, cum inueneris/ incunctanter crede:in istis autem quod certũ habebas nisi certum intellexeris/noli firmũ tenere. Idem ad vincentium victorem libro secundo:Negare non possum/nec debeo, sicut in ipsis maioribus/ita multa esse in tam multis opusculis meis/quæ possunt iusto iuditio, & nulla temeritate culpari. Et illa duo vltima transscripta sunt ad decreta canonica:in capitulo negare, distinctione nona, Item vicesimo primo capitulo de bono perseuerantię inquit nec seipsum sequutum in omnibus. Comes plura adducit: sed hoc vnum sufficiat/si doctores sancti ab ipsa veritate nullibi defecissent/non opus foret eos interdum palynodiam recinuisse, & retractationum codices congessisse.

Picus

Augustinus

SECVNDO Vera esse notula per hoc comprobatur/ꝙ doctores sancti tam
pugnantia & contraria dixerūt/vt modo sibiipsi quispiam aduerset, modo cū
alio altercetur. Nam cum verum vero consonet/& ex concordia sacræ scripturę
probetur eius veritas scd'm Augustinum decimosexto de ciuitate dei. & est vna
ex octo vijs adductis pro firmitate sacrę scripturæ per doctorē subtilem in ꝓ- Augustinus Scotus
logo commentarij Theologici. Ita ex opposito cum necessario vna pars contra-
dictionis sit vera, & reliqua falsa, ex discrepātia doctorum colligitur vnum ab-
errasse, & per abrupta falsitatis deuiasse. Loci autem vbi doctores sancti discre-
pant/sunt plurimi. Et comes Mirandulanus tredecim locos assignat: & notetur
pro hoc & pro illo toto puncto Iunior picus Franciscus qui non spernenda in I.Picus
hanc sententiā deduxit in Theoreumatib⁹ de fide.th.xiiij. Ego aliquos locos ex-
Augustinus in creatione sex dierum a græcis dissidet & latinis (pungam.
interpretibus. Credidit enim omnia simul esse creata iuxta illud sapientis: Qui Augustinus I
viuit in ęternum/creauit omnia simul.

Hieronymus arbitratur statim cessasse legalia, & excusat Petrū. Augustinus con Hieronymus
tra distinguit multiplex tempus, & Paulum defendit Augustinus II

Augustinus Dauid omnium psalmorū autorē constituit: Hieronymus diffitet Augustinus III

Augustinus de quæstionibus noui & veteris testamenti negat Samuelem fuis- Augustinus IIII
se sacerdotem, Beda affirmat primo regum. Et Hieronymus dicit eum fuisse le Hieronymus
uitam, non sacerdotem: libro primo cōtra Iouinianum. Et Augustinus met fa Augustinus
tetur.q.xlvi. de quæstionibus noui & veteris testamenti sacerdotium commuta
tum in Samuelem reprobato Heli: sicut regnum in Dauid reprobato Saule.

Augustinus quæstione vicesima septima noui & veteris testamenti vult Samue
lem non vere suscitatum per Phytonissam/sed dęmonem. & tamen contrarium Augustinus V
eius astruit in libro de cura pro mortuis agenda.

Augustinus tenet cum Ambrosio/bigamū non posse promoueri ad sacros or Augustinus VI
dines, siue ante siue post baptismum. Hieronymus contra existimat/ꝙ non re- Ambrosius
putetur bigamus/nisi post baptismum plures cognouerit: vt patet per episto- Hieronymus
lam ad Occeanum: & habetur in capitulo vnius. & ca. sequenti. dist. xxvi. & cap.
præcipimus. & c. si quis viduam. dist. xxxiiij.

Augustinus super Genesim tenet angelos cum cœlo empyrreo creatos. Hiero- VII Augustinus
nymus vero super Titum existimat eos per multa sęcula ante mundum extitisse Hieronymus
& deo seruisse: a qua sententia Gregorius Nanziazenus non euariat

Augustinus de ciuitate dei negat phas esse sibi mortem consciscere manu ꝓpria Nanziazenus Augustinus
vbi castitas periclitatur. At diuus Hieronymus diuersum sentit super illo Ionæ: Hieronymus
Tollite me/& mittite me in mare.

Gregorius item & Bernhardus in ordinibus angelicis ponunt principatū quin Gregorius
to loco descēdendo, & virtutes septio. Diuersum ab hijs sentit Sanctus Diony Bernhardus
sius Galliarū apostolus: cui⁹ sancti corporis reliquias apud sanctum Emeramū Dionysius
Ratisponę deuote asseruari. & non in Gallia Chunradus Peutinger Augustan⁹ Ratispona
pręclarus vir/autoritate Leonis noni Pontificis maximi testat. Is Dionysius po Peutinger
testates locat quinto ordine: virtutes sexto: principatus septimo Leo Papa

Hieronymus Dionysius Keiserspergius Ambrosius

Hieronymus item & beatus Dionysius de eclypsi tẽpore passionis Christi non consentiunt. Et Keiserspergius Hieronymũ dicit repugnare ambrosio super eo, an Christus subligaculum in cruce habuerit

TERTIO PROBATVR Notula ex speciali priuilegio & prærogatiua sacræ scripturę & sanctionum vniuersalis ecclesię/quæ sola gaudent hac immunitate/vt nemo eis citra salutis dispendium reniti ausit. Faciunt verba Beati Augustini in.c.i.de prędestinatione sanctorum.& verba.c.ego solis.supra allegati (Augustinus)

COROLLARIVM Sequitur ex illa notula glossam in d.c.noli.errasse/cum dicit beatum Augustinũ loquutum scd'm illa tempora quibus adhuc sua & aliorum doctorum opera non erant autentica, quæ hodie teneri iubentur vsq; ad minimũ iota.dis.xv.c.Sancta romana. Vult ergo omnia Augustini & aliorum doctorum placita exasse seruari debere: quod q̃ pinguis & manifestarius sit error/ ex dictis patet. Nam si omniũ doctorum dicta (qui recipiunť dis.xv.) credere cogeremur/protinus ad contradictoria non parum multa astringeremur Sed forte hinc bonus glossator occasionem cespitandi accepit/q; in eodem capitulo sub anathemate præcipiť/in omnibus venerabiliter recipiẽdam epistolam Leonis Pontificis ad Flauianũ. Q; ergo illam dumtaxat respicit epistolam bonus glossator ad omnes illius capituli retulit doctores.

NOTVLA TERTIA.

XCII Augustinus

Diuus Augustinus illud clarissimũ ecclesię lumen/veluti & cęteri doctores sancti, vt hęreses passim insurgentes conprimerent, & iam radicatas extirparẽt/quasi ad alterum extremum videntur declinare: & ita abundanter exprimunt, plus dicentes/& minus volentes intelligi. Testis est ipse Augustinus primo retractationum libro.c.x. de Manichęis & Pelagianis: & antea in.c.ix.expressius hoc testatur. Ista notula ponitur per Bonauenturã dis.xxxiij.secundi.art.iij.q.ij.& ꝓbatur in moralibus a simili/q; qui vult ab vno extremorũ vitioso peruenire ad medium virtutis, debet quasi declinare ad aliud extremum. Ita docet Aristoteles in Ethicis, vt volẽs esse liberalis, si fuit auarus debet moliri primitus ac si vellet ꝓdigalitatẽ sectari, vix tamen mediũ liberalitatis attinget. Et est simile de virga curua inquit Iacobus Fabri Stapulensis: quam si ortulanus erectam velit constituere, primo quidem vltra rectitudinem in aliam oppositã partem, eam deflectit/quo tandem assuescat in rectum crescere. (Bonauentura; Aristoteles; Stapulensis)

COROLLARIVM Doctoris subtilis in eadem distinctione, Multum ponderandum est cõtra quos hæreticos sancti loquuti sunt: vt Augustinus quãdo arguit contra Arriũ/declinat quasi ad Sabelliũ, & econtra. Similiter contra Pelagium videť adeo austere & seueriter loqui/quasi declinet ad Iouinianũ vel manichęum, & econuerso. Et q̃uis isti doctores loquanť in vno casu/ vbi respondent ad quædam verba Augustini: ego tamen volo enumerare tres casus. (Scotus; Augustinus)

XCIII PRIMVS Est in libro contra Iulianum.& de gratia/& libero arbitrio. In quibus militans contra hęresim quæ ex puris naturalibus credidit hominem posse mereri vitam ęternam, vsq; adeo declinat ad aliã partem/vt videatur ostendere omnem infidelium vitam peccatum esse, Quam verborum sententiã valens ille

Gregorius Ariminensis verbatim sequutus, hucusq̃ progressus est/ut concederet elemosynã ex naturali pietate ab infideli præstitam nõ esse bonum/sed peccatum. Aut si natus ex visceribus misericordiæ motus, parenti pauperi & inopi subueniret/identidem peccatum esse. Vide eum dist.xxviij.secundi. Cui nõ dissimiliter tenet Dionysius Cisterciensis dis.xvij.primi.articulo tertio.dicẽs orantem horas canonicas sine charitate peccare mortaliter: nõ quia oret/sed quia nõ oret in charitate. Omittẽtem vero horas canonicas, obligatum tamen ad dicendas peccare duobus peccatis: quia omittat duo, scilicet opus orationis, & quod non facit ex charitate: neuter tamen istorum doctorum tenetur. Ariminensis Dionysius

SECVNDVS Locus est de fide ad Petrum, vbi Augustinus volens aliã particulam hæresis Pelagianæ contundere: & probare pueros habere peccatum originale, & sine lauacro decedentes damnari, ita inuehitur in aduersarios & eos excutit: vt idẽ Gregorius Ariminensis verba eius conplexus/posuerit cõtra communem omnium doctorum sententiam, tales paruulos non modo pati pœnã damni/sed etiam pœnã sensus, & ab igne cremari: q̃uis in illa publica mea disputatione hic anteq̃ ad lecturam per illustrissimum principem vocarer, nouiter ego tenuerim, & præter communem sententiam tales pueros non solum habere pœnam damni/ vt dicit communis opinio: nec etiam habere pœnam sensibilem, vt dicit Gregorius/adhuc tñ habere pœnã realem: & sic medius fui inter Gregorium & communem opinionem: & alibi in singularibus declarabo. Augustinus Ariminensis Anno M.D.x vij.die Septēb Eckius

ET Augustini verbis ac aliorum sanctorum propensius inhærens/idem Gregorius eo vsq̃ prorupit/vt labeculam originalis peccati, labeculam (præter ordinis sui sancti communiter professores) diuę virgini MARIAE imponeret: quæ tamen tota pulchra est. Et vt Petrus de Candia.q.i.xxxij.arti.ij. in fine inquit parui ingenij fore illum qui propter rationes quibus vtunt̃ doctores, magis tenet vnã partẽ q̃ aliam. Sed sola deuotio nos admoneat sanctissimã virginem ab omni labe criminis commendare. In multis similibus hoc reperies: sufficiat illa digito commonstrasse. Augustinus Candia

ISTIS Præmissis, Respondetur ad Beatum Augustinũ. Primo quidem & sępius possent applicari solutiones datę ad apostolum. Secundo posset dici iuxta tertiam notulam: & sic arbitror dicendum, & illam esse rei veritatem/ Augustinum plus dixisse, & minus voluisse/vt reprimeret superbiam & temeritatẽ Pelagij hæretici, qui hostis gratiæ dictus est/q̃ minimum gratiæ tribueret, omnia ferme libero arbitrio nostro ascribens. Ad hunc ergo errorem excidẽdum Augustinus gratiam extulit & dignificauit quantum potuit, iuxta modum tertię notulæ. Tertio iuxta secundam notulam posset quis dicere Augustinũ non esse euangelium: nec semper verba sua continent infallibilem veritatem/eũ potuisse errare sicut alios homines: nisi enim errasset/pepercisset labori retractationum. Sed insurgis cõtra talem q̃ habeat caput marmoreum/quia neget Augustinũ, maxime quia a tot sęculis nullus doctor ausus fuit hoc dicere in ista materia. Ideo quarto possunt verba eius cum reuerẽtia exponi, quo modo nõ aduersentur conclusioni nostræ. Sed instabis glossam nõ tenere intentionẽ textus,

nimis retorqueri verba. si hoc dixeris: resistam ego tibi/ ꝙ imo fuerit necessarium exponere Augustinũ: alioquin erit sibi repugnans, cum in pluribus locis supra adductis tam aperte affirmet conclusionẽ secundam, quam aperte in hic adductis videtur aduersari. Et ne plures locos nobis deesse credas ex Augustino pro conclusione secunda, iam excurram denuo & aliquos venabor, ex quibus si vellem non breuiorem discursum possem contexere ꝙ Gregorius ex oppositis fecit. Despitiamus Augustinum.

Ariminensis

AVGVSTINVS PRO SECVNDA OPINIONE INDVCITVR

Augustinus

Primo de libero arbitrio libro secundo. c. i. sic scriptum reliquit: Eterna lex illa ad cuius considerationem redire iam tempus est, incommutabili stabilitate firmauit/ vt in voluntate meritum sit, in beatitate autem & miseria præmium atꝗ supplicium. Et paulo infra: Cum homo non posset nisi cum vellet recte facere, debuit habere liberam voluntatem sine qua recte facere non posset. Non enim quia per illam etiam peccatur/ ad hoc eam deum dedisse credendum est. Itẽ infra in eodem libro. iij. c. ij. & iij. plenis votis videtur præsupponere istam secundam conclusionẽ/ dum inquit/ Sicut enim deus præscit omnia quæ facturus est homo: ita scit etiam quid ipse facturus sit, adhuc tamẽ voluntate facit/ quicquid facit. Sicut ergo præscientia non necessitat voluntatẽ dei: ita nec necessitat voluntatem hominum. Vide etiam eum de vera religione, c. vi. quomodo omnibus gratiæ participandę dat potestatem.

Augustinus

ITEM DE Prædestinatione & gratia/ ꝗuis videatur multũ repugnare opinioni secundę secũdm corticem verborum: si tamen introspiciatur penitus/ videbimus ꝙ cooperationem liberi arbitrij nõ excludit: quod cum ex multis, tum ex capite vndecimo manifeste ostenditur: vbi inducit prophetam psalmo octuagesimo. vbi deus per eum dicit: Audi populus meus/ & contestabor te. Ego sum dominus deus tuus/ qui eduxi te de terra ægypti: dilata os tuum, & implebo illud. Ecce dilatare os suum iubetur homo, hic rursus aliquid seruatũ homini videtur: & deus se impleturum promittit. Sed ꝙ indigeat dei adiutorio sine quo natura humana, etiam rationali dignitate suffulta, sibiꝑsi non sufficit/ psalmista continuo subiungit: Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi. Hæc Augustinus vbi expressissime admittit hominẽ coagere/ sed sibiꝑsi non sufficere sine adiutorio dei, quod secundę opinioni non refragatꝰ: ꝗuis ibi ostendat illud dictum Pelagianis nihil suffragari.

Augustinus

ITEM Capite decimoquinto eiusdẽ libri loquens de Pharaone & Nabuchodonosor/ ait: Quantum ad naturã ambo homines erant: ꝗtum ad dignitatem ambo reges: ꝗtum ad causam ambo captiuũ populum dei possidentes: ꝗtum ad pœnam/ ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorũ fecit esse diuersos/ nisi ꝙ vnus manum dei sentiens/ in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimam veritatẽ pugnauit arbitrio. Concludit postea: Intelligat illa omnia vel adiuuante domino perfici, vel deserente permitti: vt nouerit tamen nolente domino nihil prorsus admitti.

ADDVCATVR Etiam Augustinus in libro de prædestinatione sanctorũ. Augustinus
in quo libro etiam apparet maxime persequi conclusionem istius secundæ opinionis: nullam autem aliam habuisse eum intentionem q̃ꝗ ꝙ deus sit principaliter prædestinans & operans, dans gratiam & gloriam: homo vero cooperetur & coagat suo ordine/ quod libentissime secunda opinio admittit. Eam inquam esse intentionẽ Augustini ꝓbatur expresse ex verbis eius capite vigesimo, ita dicetis. Agit quippe deus quod vult in cordibus hominũ/ vel adiuuãdo/ vel iudicando: vt etiã per eos impleaẽ quod manus eius & consiliũ prædestinauit fieri.

CORROBORAT Predicta quod Augustinus libro vnico de prędestinatione dei ait: Ecce homo infœlix alligaẽ morti, non per dei prędestinationẽ/ sed per suam offensionẽ: q̃uis enim prædestinatio offensionem pręcurrat tempore: offensio tamen prædestinationem præcedit effectione. Nam prædestinatio non fieret/ nisi offensio futura esset: quam offensionem qui pręsciuit esse/ offensionis vltionem vt iustus iudex prædestinauit. Ex pręscientia igitur offensionis prędestinatio emanauit vltionis: sicut ex præscientia virtutis prædestinatio fieri solet remuneratiõis. vnde apostolus ad Romanos: Quos pręsciuit/ hos & prędestinauit. Hęc Augustinus & loquitur ibi large de prædestinatione/ vt prędestinatio vltionis dicitur reprobatio. Eat nunc aduersę opinionis adsertor & dicat Augustinum negare prædestinationem esse suo modo ex meritis, & reprobationem ex demeritis. Et nota hunc locum: quia est singularis: & ꝙ ego nunc meminerim (non enim omnium possum habere memoriam) nullus doctorũ euocat istum passum Augustini ad illud propositum. Augustinus

ITEM In eodem libro Augustinus in fine inquit concludendo: Quos enim deus suos fidei opere futuros esse prænouit/ hos prędestinauit ad gloriã: quos absq; correctione, diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit/ hos pro certo prędestinauit ad pœnam. Nauis mentis nostrę nisi exercitio bonę meditationis regatur/ ventis variarum cogitationũ afflatibus per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo dimersionis conquatieẽ Hæc Augustinus. ex quibus omnibus quilibet pulchra potest formare argumenta pro opinione secunda. Respondeamus modo ad ea in quibus videtur aduersari nobis. Augustinus

AD AVGVSTINVM

Primo cum inducitur de Tyrijs & Sidonys/ Respondetur Augustinũ assignare veram & principalem huius causam, scilicet voluntatem dei. Sed ꝙ ꝓpterea non sit alia ratio/ non sequitur: nam & in eodem. c. Nabuchodonosor exprimit aliam causam/ dum inquit: Vires itaq; obedientiæ non ideo cuiquam subtraxit quia recessurum esse ab ipsa obedientia præuidit. Similiter potest dici/ ꝙ secunda opinio loquitur scd̃m legem ordinatam/ scd̃m quam dominus istis nouissimis temporibus est primum incarnatus: sic enim deus præuidit filiũ non statim post lapsum Adę incarnandum/ sed in fine sæculorum, vt dicit Paulus: & rationes assignantur per doctores dis. i. tertij. & ita stante illa ordinatione & lege/ non potuit illa miracula antea fecisse, ante scilicet natiuitatẽ suam. Nam ponderãdo verba Christi/ dicit: Olim egissent &c̃. quæ coniunctim significãt pręXCIIII B Paulus

teritionem: quare non comparat tunc existentes Tyrios ad iudęos/sed præteritos Tyrios comparat ad pręsentes iudęos in Corozaim & Bethsaida. Et ꝙ hoc sit verum/ liquet ex eo: quia Christus apud Tyrios & Sydonios suo tēpore existentes etiam signa fecit, vt patet Mathei xv. Et egressus Iesus inde secessit in partes Tyri & Sydonis: & ecce mulier Chananea a finibus illis egressa &c̄. patet etiam Marci. iij. vbi inter alia dicit: Et qui circa Tyrum & Sydonē multitudo magna audientes quæ faciebant venerunt ad IESVM. Nihil ergo officiet nobis ista Augustini Autoritas. Q; aūt allegat verba Christi Ioannis sexto, al's dictū est quō debeant intelligi de motione præcedente sed'm generalē influentiā dei.

C SECVNDO Cum inducitur de fide ad Petrum, Respondetur concedendo ꝙ gratuita sua bona voluntate, qua creauit nos, etiam nobis promisit regnū cœlorum; sed illa gratuita voluntas non excludit piam iusticiam. Nam pro regno cœlorum consequendo dedit certas regulas generales certis promissionibus firmatas, quibus si quis obtemperauerit/ beabitur. De reliqua parte huius autoritatis concedo totam vt iacet: quia per hæc non excluditur quin homo addat suū

Augustinus iuxta Augustinum: Qui creauit te sine te/ non iustificabit te sine te. Notent quartum & quintum Euidentiale.

XCV D TERTIO, ꝙ citatur super epistola ad Romanos, Respondetur/ si volumus loqui de prima motione (quæ est gratia gratis data) tunc est verum: quia initium salutis nostræ deo inspirante habemus. Sed voluntas nostra adhuc est ratio assentiendo huic bonę motioni. Si vero loquamur de gratia gratūfaciente/ tunc iterum est verum ꝙ præcedit voluntatem meritoriam/ & sine ea voluntas non est bona, vt patet prima ad Corinthios. xv. sed nihilominus in volūtate nostra est præparari ad illam gratiā habendam/ & non excidendum ab ea habita. Vel

Anshelmus dicas iuxta supra notata Anshelmi/ ꝙ vocatio est effectrix bonæ voluntatis, verum est ꝙ est causa essendi/ sed non consequendi

E QVARTO Ad eius autoritatem ad Simplicianum, Respondet/ fatemur ingenue non esse iusticiam ex natura rei inter illos actus nostros & pręmium/ veluti iam centies diximus. Et ꝙ hæc expositio non sit violēta/ patet ex verbis ipsi

Augustinus us Augustini/ cum ab initio inquit: Omnes homines sunt vna massa peccati ꝓpter originale peccatum: hinc est supplicium debitum. Si enim loqueret de homine non respiciendo demerita/ non diceret: & a quo exigit/ iustissimum exercet iudiciū. & in fine ait/ damnatum non debere conqueri nisi demerita sua

F QVINTO Cum inducit Augustinus de fide ad Petrum, non secus respondemus ꝙ iam ad secundum respondimus: nā stante ꝙ sit ex gratuita dei voluntate, nihilominus adhuc est de pia iusticia rationabile ꝙ bonus sed'm merita sua beatificet: vt canunt regulę a deo præfixę & ꝓmissa: mō omne ꝓmissum cadit

Ambrosius SEXTO Non dissimiliter respondetur ad Ambrosium: (in debitum. quia nulla sunt merita ex natura rei/ sed solū ex acceptatione & ordinatione dei ita liberaliter legem dantis & præmia pollicentis, pro præceptis, consilijs, ceremonijs & sacramentis &c̄. quæ nisi deūs daret nobis, nihil omnino possemus mereri. Et tantum sit dictum de isto puncto.

TERTII PVNCTI CENSVRA

Quia in tertio puncto aduersa declaratur opinio/maxime ad mentē diui Tho- G H XCVI
mę, Durandi, Herueı, Petri de Tarantasia, Aegidij & antiquorum: ideo si qua
offenduntur opinioni nostræ aduersa, breuiter sunt expungenda.

PRIMA Ergo propositio vt iacet negatur:& cū declarando illud membrum
dicit, ꝙ omne beneficiū diuinum vndecunqꝫ veniat, quod iuuat ad vitā ęternā
sit effectus prædestinationis, dudum repudiū dedimus huic dicto: vt patet ex
corollarijs. Vnde dicit Vuilhelmus Occham flos modernorū: Nō ome quod Occham
nō pōt fieri, nisi per auxiliū dei, est effectus prędestinatiōis: quia nihil positiuū
pōt fieri nisi p auxiliū diuinū:& tñ non q̄dlibet tale est effectus p̄destinatiōis.

AD HENRICVM Dicitur/ ꝙ nihil aliud probat, nisi ꝙ deus non modo I
est causa effectus/sed etiam facit causam secundam agere: vt laute in primo eui-
dentiali differuimus: tamen non euincit quin deus sinat res agere proprios mo
tus:& per hoc patet excussio etiam tertię propositionis. Secunda autem propo-
sitio, quia in nullo a nobis euariat, ideo admititur.

QVARTA PROPOSITIO Et quinta iuxta sensum datum in declaratio- K XCVII
ne secundę conclusionis sunt verę: ad intentionem tamen & sensum ponentium
eas negantur. Nam primo hoc certum est & indubitatum, deum omnia simpli
citer & absolute facere propter seipsum/& bonitatem suam, vt patet euidentia-
li secundo:& ergo absolute & simpliciter deus vult ostendere suam bonitatem
iusticiam, & diuitias gloriæ suę:& hoc per prius vult q̄ꝫ aliquid velit alicui cre-
aturę. Secundo etiam hoc fatemur, deum nō simpliciter & absolute velle osten-
dere iustitiam suam in pœna damnatorum/sed solum ex suppositione, suppo-
sita scilicet culpa quam necessario habet ordinare per pœnam.

COROLLARIVM. Ergo quod in autoritatibus dicit̄/ꝙ deus velit osten- L
dere virtutem suā/vt annunciet̄ nomen eius in vniuersa terra/ & de similibus,
intelligendum est consecutiue referendo ad ista mala. Nam pręsupposita homi
nis culpa/tunc quia deus ordinat illud malum/in qua ordinatione relucet iusti
cia diuina:& ita iniquitatē hominū consequit̄ ostensio iusticię dei in pœnis: vn-
de non repugnant velle absolute iusticiā & bonitatē suam relucere primario & XCVIII
propter se:& velle eam cōsecutiue relucere in pœnis damnatorū ꝓpter peccata.
Et ꝙ hoc sit verū/facit cōis Theologorū concors sententia. Quia deus ex infini
ta bonitate sua etiā ex malis elicit bona: imo nullum malum deus fieri permitte-
ret, nisi sciret elicere bona. Hinc inquit Augustinus in Enchiridio: Malum bene Augustinus
ordinatum/& suo loco positum, eminentius commendat bona/vt magis place
ant, & laudabiliora fiant. Et quod plus est/inquit Bonauentura dist. iij. q. ij. ar- Bonauentura
ticulo secundo: Si deus ex malo non eliceret bonum/& etiam maius bonū, iam
non perfecte vinceret maliciam. Propterea dicit glossa ad Romanos: Diligenti-
bus deum/omnia cooperantur in bonum. glossa, etiam peccatum. Et hoc vo- Augustinus
luit integris votis Augustinus libro secundo contra Faustum/ dum inquit: Ad
naturalem iusticiæ ordinem pertinet/vt aut peccata non fiant, aut impunita esse

non valeant: quodcunq; eorũ sit, naturalis ordo seruat: & si nõ ab homine, certe
Ales a deo. Videatur Alexãder de Ales in prima parte summæ quæstione tricesima octaua. Quare si aduersa opinio nitatur assignare rationem reprobationis esse primaria intentione & simpliciter ostensionem iusticiæ diuinæ in pœnis damnatorum, tunc negamus illas propositiones: & ex iam dictis patent solutiones argumentorum: quia q̃ omnia ordinentur ad bonitatem dei simpliciter & absolute, hoc est verum. Q̃z autem oporteat iusticiam dei relucere in pœnis damnatorum / hoc est verum consecutiue & ex suppositione: quia relucere in pœnis
Gerson XCIX M præsupponit culpam. Hoc modo dissoluatur ꝑpositio Gersonis, & cętera ibi inducta

SEXTA PROPOSITIO. Si eum intellectum accipiat / vt nulla prorsus sit ratio, cur is prędestinet / nisi voluntas diuina, tunc non assentimur ei: quia rationem habet, licet occultã, vt in declaratione secundę conclusionis declarauimus.

Argentinus N AD EXEMPA Duo prima respondet Thomas Argentinus / q̃ non sint similia ex parte subiecti: quia partes materiæ vel massę non habent experientiam boni vel mali, honoris vel contumeliæ, qualem experientiam constat homines habere. Et ideo licet in prędictis absq; iniuria & nota crudelitatis possunt talia fieri / cum sint expertia sensus: non tamen sic de hominibus, quos deus reliquit in manu consilij sui vt eligerent quod vellent. Q̃z si instas, tamen apostolus de
Gandensis dit illud simile de luto. Respondeo vt supra cum Henrico / q̃ non est simile ex parte subiecti / sed solum ex parte finis

C O AD TERTIVM Exemplum respondetur nequaq; esse simile / cum compa ras regem diuersa officia suis distribuentem, ad deum homines ad horrendissimos cruciatus ex sola voluntate vt augurarís, reprobantem. Ad Vuilhelmum
P Vorrilon & adducta per eum dicat / q̃ ꝓcedunt de quærente rationalem causalem / & vere motiuam primæ causę: quam etiã secunda opinio respuit. Attamẽ non conuincunt, quin sint aliquæ rationes congruentię decentes / quæ sic cognitę a deo sint ratio, quare velit illud vni, & alterũ alteri. Non ergo ab eo appellamus, & eo minus: quia non pro libito / sed decentissimis & congruentissimus rationibus, rationabilissimus iudex vel beat / vel condemnat.

DE Septima ꝓpositiõe satis patet ex dictis quõ sit admittenda: & ad inducta ibi dicat q̃ ꝓbant beneplacitũ dei esse rationẽ: sed per hoc nõ excludunt alię rationes.

QVARTI PVNCTI CENSVRA

At nunc Corollaria excutienda sunt, admissis duobus primis tanq; pertinenti
Q bus ad fidem orthodoxam, tertium nequaq; suscipimus / vt patuit in ista secunda parte: at opus est / vt obiecta diluamus. Et primum quidem lubẽter fatemur actum nõ esse meritorium intrinsece & formaliter / sed ex libera & gratuita dei voluntate ipsum acceptante: & hoc scd'm regulas ab eo misericorditer datas ex quibus consurgit pia iusticia. Ad apostolum supra respondimus.

I R AD AVGVSTINVM Rotunde respondeo / q̃ solum voluit exprimere illud quod doctores communiter dicunt dist. xvij. primi. principalitatem scilicet

gratiæ respectu actus meritorij. Vnde sicut dicit doctor subtilis/ꝙ in actu me⸗ Scotus
ritorio oportet duo considerari. Vnū quod pręcedit rationē meritorij saltē na⸗
tura/puta substantia actus, rectitudo moralis, intensio actus. Vltra hoc conside
ratur ratio meritorij, id est sic esse acceptū a diuina voluntate in ordine ad vitā
ęternam. Primo modo considerando actum meritoriū, tunc potentia est causa
principalior actus meritorij. Sed in secunda consideratione, tunc habitus gratię
est principalior causa actus meritorij. Hæc Scotus. Alij dicunt sub summagio:
Gratia est principalior causa quo ad rationē merendi/ sed non quo ad rationē
essendi. Sed adhuc effluit vna alia ambiguitas; & talis:

AN GRATIA SIT SOLVM CAVSA SINE QVA NON ACTVS MERITORII II

Posset enim aliquibus apparere charitatē esse solum causam sine qua non actus meritorij, vt ille actus a charitate & gratia /tanꝗ forma assistente reddatur meritorius: quo modo doctores iuniores loquunt̄ de causa sine qua non in dist. i. quarti. & nos abunde diximus in auscultationibus nostris physicis, puta ꝙ solū sit a causa voluntaria/ꝙ non attingat effectum, nec in esse/nec in fieri: quod faci ens aliqd esse causam sine qua non, etiā producit effectum sine qua nō: & sic de similibus. (Eckius) Vtcunꝗ Vuilhelmus de Occham venerabilis inceptor in dubitationibus additis ad quartū aperit communem doctorum sententiā, Puta gratiā habere etiam vnā actuitatē & causalitatē elicitiue ꝓducendo actum meritoriū, vna cum libero arbitrio. (Occham) Nam hoc communiter conceditur de habitu acquisito quare non videtur negandum, imo esset irrationabile/si negaret̄ de illo perfectissimo habitu vię/scilicet charitatis & gratiæ. Et hoc dicit voluisse autoritates sanctorum, scilicet ꝙ voluntas sit pedissequa respectu charitatis/& charitas quasi domina. Item ꝙ charitas se habeat ad voluntatē/sicut sessor ad equum, vt ait Augustinus. & ita multa sonant in actuitatem gratiæ. Concordat Adam Goddam, q. x. dis. i. primi sententiarū. & Marsilius q. xvij. secundi. (Augustinus, Adam, Marsilius)

AD IMPROBATIONEM Prolixam Gregorij Ariminensis, qui multa conijcit in istam doctorum distinctionē, nihil ꝓficiet/& vacuus abibit. (8) Nam illa Augustini autoritas super qua totū argumētationis agmen ędificat, non plus ꝓbat, ꝙ quomodo deus sit causa efficiens omniū prima & principalissima. (Augustinus) Cur autem potius attribuunt̄ bona deo/ꝙ nobis, explanauimus iam sępius. Illo tamen nō obstante, verū est voluntatē partialiter causare velle suum/ vt verum sit illud Augustini: Sic deus administrat res &c. & sic deus operat̄ omnia in omnibus: alioquin oporteret ponere infusos actus sicut habitus.

COROLLARIVM QVARTVM Vt ponitur, a nobis minime acceptat̄, (T) imo quia deus pręuidet hunc bene vsurū libero arbitrio, ideo vult ei dare vitā ęternā: & qcquid sit de silli equi: quia etiā Durādus cōuellit illud sise, eo ꝙ rex nō conferat bonū vsum equi: sed de⁹ cōferat bonū vsum liberi arbitrij. (Durandus) sup illo exēplo nolo digladiari: & de differētia assignata ꝑ Henricū Gorcheim, hoc vnū scio/deū (causet quomodocūꝗ bonitatē in amato) nō iustificare adultū scd'm (Gorcheym)

communem legem ordinatam, nisi & ipse cooperetur faciendo quod in se est: quia qui creauit te sine te/non iustificabit te sine te. Sed diceres: Iam pluries nobis hanc offulam obiecisti: quid tamen est facere quod in se est? Respondeo quod

III FACERE QVOD IN SE EST.

Est remouere obicem & impedimentũ gratiæ: obicẽ quidem peccati, non quo ad reatum: quoniã solus deus dimittit peccatũ: sed intelligit̃ remouere obicem peccati quo ad actum interiorem vel exteriorem substratũ/ qui est cõsensus vel conplacentia in peccatum. De quo doctores in dist. xxvij. secundi. Et ibi notabiliter dñs prępositus Gabriel. Sic dicit Ioannes Gerson cancellarius contra errores Magicorũ, facere quod in se est/ sit hoĩem tentare viã rationis naturalis, prudentię & artis, quantũ sciuerit: & bene loquit̃ in casu suo. de puulis vero doctori solẽni nõ assentimur: & argumenta Gregorij & Scoti verũ cõcludere arbitramur

Prepositus Gerson

Gandensis Scotus

IIII V COROLLARIVM QVINTVM

Ariminensis

Non sustinemus, imo dicimus esse in pueris rationẽ prædestinationis scd'm legem dei ordinatam. Et ad improbationẽ domini Gregorij respondendum venit. Primo/ quod puerum saluari sit ex misericordia dei: tamẽ scd'm legem communem non saluat̃, nisi scd'm regulas iusticię suæ, vt quicunque baptisatus fuerit/ saluabitur. Et eodem modo dicendum ad apostolum: quia nõ ex operibus, id est ex conditione & natura operum/ sed ex gratuita dei voluntate & bonitate misericorditer sacramenta, præcepta & leges dante: quibus si conformemur, recipiemus in præsenti gratiam/ & in futuro gloriam: & hoc fuit liberalis dei promissio, & ꝓmittentis indubia veritas. Et quamuis valens ille Gregorius magnipendat argumentum fundatum in illa autoritate: & improperet Petro Aureoli/ quod nihil ad eam responderit: tamen est facillimę solutionis, vt patet ex notatis in tertio euidentiali ab initio/ & quinto: nec opinor Aureolum illam autoritatẽ ponderasse/ sed ob nimiã facilitatem reliquisse intactam. Nam quis hoc non nouit, deum misericorditer sacramentum baptismi instituisse, & legem adiecisse, quod si quis legi paruerit/ ex congruẽti quadã & pia iusticia pro meritis deus dat gratiam & gloriam, sicut est pollicitus, quod si quis non obsequat̃ legi constitutæ/ iusticia hoc exigit/ vt pro qualitate delicti ęternis cruciatibus puniatur.

Aureolus

V X AD AVGVSTINVM De prædestinatione sanctorum, Respondetur verum esse magnam misericordiam relucere in pueris, & maiorẽ quasi quam in adultis: quia in adultis etiam sunt merita propria/ sed in paruulis non. Vnde quod deus disposuit paruulis dare vitam ęternam sine proprijs meritis, & quod meritum passionis CHRISTI eis applicetur per sacramẽtum baptismi: certe hoc est magnę misericordiæ, ita misericordem, piam, & mitem legem præstituere. Sed quod deus ex gratuita voluntate instituit, qui mentiri non potest, iam est decẽs iusticia facta, supposita & stante illa liberali ꝓmissione dei. Huc adde quod illa lex gratuita est & misericors quo ad obseruantẽ, sed quo ad transgredientẽ est debita iusticia: quia delictum exigit pœnã ex natura & cõditione delicti: ea ꝓpter ingt, huic misericordiã gratuitã, huic iudiciũ debitũ. Vnde secũda pars est con-

tra Gregoriũ primori fronte q̃ negat rationẽ reprobationis: quõ ergo iudiciũ põt esse debitum: & perinde respondeatur ad sequentem autoritatẽ Augustini Ariminensis
DVM IN TERTIA Confirmatiõe multa accumulat Gregorius de prędestinatione, iustificatione, ac baptismo, Respondendum est non admittendo suã causalem: quia ille est prędestinatus, ideo est iustificatus: sed potius econtra. Ad apostolum dicendum/ꝙ sua verba sunt intelligenda per concomitantiam: quæ Gregorius perperam accipit dicta per causalitatem. Et ꝙ hoc sit verum/ apertissime ex verbis apostoli manifestemus. Nam si prius in ordine litterę haberet rationem quasi causalitatis respectu posterioris/ vt pars aduersa autumat: tunc illa catena inciperet a præscientia, vt arguit Alexander de Ales. Nam dicit Paulus: Quos præsciuit/ & prædestinauit: quos prædestinauit/ hos & vocauit &c. Rursus iustificatio esset ratio glorificationis: quia magnificare est beatificare: contrarium huius tamen vult aduersarius/ꝙ ex eo quia deus vult huic gloriam & beatitudinẽ, illud velle gloriã est ratio quare illum vocat/ eũ iustificat &c. Melius dicamus nos ad mentẽ sanctę scripturæ deũ iustificare principaliter, gratiã creatã formaliter, & bonũ motum liberi arbitrij dispositiue, Christũ meritorie VI y Ales

AD QVARTAM Confirmationem dicitur/ꝙ talis potest velle baptisari, sed non sine generali illa influentia, qua deus supernaturaliter mouet omnẽ hominem, Q̃ꝫ dein ratiocinatur aliquẽ sic ex puris naturalibus saluari, vti hæresis Pelagiana sanxit: negamus hoc esse consequens. Nam primo ponimus peccatum originale quod negauit Pelagius. Secundo quia initium salutis nostræ cũ Augustino ponimus deo inspirante & mouente/ quod ille negauit. Tertio ratio Gregorij adhuc non conuincit illum ex puris naturalibus non põni ad statum salutis/ sed ex baptismo & gratia baptismi supernaturaliter data sedm̃ legẽ ordinatam de sacramento baptismi. Apostolum quem inducit recipimus, nos debere gratias agere deo pro tam miti & misericordi lege qua vult nos beare pro tam paruo quod nos facimus/ vult tantã gratiã reddere & gloriã. Itẽ agamus deo gratias ꝑ omnibus beneficijs, quibus nos adiuuat obseruare illã legẽ VII ʒ Augustinus Ariminensis

DVM QVINTO LOCO Confirmat/ꝙ ab̃s sanctorũ prædestinatio nõ esset sedm̃ electionem, negatur illa sequela: nam hoc nostrum dicere non tollit, sed confirmat electionem. Nam deus hos eligit quos præuidet cõformatos legibus ab eo tradendis de salute ęterna acquirẽda. Q̃ꝫ vero Augustinus denuo ampullosis verbis inducitur, Respondetur verã esse Augustini sententiã. Necꝫ enim est necessum deum facere miraculum/ vt ille puer qui ab̃s per naturam superuiuere nõ potest/ a deo superstes conseruet̃ speciali ope, vsqꝫ quo sacro fonte lauet̃: sic enĩ deus administrat res vt ꝓprios motus agere sinat: ꝗuis interdũ deus vt natura naturans ad pręces parentũ possit puerũ ita præter cõem naturæ cursum conseruare, vt baptisterio sacro tingat̃. Quis autẽ ꝓpter piũ deũ tã ꝓdigus vult esse miraculorum assertor, vt siue ille puer moriat̃ ante baptismũ hoc habeat ex reprobatiõe, siue post baptismũ/ꝙ hoc habeat præter naturę cursum ex prędestinationis miraculo. Certũ enim est fortitudinẽ pueri & viuacitatẽ esse a deo vt causa vniuersali iuxta primum euidentiale: & cum hoc a causis secun VIII ʒ Augustinus

dis,a suis qualitatiuis dispositionibus.Similiter & econtra debilitatē pueri esse ab eisdem qualitatibus languētibus.Ita enim videmus vnū pullum natū confestim mori,alio manēte supstite. Videmus autē ꝙ pessimi christiani habent illū motum ꝓcurandi & efficiendi/vt pueri eorum baptisentur,modo sint viuaces

Marsilius DICIT MARSILIVS ꝙ haec sit vna grossa responsio:sed certe si aduertisset ordinem inditum rebus a deo,tam in causis naturalibus/ꝙ voluntarijs,ipse hoc non dixisset.Est enim ordo rerum naturalium ꝙ bene dispositi in calido naturali/& humido radicali,& viuacibus membris principalibus sunt macrobij & longeuę vitae in sua spetie. Contra si haec non fuerint bene in se vel ad se inuicē proportionata & vigorosa,eo citius vita eius vt candela extinguetur. Illum ordinem caeteris paribus deus res naturales obseruare permittit sed'm communē legem ordinatam:pariformiter dedit ordinem in voluntarijs/ vt de puero baptisando,quem ordinem quo ad executionem dereliquit deus in manu cōsilij hominis:& ab istis ordinibus non recedit sed'm legem communem.

APPARET Ergo quomodo iste puer viuax ex aptitudine partim naturali, partim voluntaria,accedente gratuita lege dei de baptismo saluetur: alius vero puer ratione defectus vnius aptitudinis reprobetur:& hoc est subtiliter & non grosse responsum:imo dicere sicut ipse dicit/est abolere cursum naturae quem deus instituit.Imo totam philosophiā naturalem,& maxime nobilem illam medicinam a sacris interpretibus & a sacra scriptura commendatam: quoniam de terra creauit illa altissimus. Vnde ille puer qui iam baptisatus moritur Auripoli,si fuisset natus inter Bactrianos/aut Medos,aut Nigrites,nō fuisset cōsequutus baptisma:& sic mortuus,fuisset condemnatus:& diligentius perpēdenti, occurret oppositam opinionē minus habere probabilitatis de pueris/ ꝙ adultis.

Medicina

X

DE SANCTIS INNOCENTIBVS

Armacanus AD VLTIMAM Confirmationem de pueris innocentibus, Primo signēt dominus Armacanus libro octauo de quęstionibus Armeniorum capite tricesimo septimo.qui dicit duo.Primum/ꝙ paruuli nō circumcisi/& ab Herodis ministro interfecti nō sint saluati,quia caruerūt sacramēto salutis: nec fuerunt innocentes/sed nocentes & peccatores:ac eorum saluti obuiat illud Genesis. xvij. Masculus cuius pręputij caro &c̄.Circumcisi vero erant innocentes:& ideo merito festum eorum ab ecclesia vocatur festum innocentiū.Secundo dicit/ꝙ non videatur sed'm scripturam nobis traditam/ꝙ illi occisi innocentes ampliorē beatitudinem sint consequuti ꝙ cęteri circumcisi non interfecti,aut ꝙ baptisati infantes communiter morientes:licet quodamodo martyres dici possint:nisi forte deus occulto suo iudicio eis aliquid amplius dederit, quod nec negare/ nec affirmare temere praesumendum est: quia neutrum habetur ex scriptura.

Aliacensis VERVM Illud apparet satis durum domino cardinali Petro de Aliaco.q.ij. quarti:hinc aliter sentiendo dicit/ꝙ infantes ab impio Herodis satellite interfecti,etiam non circumcisi sint saluati:quia sicut baptismus sanguinis sufficit modo ad salutem sine baptismo fluminis, ita circumcisio sanguinis eis suffecit sine

circumcisione præputij. Pro quo tu allega vltra dicta per eum, Augustinum in illo passu vbi inducitur contra nos per Gregorium.

SECVNDO Induc Bonauenturam, & tene perpetuo menti quæ dicit distinctione quarta quarti ad litterã/ Q; ad martyriũ completũ duo concurrunt: scilicet prompta voluntas, & iusta causa. In innocẽtibus autem cp̃uis deesset prompta voluntas, affuit tamen iusta causa: quia propter CHRISTVM sunt trucidati, quem quærebat Herodes vti emulum regni perimere. Iustam ergo voluntatem & promptam quæ defuit/ dominus misericorditer suppleuit: quia erant eius coætanei, & propter eum occisi. Simile est de latrone qui pœnituit in cruce: in quo defecit causa iusta, non tamen defuit ꝓmpta voluntas. Vnde quia Christus simul patiebatur, in quem credidit: ideo dominus suppleuit iustã causam, quæ in eo deficiebat. Ea propter beatus Hieronymus sacræ scripturę promptuarium dixit: CHRISTVS latronẽ de cruce inuitauit ad paradisum: & ne quis putaret seram aliquando esse conuersionem/ homicidij pœnam fecit esse martyrium. Et sunt transscripta illa verba in decretis canonicis, ca. importuna. de pœnitentia distinctione prima. XI Bonauentura Hieronymus

TERTIO Adde cp eorum corpora incorrupta permanserunt, non sine speciali dei miraculo/ eorum sanctitatem speciali attestatione conprobante: quemadmodum religiose obseruantur. Vnum apud Budorim, hoc est Heidelbergam vndecennis vidi in ęde sacra sanctispiritus. Alterum Colonię apud Minoritas. Nisi enim deus speciali gratia & gloria eos ornasset in cœlis/ nõ ita priuilegijs extolleret in terra. Et hoc plus est de pietate fidei/ plus consentaneũ ecclesiæ sanctæ: quæ festum eorum plene celebrat. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo se ptimo anno. M.D.ij

QVARTO Accedit Seuerinus episcopus/ inquiens: Natus rex cœlestis, quare neglexit milites innocentiæ suę coętaneum sibi quare contempsit exercitum? Respondet: Fratres/ Christus nõ despexit milites suos/ sed prouexit: quibus dedit ante triũphare cp̃ viuere: quos antea donauit coronis cp̃ membris: quos voluit ante possidere cœlum/ cp̃ terram. Beatæ lachrymę quę pro talibus fusę/ gratiam contulerũt: nam diuerso modo, dono vno in lachrymis suis martyres suo sanguine baptisantur. Seuerinus

ISTIS PRAEMISSIS, Respondetur ad illam confirmationẽ, concedendo totum: quia in diuinam refert Augustinus prouidentiã: quæ quanta sit, veritas docet Mathei. x. Vnus ex illis (loquitur de passeribus) nõ cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt: nolite ergo timere/ multis passeribus meliores estis vos. Prouidet ergo generaliter deus omnibus creaturis: speciali tamen modo prouidet speciei humanę/ & præcipue bonis. Sed cp argumentaẽ non referendum in impietatẽ Herodis/ singulis tribuendo, dicito: Primo/ cp illi pueri naturaliter, ita cp nõ supernaturaliter fuerunt perẽpti violenter quo ad se, & volũtarie quo ad Herodẽ: cuius peruersam voluntatem optimus deus (qui reliquit hominem in manu cõsilij sui, & sinit res agere proprios motus) non impediuit nec cohercuit. Fuit ergo impietas Herodis causa sine qua non, salutis puerorum: licet satis improprie, deo tamen sic XII Saluator

reordinante eius malam voluntatem, dando pueris gratiam & gloriam: quem admodum supra dictum est deum non permittere mala/si non sciret ex eis elicere bona. Sic Beatus Gregorius lapsum Adę appellat fœlicē, dicens: Fœlix culpa quæ talem meruit habere redemptorē. Vbi quoq essent martyrū aureolæ, si non esset tyrannorum crudelitas, Sed ꝙ paruuli a peccato liberati sunt & saluati, hoc est a solo deo. Nemo enī pōt dimittere peccata/nisi solus de⁹: Mar.ij. Posset etiā quis statim argumentū elidere/dicendo innocentes spetiali priuilegio esse beatificatos, & ęterna gloria coronatos. Et tantū de toto illo corollario.

Gregorius

COROLLARIVM SEXTVM

aa Aureolus

bb

Non recipimus/sed potius opinionem Aureoli sectiamur pro quanto ab opinione secunda non discrepat. Quod vero inducit contra Aureolū esse sine obice/seu carentiam obicis esse effectum prædestinationis/iam sępe dictum est ꝙ non. Nec autoritas inducta hoc probat: sed solū ꝙ electio sit ęterna, & ꝙ simus immaculati a deo: tamen illa electio est facta scd'm futura bona/vt supra.

cc Ales

QVOD Vero secundo loco instruit/itidem non conuincit, sed potius firmat secundam opinionē/ꝙ ꝙ infirmet: vt pulchre Alexāder de Ales supra induxit. Nam si hos prædestinauit/quos præsciuit, non de alia præscientia loquitur ꝙ meritorum prędestinati. In confirmatione nihil est quod labores: quoniam solum astruit voluntatem dei principaliter prędestinantem. Neq congrue infert, apostolus non facit mentionē de obice/ergo obex non est ratio reprobationis vti Bonauētura superius nos certiores reddidit.

Bonauentura

dd Marsilius XIII

QVAE Vero Marsilius eiaculatur contra Aureolum/leui vmbone repelluntur. Dato enim antecedente/negatur consequentia: quoniā etsi obex nō esset si dominus misereri disponeret: tamen nō disponit se velle misereri scd'm communem legem/nisi homo faciat etiam quod in se est, vt inquit per Zachariam: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Qua de re si bene inferre volueris, redde deo suum/& homini suum officiū. Probationes inductę non sunt efficaces: quoniā sanctus Paulus spetiali priuilegio est conuersus ad deum: quare pertinet ad primā partem cōclusionis. Sicut faberrime declarat Stephanus Brulifer in tertio dis.xi. dicens: Conuersionis Pauli fuit triplex causa, scilicet proprie effectiua, quæ fuit deus: qui proprie creat & dat gratiam. Causa dispositiua per modum supplicationis fuit Stephanus orans deum deuote pro lapidātibus se, inter quos fuit principaliter Paulus. Causa excitatiua fuit dictum Christi dicentis: Saule Saule quid me persequeris? Idē est de sancto Matheo apostolo, euangelista & martyre patrono meo præsentario, & alijs spetiali gratia dei conuersis. De quibus illud dictum Augustini procedit/ꝙ possit animos eorū in bonum conuertere quando voluerit &c̄. Sed regulariter non facit/nisi homo apponat de farina sua. De Tyrijs & Sidonijs permulta in superioribus diximus, quæ nec immutare aut minuere nostri propositi est

Brulifer

Paulus

APPENDIX

Sic ergo ex hijs ingeniosus auditor facile poterit aduersariorū rationes declinare, & eas non impendio refellere. Neq mihi in præsentia aliquid ocurrit quod

ad negotium nostrum ordinarium pertinens/sit omissum:nisi quem moueat, ꝙ Iacobus de Erbaco.dist.xl.primi.adducit duos articulos Parrhisienses. Primum dicit esse octauum inter nouos:propter futura bona opera alicuius/deus aliquem prædestinat ab æterno:error. Secũdum articulum dicit esse nonum in ordine: Aliquis est prædestinatus a deo propter bonum vsum liberi arbitrij, quẽ deus præsciuit habiturũ:error. Istorum articulorũ duorum meminit etiã Dionysius Cistertiensis,iam non recordor me legisse eos apud aliquem doctorem alium:tu si ita patiantur/interpretare eos ad modum superius declaratum de verbis apostoli:ꝙ si nolint hanc tolerare/dic ad eos scdm formulam in fine quasi tertij articuli proponendam,vbi istorum articulorum energiam & virtutem explicabimus.

Erbaco
A. Parrhisiẽ.
Dionysius

PERORATIO HVIVS ARTICVLI

Habetis auditores candidissimi, habetis ni fallar diligentissime, illius ancipitis & altissimæ prædestinationis materiæ disputata in vtramꝗ partem validissima. Ita enim placuit Ciceronis instituto vtramꝗ sententiã perpetua explicare oratione,quo facilius id a quoꝗ probaretur,quod cuiꝗ maxime probabile videretur.Constante ergo ex vtraꝗ parte instructa acie exercitu,tuę erit libertatis selectio/ad quẽ deficere malueris.Quẽcunꝗ enim vel ex Thoma aut Bonauẽtura elegeris/primipilũ voto frueris tuo. Valete,& Eckianos labores boni cõsulite.

Cicero

NOBILI ET CLARISSIMO VIRO ERHARDO TRVCHSES ARTIVM ET PHILOSOPHIAE AC VTRIVSQVE CENSVRAE DOCTORI NON POENITENDO DECANO ET CANONICO DRYOSPOLITANO MECENATI SVO IOANNES MAIORIS ECKIVS S. D.

Erhardus truchses Eystet
Eckius

ADmirari soleo vehemẽter Decane dignissime tuam in literis & eruditionem,& studium perpetuum:qui etsi nataliũ splendore,& persona quam in ecclesia geris sis ornatissimus: tantũ tamen litterarum & bonarum artium vales peritia/vt iam dudum in doctiorum albo totius Germaniæ poni merueris.Mirum enim dictu,qua vigilantia & indefesso studio, inter forensium disceptationũ strepitus/& fastidiosas officij tui occupationes,non modo humanitatis studia,Historiarum cognitionem,ac Leguleios tuos legendo pcurris & tractas;Sed & in Philosophiæ & Theologiæ dyatribis versaris haud indiligenter:vt satis demirari non possim/cum de altissimis decertemus/ illarũ locis(quod semper facis cum te accedo)quomodo tam accurate adferas ea quę ante viginti quatuor annos ex artibus hausisti.Ea propter ingenij mei partum, duos materiæ prædestinatiõis articulos,hac hyeme studiosis auditoribus communicatos tibi mitto:quos sitienter (vt spero) lecturus es:& magna animi alacritate acutissimũ pro tua eruditione adhibiturus iudicium.Videbis autem omnino me in achademiam concessisse:& non iam Aristotelis aut Zenonis/sed Socratis discipulũ animo hęrere,& nihil affirmare,Cum enim nodosior esset ma-

Germania
Leguleij Ciceronianum verbum quo etiã zasius inbonũ vtiĩ preceptor noster in iure.
Achademia
Aristoteles
Zeno
Socrates

teria & anceps, malui suspensum tenere iudicium/quam temere quicquã definire, quod tantis patribus esset aduersum: conlegi tamen in vtramque sententiam ro-
Lucretius bustiora doctorum dicta, illud Lucretij imitatus

Floriferis vt apes in saltubus omnia libant.
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

Quod si omnino quid sentiam/exigas, nõ tibi repugno: nam etsi nihil decernam
Cicero vt Δογματίστης tamen vt opinator (sic se appellat Cicero) id opinor & pro-
Varro bo quod vltimo positũ leges, Varronis secutus morẽ & veterũ: quem & glos-
Iuris glosse/mata semata iuris tui frequenter obseruant, id scilicet extremo collocãtes quod maxi-me probant. Si istos tibi placere resciuero, tertij articuli (quem iam simul conci pio, & conceptum auditoribus pronuncio) tibi copiam facturus sum. Vale, & me in rationario tui studiosorũ (quod dudũ arbitror te fecisse) referas velim,
Ingoldstat Vale ex Auripoli. vi. Nõ. Martias. Anno a natali Christiano. M. D. XIII.

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV

ARTICVLVS TERTIVS DVBIORVM MOTIVVS

INuocato Christi IESV fauore, Auditores, Patres & Fratres vigilãtissimi/tertiũ articulum adgredimur: nam multis flucti bus & vndosis ventis agitata carina nostra, doctoribus hinc-
Bonauentura inde in diuersa euntibus, tandem ad diui Eustachij Bonauen turæ portum applicuimus. Multa autem adhuc circa illam sa-lebrosam diuinę prænotionis materiam occurrunt dubia, quę breuiori nexu quam fieri poterit/& laconice sunt hic dissoluẽda, vt manifestius tri-umphare faciamus veritatẽ. Licet plerũque scioli & temerarij offendant litterato-res, qui sapientes non ad sobrietatẽ, contra diui Pauli traditionem, seipsos para-logisant: ac in barathrum erroris & cęcitatis abducunt: indigni profecto qui au diant veritatem. Dum enim indies de veritate cum Pilato interrogãt: veritatem
XIIII tamen audire contemnunt: sed quædam sacrilega temere nimis & procaciter in D.O.M. in fidem orthodoxã/& in sanctos patres, magna vilipensione & per-fricata fronte blasphemi effutiũt. Quibus a lectione veri subtilis, proscriptis, & vltra sauromatas (vt ineptire dediscant) relegatis, conabimur studiosos in du bijs istis diluendis, pro virili iuuare/& pios ac beneuolentes animos tranquil-liores reddere. In primis enim Theosophum decet, & diuinæ sapientię prælec-torem in huiusmodi quæstionibus expeditum esse/vt apposite, profunde & aperte scdm interrogantis capacitatem responsa dare possit. Constat enim (in-
Mayronis quit illuminatus doctor Frãciscus Mayronis) Theologos infestari a multis na turali ingenio & ratione vigentibus de varijs dubijs circa prædestinationem: quapropter rudes & tardioris ingenij homines ex documẽtis instructi esse debent po tius doctioribus in hac materia credere/quam multum de ea disputare. Ita optat di
Augustinus uus Augustinus libro secundo de bono perseuerantię capite vigesimo secundo

inquiens: Atqꝫ vtinā tardi corde & infirmi/qui non possunt, vel nondum possunt scripturas vel earum expositiones intelligere/sic audirent disputationes nostras, vel non audirēt in hac quęstione/vt magis intuerent orationes suas, quas semper habuit/& habebit ecclesia ab exordijs suis donec finiatur sęculum Neqꝫ tamen eos laudare possum/qui altitudinem prædestinationis suspiciētes arbitrantur istam materiam communi populo non prædicandam/ꝙ oporteat contionatorem ad plæbeios non alte in modum aquilæ volare: sed humi repere, & vt vitulus ripas depascere. Illos inquam non cōmendo: nam si diuus Paulus Tharsensis gentium apostolus Romanis adhuc in fide nouitijs, plębeis istā prædestinationis abyssum per tria capita aperuerit: quid obstat modo constāte ecclesia & tranquilla, dum fidem ipsam quasi ex vberibus maternis sugimus, & ab incunabilis in ea erudimur: quid obstaret pręcor, cur plębeis nō deberet explicari iste articulus: quod non impedimento quoqꝫ Romanis illis in fide nouitijs fuisset. Longe igitur aliter sentimus: & sępe & multum cum modestia plebeis talia fore intimāda Ita pulchre ratiocionabatur dominus Christoferus de Knöringen canonicus Augustanus contra tales qui istam materiā populo simplici non prędicādam affirmarent. Hoc autē in isto articulo præfari volo, nihil eorum quę a me/vel in hoc articulo vel alibi dicuntur/friuole fore aut pertinaciter affirmatum. Sed in hijs omnibus tantum assertum volo/quātum a Romana ecclesia & eius præsidente Leone decimo nouiter electo Pontifice maximo adprobatur: & a generalioribus quidem ac facilioribus incipiens, ab hijs inquā quę indies ex suggestu & cancellis publicitus diuulgant, hinc paulatim ad difficiliora progredientes. Quo sic præfato/vela ventis committimus

Paulus

Knöringen

Leo. X. Anno. M. D. XIII. decima Martij

DVBIVM PRIMVM

CVR HOMO NON SCIT SE PRAEDESTINATVM:

XV

RESPONDETVR Præiacentem dubij esse certam, & apud doctores indubitatam. Ita enim astruit eam sapiens in Ecclesiaste/dicens: Sunt iusti atqꝫ sapientes/& opera eorum in manu dei: & tamen nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit: sed in futurum omnia seruantur incerta. Reclamante ergo scriptura, quis potest dicere (inquit Bernhardus) ego sum de electis dei ad vitam ęternā. Hæc conclusio passim procedit scd'm legem ordinatam communem: quoniam scd'm speciale priuilegium nonnunqꝫ aliter euenire potest: vti diuo Paulo Euangelij tubę accidit, & ipse testatur ad Romanos scribens: Certus sum enim, quia neqꝫ mors, neqꝫ vita &c. Neqꝫ alia creatura poterit nos separare a charitate dei, q̄ est in Christo IESV domino nostro. Si ita inquam per reuelationē obtigerit prænotio prædestinationis de speciali gratia alicui: talem non includit communis illa responsio data: verum alias in vniuersum tenet/vt videatur verissimū illud Iob: Si venerit ad me/non videbo eum: & si abierit/non intelligam. Vnde Ethnicus poeta Venusinus hoc in lumine naturali olfecit/dum in primo li

Bernhardus

Horatius bro Odarum cecinit ad Leucothoen:
Tu ne quęsieris (scire nephas) quem mihi/quem tibi
Finem dij dederint Leucothoe.
Huius autem quod dubium quærit/ratio datur multiplex:non ꝙ sit ratio voluntatis illius summę assignabilis, quæ est causa causarum/& a nullo mouetur: Sed congruentiæ quędam, quarum aliquas breuissime enarrabimus.

XVI Bonauentura PRIMA RATIO Est ex parte electorum, quam tradit diuus Bonauentura. dis.xli.art.i.q.i.Quia non sit expediens nobis ad salutem ista cognitio prædestinationis nostrę:sed alia fuerunt nobis necessaria propter humiliationē/vt humiliaremur sub manu dei omnipotentis:ea ꝑpter deus noluit prædestinationē reuelare.Nam sic possent electi superbire/pręferendo se non electis:pigritari etiā accidia minus feruide bonis insistendo operibus.Quare deus nō reuelauit nisi tali/qui esset confirmatus in gratia/ꝙ nunꝗ superbiret per fastum, nec torperet per ignauiā.Et ideo dicitur admonitorie in Apocalipsi: Tene quod habes, ne coronam tuā accipiat alter. Cui subscribit diuus Augustinus libro tertio de vnico baptismo inquiens:Solus deus nouit quos prædestinauit.Multi etiā qui foris sunt & hęretici dicuntur/multis etiam catholicis bonis meliores sunt: sicut enim eos hodie videmus, quid cras futuri sunt/ignoramus.

Augustinus

Hassia Pelbartus SECVNDA RATIO Traditur per Henricum de Hassia Vuiennensis studij laudatissimum florem, super Genesim. quem renarrat Pelbartus:& sumitur ex parte reproborum, ne videlicet habeant occasionem desperationis/& sic mala malis accumularent:quemadmodum indies ab imprudentibus hominibus audimus, dum asserunt se omnia mala perpetraturos si scirent se damnandos: multum dissimiles Fortunato:cui cum ab angelo prædiceretur eum fore damnandum/fertur respondisse:Non desinam tamen benefacere: malo enim damnari propter bona opera/ꝗ̄ propter mala. Dissimiles inquam sunt ei tales præcoces homines/qui non discernunt discrimen grauissimarum pœnarum, quāto alius alio acerbius puniaē. Noluit ergo deus reuelare, ne cui spes salutis sublata esset/quin omnes sperarent ęternā beatitatē. Quod pulchre voluit diuus Augustinus super illo christi:Nemo venit ad me nisi pater traxerit illum dicens. Hoc superest ergo/vt si non traheris/ora vt traharis:si nō es pręde stinatus/fac vt pręde stineris. Illud diuinū opus Hassię sup Genesim, retulit mihi Iacobus Vuimphelingus vir non indoctus, haberi in bibliotheca apud Nemetenses.

Fortunatus

Augustinus

Vuimphelingus

XVII TERTIA RATIO Sumitur in vniuersum ab om̄ibus hominibus, vt quisꝗ libere ad deum confugiat/& ipsum oret, ac suę custodiæ inuigilet: & sit magis sollicitus de salute sua & aliorum/ꝗ̄ nimis curiosus de fine suo. Alioquin non fieret illud apostoli prima ad Thimotheū secundo:Obsecro inquit, primo omnium fieri obsecrationes & orationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus/& pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti. Nam ad vitanda vitia & peccata/ & acquirendas virtutes/ & faciēda bona opera, quibus peruenitur ad vitam ęternam, vtilius est communiter hominibus nescire se pręde stinatos:vt sic omnes habeant fiduciam & spem de bonitate dei:& deum

sollicite exorent, tam pro sua/quam aliorum salute.

QVARTA RATIO Est, quoniam si sciremus qui saluarentur/& qui non: nec malis adhiberemus correctionem/ nec bonis doctrinam: quoniam quem deus despexit/nemo corrigit, inquit sapiens. Et sic omnis ordo in hominibus peruerteretur: imo confunderetur: cassa esset omnis disciplina: nihili & naucifieret omne regimen reipublicę. Ista ratio non latuit diuum Augustinum/ cum de prædestinatione sanctorum, & item de gratia sermonem haberet: cuius verba decretis canonicis sunt inserta. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. Quis inquit, certissime sciamus/neminem vltra terminum a deo sibi præfixum esse victurum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur: sic quamuis nemo saluetur/nisi prædestinatus ad vitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correctio: nec malorum est negligenda disciplina. Quis enim nouit an conuertatur & viuat/quamdiu est in præsenti statu viatoris/vbi potest expiare peccata: emendare vitam in melius & gratiam nancisci in præsenti, & gloriam in futuro: quæ spes omnis esset nobis ablata/si sciremus certo hunc esse de damnandis: cassamque ac frustratoriam nostram correctionem. Eandem rationem tangit beatus Ambrosius in fine de vocatione gentium. Hę sunt congruentiæ per doctores adductæ: & quamuis plures tangantur per Alexandrum de Ales, Thomam, Richardum & alios, illę tamen mihi magis placent.

Augustinus

Ales
Thomas
Richardus

SECVNDVM DVBIVM SVNT NE ALIQVA SIGNA, QVIBVS VERISIMILITER HOMO CONIICIAT SE ESSE DE PRAEDESTINATIS

XVIII

VIso eo/quod homo non euidenter, nec certo potest secundum communem legem scire suam prædestinationem, Respondetur subinde ad aliam dubitationem esse tamen quædam signa & probabiles coniecturas/quibus verisimiliter potest homo scire se esse de numero prædestinatorum. Et illa, inquit Bernhardus, dedit deus pro spei fiducia/& nostra consolatione: quæ sint autem illa signa, alij plura/alij pautiora enumerant: vt vides apud Pelbartum in tertia parte rosarij. & passim in sermonibus: & quomodo aliquis possit cognoscere se habere charitatem/pulchre decidítur per Bonauenturam dis. xvij. primæ. Vide tamen ea quæ adnotauit circa eum Brulifer. Ego quam breuissime potero/me absoluam: & complicatis velis instar boni nauitę in portum properanter festinabo.

Bernhardus
Pelbartus
Bonauentura
Brulifer

PRIMVM SIGNVM Est fidei veritatem tenere. Ponitur istud signum per dominum IESVM Marci vltimo: Qui crediderit/& baptisatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit/condemnabitur. vbi notatu dignum est/quod necessaria sit fides ad vitam ęternam. Nam dum Christus copulatim dixisset de fide & baptismo ad salutem necessarijs, in negatiua solum defectum fidei assignat pro causa condemnationis: & ita profunde ponderauit hunc textum diuus Bernhardus. Nam cum Hugo de sancto Victore dubitarit de eo qui vult baptisari/ & non baptisatur, an sit saluus: Consulens super hoc beatum Bernhardum/ tale ac

Bernhardus
Hugo

cepit responsum: Adultus qui vult baptisari, & non potest habere aquā vel ministrum, sic discedens est saluatus. Ad verba christi, qui crediderit & baptisatus fuerit/ saluus erit, respondet concedendo. Sed ex hijs non habetur neminē posse saluari nisi baptisatum: quod conuincit ex verbis Christi sequentibus, qui vero non crediderit/ condemnabitur. non ait: qui non baptisatus fuerit. Verū hic nodosa atq; difficilis exoritur dubitatio de hijs qui reperti sunt in nouis insu-
Portugallia Castilia lis per serenissimos Hispaniarū, Castellę & Legionis ac Lusitanię reges: & haec vtiq; bifida ambiguitas. Prima, An ne statim post Christi ascensionē fides euā-
XIX gelica toti terrarum orbi per apostolos & eorum adiutores promulgata sit: aut quod credibilius est, longo post temporis interuallo id per successores sit perfectum. Dein de salute eorum qui modo viuunt ductu naturalis legis: ad quorum maxime personas nec nomen Christianorū peruenit, taceo φ legem & fidem nostram percepissent: an ne omnes hij veluti extra ecclesiam degentes/ sint perpetuę damnationi indifferenter adiudicandi. Pulchra haec ꝓfecto & iucunda: sed quum longam exposcant resolutionē/ iam ea praetergredior. Nam & in
Anno. M.D.x principio solenni quod hic fecimus Idibus Nouembris, annis abhinc duobus
Augustinus de vita beata (nam & is dies sicut & Augustino natalis mihi fuit) quaestiones illę nitidissimę per me fueruut discussę & absolutae: quas in singularibus nostris latissime vide bis explicatas. Reliqua nunc praedestinationis signa prosequamur.

SECVNDVM SIGNVM Est seruare praecepta dei. Illud traditur a Chri
Saluator sto referente nobis Matheo capite. xix: dum inquit: Si vis ingredi ad vitam/ ser-
G. Reisch ua mandata. Et istud signū dicit Gregorius Reischius Chartusianus praeceptor noster dedit nobis Christus/ non φ impij genethliaci, si iupiter tertiam domū
Auenozra aspexerit: vt ait Abraam Auenozra: aut si Saturnus in Leone fuerit constitutus,
Maternus vt inquit Maternus/ φ tunc natus sit longeuus, cuius anima post mortem trans-
Albumasar eat ad coelos. Sic impius Albumasar deylirio magno autumauit: qui deo suppli cauerit hora qua luna cū capite Draconis Ioui coniungitꝰ/ impetrare eū quicq̄d petierit. Non sic veritas ait: sed, si vis ingredi vitam/ serua mandata.

XX TERTIVM SIGNVM Est prohiberi a peccatis multis, quae homo incide ret/ si non prohiberetur a deo. Nam nihil coinquatū/ & qui faciunt abhomina tiones, non intrabunt in eam, intellige cęlestem Hierusalem ait sacra anima apo-
Ioannes Origenes calipsis. xxi. Quare gratias agere debet homo inquit. Origenes Adamātius sup oseam) qui a perpetrādo peccato impeditur & cohibetur: signū enim est deum velle eum seruare insontem & immaculatum. Nam qui diligitur a deo corripitꝰ & a peccando impeditur. Hoc est quod dominus dixit ad Oseam: Sepiam vias tuas spinis. Secus agit deus cum reprobato/ qui perficit voluntatem suam sonti-
Dauid cam & pernitiosam, ac dimittitur peccatis suis: iuxta illud regij prophetę: Dimi si eos sc̄d'm desideria cordis eorum, & quomodoꝰ vt qui in sordibus sit/ sordescat adhuc inquit diuus Ioannes euangelista in reuelationibus: tūc enimuero verissimum est quod dicitur, abyssus abyssum inuocat: abyssus vnius peccati tra hit in abyssum alterius: & ita pondere peccatorum praegrauatus/ dimergitur in

profundum inferni.

QVARTVM SIGNVM Prædestinationis, Est libenter audire verbum dei/& loqui de deo, de salute ꝓpria, de vita futurã, de cœlestibus gaudijs &c. Illud signũ ponitur Ioannis octauo: Qui ex deo est, ait IESVS, verbum dei audit: propterea vos non auditis/quia ex deo non estis. Super quibus verbis beatus ille & magnus Gregorius in Omelia inquit: Interroget ergo se vnusquisq; si verba dei aure cordis percipit, & intelliget vnde sit: si quis alimenta non retinet/huius profecto vita desperatur. Eterne ergo mortis periculum formidate, si verba vitę in memoria non tenetis. Addit sanctus Bonauẽtura in sermone de passione domini allegans Chrysostomum: Nullum maius signum prædestinationis/ꝙ libenter audire verbum dei: & ex aduerso concluditur/euidentissimũ esse signum ętemæ damnationis contemnere audire verbum dei. XXI Saluator Gregorius Bonauentura Chrysostomus

QVINTVM SIGNVM Est, opera misericordię libenter exercere. Astipulatur dominus Mathei quinto: Beati inquit misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Et vas electionis apostolus Paulus magistro suo subscribit prima Thimothei quarto: Pietas ad omnia valet: promissionem habens vitę quæ nũc est/& futuræ. Qua de re barbatus ille Hieronymꝰ ad Nepotianũ scripsit: Nunꝙ memini me legisse mala morte mortuum/qui libẽter pietatem exercuit: habet enim multos intercessores/quorum preces impossibile est non exaudiri. E regione magnum signum est reprobationis ętemæ immitem esse: durũ & tardũ ad opera pietatis exercẽda. Nam & in vltimo iudicio legimus in euangelio deum potissime damnatis exprobraturũ opera misericordiæ testatẽ Christus Mathei vicesimo quinto. Et iuxta diui Iacobi apostoli sentẽtiam: Iudicium sine misericordia erit illi/qui non facit misericordiam. Quid enim magis aduersum aut pugnans est contra charitatem/ꝙ non velle misericordiam impertiri. Sine charitate autem & veste nuptiali/ quis poterit ingredi ad cœnam agni, ad vitam æternam? Ea propter Ioannes inquit in Canonica: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? XXII Saluator Paulus Hieronymus S. Iacobus Ioannes

SEXTVM SIGNVM Est pœnitentiam facere super delictis præteritis ex amore. Hoc patet Mathei tertio: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc enim est secunda tabula post naufragium, inquit Hieronymus super Danielem: de qua multa in nauicula nostra vulgari. Hieronymus Eckius

SEPTIMVM SIGNVM Est patienter aduersitates ferre. Ita loquitur apostolus ad Hebræos: Flagellat deus omnem filium quem recipit. Et suffragatur beatus Gregorius/dicens: Continuus successus prosperitatum temporaliũ, ęternę reprobationis est indicium. Et Augustinus super psalmo. lv. inquit: Si putas te non habere tribulationes / nondum cepisti esse christianus. siquidem apostolus dicit: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Gaudeat ergo christianus in aduersis: quoniam si iustus est/probatur: si peccator est/emendatur: Gaudeat peccator cum in hoc sęculo contristatẽ/ vt post hoc XXIII Paulus Gregorius Augustinus Paulus

sęculum cum Christo remuneretur. Subscribit hijs ius canonicum. septima quęstione prima: Aduersitas iustorum non est signum reprobationis/sed exercitiū virtutis: & sunt verba beati Gregorij. Quando ergo captiuatur/incendio perit, vel aqua, aut quisquam suorum moritur, si famę suæ iniuste detrahitur, si patienter fert/est signum electionis: quia forte deum offendit/ vel offensurus esset cum bonis temporalibus: aut forte ingratus fuit deo super hijs quæ habuit: aut deus vult eum fieri cautiorem & deuotiorem/vt verū fiat illud Psalmistæ: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Memini q̄ patruus meus charissimus Martinus Maioris Eckius Rotenburgiorum paretianus mihi puello vix nouem aut decem annos nato/dum deambularem cum eo, recensuit de sancti Ambrosij discipulo, qui ab eo apostitans (mundi secutus est voluptates: cum autem post aliquot annos Ambrosius ad eius hospitium diuertisset/ ex eo quæsiuit quo in statu res suę forent: qui cum de maximo narrasset eufortunio, quodq̄ nihil aduersi passus fuisset interea/sed omnia ꝓsperiter successisse sc̄dm animi sui sententiā: B. Ambrosius ad discipulos cōuersus/ait: Surgite, discedam⁹ hinc: nam in illa domo Christus non est/vbi nulla est aduersitas: & discedens a loco, altero die ei innotuit domum illius igne coelitus demisso cōbustam. Ita referebat patruus/quantū memoria teneo: nam interea nec legi/nec audiui hoc vnq̄. Huius viri libēter memoriā facio/q̄ reliquū sciā neminē in terris cui plus debeam ac ipsi quippe qui me octennem depost fœtantes accepit, & ad scholas litteratorias misit: & toto triennio me in rudimentis grammaticæ & logicæ instituit: omnes bibliæ libros, Prophetis demptis, mihi familiares fecit: & iactis fundamentis/suo ęre me in gymnasijs fouit Heidelbergę, Tibingę, Coloniæ, & Friburgi. deus sit merces sua. Vnde multi timere deberēt quibus fœlici successu, & perpetuo quodam filo prospera arridet fortuna Illi inquam albæ gallinę filij formidare deberent ęternam dei iram. Nam cum sint mali, & peccata peccatis accumulantes/ faciunt tamen aliqua bona ex genere, quæ deus vult remunerare in præsenti vita: sed alibi erunt nudi ab omni bono virtutis & meriti: & ita in ęternum ardebunt. Et tunc dicetur eis illud Abrahę ad diuitem epulonem: Memento fili/quia accepisti bona in vita tua &c̄. ita adnotat Bonauentura in quarto. d. stinctione decimaquinta. quęstione sexta. Talis ergo fortunatus non insudet, aut potius inhiet diutijs/ sed vacet orationibus & diuinis obsequijs. Apponat manum elemosinæ: ieiunijs se maceret: & cęteras deo placentes perficiat actiones: al's enim, inquit beatus Hieronymus, Impossibile est/vt præsentibus quis fruatur bonis/& futuris: vt hic ventrem/& alibi mentem impleat & sic de delitijs transeat ad delitias. Vnde pulchre ait dominus apud sacrā animam in Apocalipsi: Ego quos amo/arguo & castigo

OCTAVVM SIGNVM Est humilitas. Ita enim post pulchram parabolam infert dominus noster: Omnis qui se exaltat/humiliabitur: & qui se humiliat/exaltabitur. Vnde beatus Gregorius: Euidentissimum signum reproborū est superbia, electorū humilitas. MARIA enim dignissima peccatorū patrona,

Marginalia: Gregorius (line 3); Dauid (line 8); Bonauentura; Hieronymus; S. Ioannes; Saluator; Gregorius

non ob aliam virtutem se acceptam fuisse deo testatur/q̃ ob humilitatem, magnificando dominum/dicens: Quia respexit humilitatē ancillę suæ &c̄. de quo videatur dominus Cancellarius Ioannes Gerson,& suus præceptor Petrus Aliacensis in tractatu super illo cantico Mariæ. Gerson Aliacensis

NONVM SIGNVM Est faciliter condonare iniurias sibi irrogatas propter Christum. Istud præscripsit nobis dominus apud Lucam: Dimittite & dimittemini: in quacunq; mensura mensi fueritis/remetietur vobis. Et apud Matheum: Si dimiseritis proximis ex cordibus vestris/& pater vester dimittet vobis peccata vestra. Et q̃uis in hijs omnibus signis sufficeret omnium disciplinarum parentem IESVM optimum, paternę lucis imaginem adducere: lubenter tamen illos sanctos patres, ecclesiæ columnas, integerrimos doctores, lucidissima fidei nostrę lumina in medium afferimus. Quoniam hij hæc eadem affirmarunt/quæ omniū præceptor prius tradiderat. Prædictis ergo subscribit Augustinus ad Bonifacium/dicens: Memento cito ignoscere si quis in te peccauerit/vt valeas peccatis veniam impetrare. Et Gregorius: Quisquis malos non tollerat, ipse sibi testis est per intollerantiam/ quia bonus non est. Abel enim esse rennuit/quem Cayn malicia non exercet. Rancorosi ergo nisi deciderint a rancore, vitam ęternam non possidebunt. XXIIII Saluator Augustinus Gregorius

DECIMVM SIGNVM Prædestinationis/est timentes deum & iustos in reuerentia habere. Nam odire bonos, quia boni sunt, est magnū peccatū/& inexpiabile. Quomodo enim facile quis ad normā honesti veniet/ si honestatem ipsam contemptui habet: reprobus nanq; non solum bonū in se non habet/sed etiam bonū in alio contemnit: de quo dixit dominus Iesus Ioan. xv. Si me persecuti sunt,& vos persequent̄. Contemptus ergo qui bonis & timoratis viris exhibetur/deo irrigat̄: vti apud Matheum dixit: Quod vni ex minimis meis fecistis/mihi fecistis. Est ergo bonum signū electionis, esto q̄ aliquis sit peccator, & criminosus/tamen iustos diligit & fouet,& cum iustis libenter conuersat̄: bene sperandum est de eo/q̄ deus eū illuminabit/& conferet gratiā ꝓpter illos bonos. Nam si dominus voluit parcere omnibus existentibus in quinq; ciuitatibus/& omni terra circumiacente, propter decem iustos viros/si ibi inuenti fuissent: quare misericors deus non vellet parcere vni peccatori ꝓpter multos bonos. Historia legitur apud Moysen Genesis. xviij. XXV Saluator Moyses

VNDECIMVM SIGNVM Est cū quis amarā mortem & passionē domini frequenter recolit/& pro tam eximia charitate ei gratias agit. Nihil enim magis acceptū fieri potest amabilissimo domino nostro IESV Christo/q̃ frequēs mortis & passiōis eius meditatio: ob cui⁹ memoriā magnū illud sacramētum eucharistię/& diuinū officium missę (quo nihil deuotius habet tota ecclesia, inquit Scotus) institutū est/Christo dicēte: Hoc facite in meam cōmemorationem. De quo pulchre dn̄s prępositus post Eckelingū Brunsuicensem in expositione canonis missę. De fructibus vero meditationis passionis Christi egregie scribit Landulphus ex diuo & semper stabili Chartusiensium ordine in ordine quod prætitulatur de vita Christi parte secunda, cap. lviij. XXVI Scotus Saluator Eckelingus Landulphus

XXVII HAEC SVNT Signa prædestinationis per quæ coniectura potest agnosce re homo se esse prædestinatum & electum: nõ tamen potest de hoc habere euidentem noticiam, nisi desuper sibi reuelaretẽ: licet quilibet homo fortiter debeat sperare se esse prædestinatũ: Imo sicut dicit Ioannes Geiler Keisersbergius optimus doctor, optimus contionator: Si mille hominibus simul existentibus reuelaretur vnum dumtaxat ex eis prædestinatum, quilibet debet reputare se esse illum prædestinatum: alioquin peccaret per desperationem. Illa autem signa non esse euidentia, facile probari potest: quoniã cum quolibet horũ (secundo dempto/& solida charitate quam pro signo ponit b. Gregorius libro secũdo super Ezechielem Omelia decima septima) stat aliquem esse nõ prædestinatũ, vt facillimum est videre. Secundum autem excipio: nam obseruantem præcepta dei, deus indubie triumphare faciet corona æternæ fœlicitatis: sed nulli est euidens, an seruet præcepta dei/aut secus: vt Paulus Tharsensis de seipso fatetur: Nihil mihi conscius sum: sed in hoc non iustificatus sum. Hæc quidem trita sunt & facilia: pergamus ad altiora.

Keisersbergius

Gregorius

Paulus

TERTIVM DVBIVM

AN PRAEDESTINATIO SIT CERTA IN EVENTV: HOC EST AN NVNQVAM ALITER EVENIAT, NISI SICVT DEVS DIFFINIVIT:

ANtequam descendamus ad huius dubij decisionem/notandum venit quod & dominus Brulifer circa Bonauenturam adnotauit, quadruplicem esse certitudinem. Vna est inuariabilitatis seu immutabilitatis: & illa solum negat possibilem successionem oppositi ad cognitum certitudinaliter: sic illa est certa/ sicut est vera, Bucephalus non erit. Quando autem successio seu veritatis/seu falsitatis sit possibilis in propositionibus de futuro/insigniter explicat dominus Gregorius Ariminẽsis generalis olim ordinis sancti Augustini in lectura sua sup primo. quam edidit Parrhisijs Anno gratiæ. M.CCC.XLIIII. Et subscribit ei dominus cardinalis Petrus Aliacensis q.xi.primi. Ostẽdunt enim pulchre quõ propositio aliqua potest esse vera: & tamen non potest incipere esse vera. Similiter aliqua propositio potest esse falsa, & tamen nõ potest desinere esse vera: supposito semper quod sit formata. Exemplum primi: Antichristus saluabitur: quæ cum sit de futuro contingenti/potest esse vera: vtique deus absolute si vellet posset antichristum beare. Illa tamen propositio non potest incipere esse vera: cum requireretur eam antea non fuisse veram, & iam esse veram, quæ repugnant. Si enim iam est vera, vel statim post hoc erit vera, Antichristus saluabitur/tunc ab æterno quandocunque formabatur erat vera. Tota ratio est, quia mutatio successionis ei repugnat. OPPOSITVM Est de negatiuis in falsitate. Accipe illam: Helias non saluabitur: quæ potest esse vera; & tamen non potest incipere

Brulifer

XXVIII

Ariminensis

Aliacensis

esse vera: quia si est vera/ab æterno fuit vera. Secus de illa, Bucephalus non erit, quæ aliquando fuit falsa supra ætatē Alexandri magni/iam autem est vera: ecce passa mutationē de falsitate in veritatem. Amodo autem de veritate non potest mutari in falsitatem: quia si iam est vera/semper futura est vera. Si vero iam nō est vera/tunc nunq̃ fuit vera. Et hoc est quod dicit dominus Hugolinus ex eodem ordine Augustiniano/q̄ aliqua ꝓpositio est dabilis, quæ postq̃ fuit falsa/potest incipere esse vera, & non econtra. Et similiter dabilis est ꝓpositio quæ postq̃ fuit vera/potest incipere esse falsa, & non econtra, patet ex dictis. Et pondera illa: quia q̃uis videantur minuta & despicabilia, tamen in diluendo rationes subtiles contra præscientiam dei infallibilem, erunt tibi magno adiumento & ergo tu qui es speculatiuus/tene ea menti. Hugolinus in tertio

SECVNDA EST CERTITVDO Infallibilitatis: & illa opponitur deceptioni & fallaciæ. Falli autem est rem opinari aliter esse q̃ sit pro illo tempore pro quo opinatur esse. Talem certitudinem infallibilitatis de veritatibus contingentibus non modo deus/sed etiam viator potest habere, inquit Vuilhelmus Occham in prologo. & post eum cardinalis Cameracensis q. i. primi. vt q̄ ego viuam, q̄ ego cognoscam. Testis est diuus Augustinus. xv. de trinitate. cap. xij. Scimus inquit nos viuere, in quo prorsus non metuimus/ne aliqua forte verisimilitudine fallamur: quia certū est etiam eum qui fallitur viuere. Aduerte autē diligenter non quempiam idcirco falli/quia cognoscit rem aliter quam est; sed quoniam cognoscit rem aliter esse q̃ est: alioquin omnis cognitio mathematica ferme esset fallibilis, aut potius falsa/omnis item cognitio absoluta in creatis falleret: quod admodum absurdum esset admittere. Ioannē enim quem absolute debeo intelligere (si saltē habemus aliquos conceptus absolutos substantiæ non communes accidenti quod non existimo ꝓ illo statu) ille tamen non potest nō dependenter existere, cum implicet contradictionem aliquid citra primū esse & non dependere: quantumcunque ergo Ioannem intelligam, non cogitando de eius dependentia: adhuc illa noticia me non fallit: at si intelligerem eum esse sine dependentia assentiendo iam equidem fallerer: quod nō solum intelligerē eum aliter q̃ esset: sed etiam intelligerem eum aliter esse q̃ esset: vide in hoc doctorem subtilem subtiliter ista subtilia tangentē di. xiiij. tertij vbi examinat quædam verba diui Augustini ex q. xxxij. octuaginta trium quæstionum: q̃uis nō nichil a nobis discrepet/& nos in ludicris logicæ, paruorū logicalium exercitamentis hæc locuplete tetigimus. XXIX Occham Aliacensis Augustinus Scotus Eckius

TERTIA CERTITVDO Est necessitatis: quæ opponiť contingētiæ. vbi res non potest aliter esse q̃ sit: vt quod deus sit vnus, quod Adam fuerit quod dauid habuerit salomonem: sic alia necessaria sunt certa XXX

QVARTA EST CERTITVDO Firmitatis seu adhæsionis, quæ opponitur dubitationi: & tenet se ex parte assensus. De tali certitudine loquitur Apostolus ad Rom̄. viij. (si dictum illud non referať ad apostolū tm̄, sed ad omnes fideles) Certus sum enim: quia neq̃ mors, neq̃ vita, neq̃ Angeli, neq̃ principatus, neq̃ virtutes, neq̃ instantia, neq̃ futura, neq̃ fortitudo, neq̃ altitudo, XXXI Paulus

necꝗ profundum, necꝗ creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quę est in Christo IESV domino nostro: quam autoritatē etsi ꝓlixiorem/libenter adduximus, ꝙ proposito nostro deseruiat intelligendo (vt diximus) de aliis electis ab apostolo. Ipse enim fuit certus specialiter per reuelationē de beatitudine sua: vt paulo ante diximus. Reperio ergo bonę memoriæ virum Georgiū
Zingel Zingel Eistettensem canonicū, & huius gymnasii ꝓcancellariū antecessorem meum in lectura super epistola ad Hebręos.c.xiij.cum locum iam esse commentatum. Non inquit, loquit̄ apostolus de charitate illa infusa, qua anima est grata & accepta deo. Nam ab illa facile seperari valemus/& per quemcunꝗ actum peccati mortalis ea despoliamur. Intelligit ergo Apostolus per charitatē, ibi gratiam prædestinationis: & in re illa gratia est volitio dei ęterna/qua vult huic dare vitam ęternam: & illa est in deo, non in homine formaliter. Propterea scite & pulchre dixit apostolus: A charitate quę est in Christo IESV domino nostro. nō dixit, a charitate quæ est in me.

XXXII Bonauentura DE ILLA CERTITVDINE Loquitur Seraphicus Bonauētura in tertio dis.xxiij.ar.i.q.iiij.vbi ostendens comparationē scientię & fidei ad inuicem/inquit: Est enim certitudo speculationis (quam alii vocant euidentię) & est certitudo adhęsionis. Si loquamur de certitudine adhęsionis: sic maior est certitudo in ipsa fide/ꝗ sit in habitu scientiæ: pro eo ꝙ vera fides magis facit adhærere ipsum credentem veritati creditę/ꝗ aliqua sciētia alicui rei scitę. Videmus enim inquit, veros fideles nec per argumenta/nec per tormenta, nec blandimēta posse inclinari/vt veritatē quam credunt saltem oretenus negent: quod nemo sciens sanę mentis faceret pro aliquo quod cognoscit, nisi inquantū doctrina fidei dictat non esse mentiendum. Stultus enim esset Geometer qui pro quacunꝗ conclusione geometrica auderet subire mortē. Si vero loquamur de certitudine speculationis, sic concedi potest/ꝙ maior est certitudo in aliqua scientia ꝗ in fide: imo sic procedit dictum Hugonis de sacramentis libro secundo. parte.x. cap.ij. Fides est infra sciētiam, & supra opinionem. His ita prægustatis/adgrediamur dubium motum.

Adde Scotum dis.xiiij.q.iij. quarti. Certius cognoscit cognitū per fidem/ꝗ per lumen naturale

Hugo

XXXIII RESPONSIO AD DVBIVM

PRAEDESTINATIO Est certa certitudine immutabilitatis, infallibilitatis, & firmitatis/sed non certitudine necessitatis. Quod sic ostenditur: quia deus in se, & quicquid formaliter est in deo/est immutabile. Ego deus/& non mutor inquit per Malachiā. & patet di.viij.primi.ꝙ non mō verū estquo ad essentiā, sed etiam quo ad cognitionem. Deus etiam falli non potest: vt testatur apostolus ad Hebræos vi. & ibi adprobat immobilitatē consilii dei. Idem fatetur Augustinus in multis locis de prædestinatione sanctorum. de correctione & gratia, & aliis multis locis, ostendens deum non esse deum si falleretur, Altera pars responsionis manifesta est. Tolleretur enim aſs libertas arbitrii nostri: imo dei. frustra consiliaremur & deliberaremus/vti argumentatur Aristoteles stragyrita in secūdo libro de interpretatione. Vnde est generalis regula Petri de Aquila: Quicquid deus extra se vult fieri, hoc contingenter vult/& cōtingenter agit.

Paulus Augustinus

Aristoteles Aquila

IDEM DICVNT Alij sub alijs verbis: diuus Thomas, Bonauentura & reliqui, quod prædestinatio sit certa, non certitudine ex parte rei euenientis: quia hęc aduersaretur contingentiæ: sed est certitudo ex parte dei præcognoscentis, qui infallibiliter scit omnia futura sine variatione. Non enim aliquãdo electus simpliciter potest esse non electus/ licet ex parte hominis possit: quod dictum condias cum sale dubij sequentis. Et pro hoc facit beatus Anshelmus de concordia præscientię & liberi arbitrij. Quoniam deus non fallitur inquit, nec videt nisi secundum veritatem, siue ex necessitate/ siue ex libertate eueniat, dicitur apud se constituisse immutabiliter/ quod apud hominẽ priusquam fiat mutari potest. Richardus dat exemplũ: Cum Christus prædixit Petro quod esset eũ negaturus: hoc ex Christi veritate erat necessarium, & tamen ex hoc non sequitur Petrum necessario negasse Christum: quia tunc non peccasset: sed contingenter/ quod Christus prævidit eum libere & contingenter facturũ. Illud exemplum imbibit multa dubia, quę delegamus ad dubia inferius mouenda de reuelatione. Illum modum loquendi etiam obseruat Boetius in quinto de consolatu philosophico. sed statim exsurgit dubium. Thomas Bonauentura Anshelmus Richardus Boetius

QVARTVM DVBIVM
AN STET CVM CERTITVDINE PRAEDESTINATIONIS PRAEDESTINATVM POSSE DAMNARI ET REPROBATVM POSSE SALVARI

Circa istud dubium sic procedemus: Primo dabitur cõmunis responsio applicatis & declaratis conclusionibus: dein in dubio appendice declarabitur modus loquendi doctoris illuminati Francisci Mayronis. Tertio vero adhuc specialius & verius ad modum dicendi Seraphici doctoris Bonauenturæ: qui mirifice illud dubium absoluit: dispeream si alibi magis subtiliter loquatur. Mayronis Bonauentura

PRO PRIMO Aduerte illam propositionẽ, prædestinatus potest damnari posse logice distingui penes sensum compositũ & diuisum: quamuis ex arte & de virtute sermonis non sit distinguenda: quia non est de dicto & modo/ vt argutissime dicit Bonauẽtura: & claret ex Tisbero de sensu composito & diuiso. Tamen quia arguens inter obijciendum potest se cito transferre de propositione quæ est de re secundum modum loquendi priscum/ propositionẽ de in esse appellitant recentiores/ ad propositionem modalem & de dicto/ quæ postmodum venit distinguenda. Hanc arbitror esse rationem, cur doctor subtilis illas distinxerit, prædestinatus potest damnari, reprobatus potest saluari. Nam in sensu cõposito eas negat/ in sensu diuiso concedit. Non enim est verisimile tantũ logicum quãtus fuit Scotus vt emulus eius, idem & discipulus Vuilhelmus Occhã vel inuitus ingenue de eo fatetur dis. ij. q. x. primi vbi inquit: Nec credo (loquitur de Scoto) aliter istum doctorem sensisse propter magnam noticiam quã habuit in logica. Et tam subtilem ille eum iudicauit vt diceret de eo eadem dis. ij. q. vi. Et quia ista opinio est vt credo doctoris subtilis, qui alios in subtilitate iudicij excellebat. Non est inquam verisimile tantum logicum hæc ludicra logices & quæ tirones qui eam vel a limine salutarunt non ignorant, nesciuisse XXXIIII Bonauentura Tisberus Occham

Mauritius HIIS ADDATVR Quod Franciscus Maronis notauit dis.xli.primi.q ij p quod frater Mauritius Hibernas sol Scoticus inquit, omnem ambiguitatē tolli in hac materia. Prædestinatū posse non prędestinari, ait Franciscus, patet in quadruplici signo/quę necessario oportet ponderare ad ꝑpositū declarandum:& ad saluandum multa quæ dicunē in hac materia. Primū signum in quo intellectus diuinus intellexit Petrū in puris naturalibus. Secundum in quo intellectus offert voluntati in ratione neutra/vt scilicet potentē habere vel non habere beatitudinem. Tertiū in quo voluntas determinat ipsum qd'sit. Quartū in quo intellectus diuinus conuertit se super voluntatem & videt illa/subiūgit: Non est imaginādum ꝙ hic transitus successiuus/imo in toto tempore omnia signa sub eodem ordine permanent. Vnde sicut ab ęterno pro tertio signo voluntas Petrum sibi oblatū, potest prædestinare & non prædestinare: ita modo potest ꝑ eodem signo, cum talia nō fluant ad modum signorū quę sunt in tempore vel in ordine durationis. Pro quarto signo est sensus compositionis: pro tertio est sensus diuisionis. Illa etiam ęquipollent dictis cōmuniter de veritate consequentię & consequentis, de multis dictis antiquis: quæ si bene intelliganē/consentiūt ꝑdictis. Hæc bonus Frācīscus: q̄ hic retexere volui/vt delicatus stomachus subtilis videret illam admirandam signorū ad diuersos sensus coaptationem. In hijs vero non diutius moror: quia scio citius aliquis carpet hęc signa/q̄ intelliget:&

Scioli XXXVI scioli interdum, qui meras huius rei voculas tenent, sibijpsis blandiunē/ac si omnes Theosophorū dyatribas percurrissent. Nō sit autem cuiq̄ curæ Nicholaus

Abbas Panormitanus Abbas Siculus in proemio decretaliū vbi examinat glossam super verbo dispo suit. vbi ferme tot sunt errata/quot verba. Primo dicit glossam sumere ꝑmiscue ꝓuidentiam & prædestinationē: quæ tamen differunt. Si glossa hoc fecit/ po

Dionysius tuit: quia prædestinatio in larga significatione est futurorū, dicit Dionysius Ci

Augustinus stertiensis. Sic mali ab Augustino in libro de prędestinatione dicunē prędestinati ad poenā: q̄uis hic non sit necessariū, quoniā textus loquiē de dispositione in bonum. Secundo dicit prędestinationē esse præparationē gratiæ:& prędestinatus nullo mō damnari pōt. De primo patet in secūdo articulo: de secundo iā dicturi sumus. Subdit tertio Panormitanus: Non tamen intelligas/ ꝙ prędestinatio & præscientia necessitet ad bonū vel ad malum: sed quia deus sciebat aliquos esse casuros, ideo illos non prædestinauit: alios vero quos sciebat ad bonum reuersuros/prędestinauit. De primo qdem patuit dubio pręcedēti: & ad huc melius inferius. De secundo patet eū amplecti sententiā secundę opinionis: quia ponit rationē prędestinationis ex parte prędestinati. Quarto subdit prædestinationē large sumi/quo mō omnes hoīes sunt prædestinati, id est creati in bonitate, & ꝓmissi ad bonū. Verū est dictum in se/oēs hoīes prędestinatos ad premiū vel ad poenā: sed declaratio vadit ad prędestinabilitatē/nō prædestinationē. Sed quid huic immoramur/adferamus tres cōclusiones ꝓ solutiōe dubij

XXXVII CONCLVSIO PRIMA. Prædestinatū damnari/vel reprobatū saluari est impossibile. Ista ꝓpositio de virtute sermonis est de sensu composito:& ex arte non debet distingui, an capiaē in sensu composito/vel diuiso: sicut fecit Paulus

Venetus, Georgius Bruxellensis, Hollandrinus & alij conplures. Nam vis determinatiua illius modi in calce ꝓpositionis positi/trāsit in totale dictum: & ergo reqrit instantaneā veritatē/si vult esse vera. Ad modum loquēdi pulchrum & elegantē Benedicti Victorij Bononiēsis sup Tisbero de sensu cōposito & di (uiso.
PROBATVR Ergo conclusio: quia si prædestinatū damnari esset possibile, iam vel mutaret diuina prædestinatio/vel esset fallibilis, vtrumqꝫ est impossibile/vt in præcedenti dubio tetigimus. Sequela est manifesta: quia oppositū & aliter eueniret/qꝫ deus prædestinaret. Deū autē isto modo non posse falli/probat Vorrilon dis. xxxviij. primi. medio doctoris subtilis in reportatis Parrhisijs. Quia si cognitio dei non esset certissima, hoc esset/aut quia cognoscibile excellit cognoscens: sicut dicit philosophus in prima philosophia de manifestissimis naturę comparatis ad intellectum nostrū: Aut quia cognoscibile est minimum & diminutū/sicut materia prima ꝓpter sui imperfectionē cognoscitur per analogiā & ꝓportionē inquit Aristoteles primo auscultationis physicę: sed neutrū impedit in deo. Nihil enim est excellētius intellectu diuino: neqꝫ aliquid est tam paruū quod non sit creatum a deo. Cognoscendo ergo se esse causam illius/cognoscit effectum. Et cōclusio posita apud fidelem in sensu quo est posita, id est in sensu composito non habet quod dubitet. Philosophi aliqui aliter dixissent/sicut Cicero in libro de fato inducit Carneadem dicentē/Apollinē non posse pręḋicere de vero futuro/nisi ea quorū causas natura ita continebat, vt necesse esset ea fieri. Contra quem Chrysippus dimicabat.

CONCLVSIO SECVNDA. Prædestinatus potest damnari. Illa conclusio vt est posita, ex arte intelligitur in sensu diuiso. Probatʳ primo ex parte dei ꝑ Bonauenturā: Quia deus quicquid potuit ab æterno/potest & modo, cum sit causa vniformiter & immutabiliter se habens: Sed deus potuit Petrū reprobare ab ęterno/si voluisset: ergo deus modo potest, cū omnia sint deo præsentia: & nihil sit in ęternitate præteritū/sicut dicit Anshelmus: astipulatʳ Bǝrotius, & statim tangemus. Vnde sicut ab ęterno deus contingenter hunc prædestinauit/ita contingenter ille est prædestinatus, & per consequens potest damnari: sed tunc non est prædestinatus/imo ab ęterno nunqꝫ fuit prædestinatus. Simile habes ex Cameracensi quæstione. xi. primi. in illa ꝓpositione: Antichristus non erit.

SECVNDO Probat conclusionē ex parte prædestinati Thomas Argētinus: quia omnis qui potest cōmittere culpā/ ille potest incidere pœnam huiusmodi culpæ debitā, & ꝑ huiusmodi culpa a iusto & potēte iudice ordinatā: Sed prædestinatus existens in vita/pōt cōmittere huiusmodi culpā: ergo &c. Maior nota. Minor ꝓbatʳ: quia homo per liberū arbitriū nondum in gratia confirmatū pōt peccare mortaliter: Peccato aūt mortali est ęterna damnatio debita, & a deo (ordinata: ergo &c.

COROLLARIVM. Prædestinatus est contingēter prædestinatus, & pōt esse non prædestinatus/imo ab ęterno nunqꝫ fuisse prædestinatus: sequitʳ ex dictis. Vnde vehementer mirandum est de Capreolo dis. xl. q. i. negante illam, prædestinatus potest nunqꝫ fuisse prędestinatus/ ea ratione; quia diuinus actus semper consideratʳ in egredi/vt declarat ex sancto Thomas

Venetus
Bruxellensis
Hollandrinus
B. Victorius
Vorrilon
Scotus
Aristoteles
Cicero
Carneades
Chrysippus
XXXVIII
Bonauentura
Anshelmus
Bǝrotius
Cameracēsis
T. Argētinus
Contra Cusanum libro primo de docta ignorantia capite. xxij
Capreolus
Thomas

ma eadem dis.q.iij.& de veritate.q.vi.Sed pro veritate corollarij & contra Capreolū arguit sic:Prædestinatus potest damnari,ergo prędestinatus potest esse
Longobardus reprobatus.Antecedens patet per magistrum in textu/ & ipse lubēter admittit. Cōsequentia vero tenet a necessario cōcomitante.Vltra prędestinatus potest esse reprobatus:ergo prędestinatus potest esse non prędestinatus,cōsequentia iterū est clara/ab vno oppositorū affirmato ad aliud infinitatum,& intotalibus extremis est a conuertibili ad conuertibile:nam esse reprobatū & non prædestinatū respectu creaturæ rationalis conuertibiliter dicuntur.

Augustinus CONFIRMARE Videt̄ prædicta Augustinus in fine disputationis de prædestinatione sanctorū contra Pelagianos. Postq̄ enim dixit aliquos prædestinatos/& aliquos reprobatos/subiugit:Hinc inquit,nemo glorietur: nemo desperet.Solus enim deus scit qui sunt eius:inquantū autē possumus omnes hoīes ad bonū exhortemur,nulli desperationē dantes/ pro inuicem oremus, in conspectu dei nos humiliemus dicentes,fiat voluntas tua:ipsius erit potestatis/ iudiciū in nobis debitū mutare damnationis/& gratiā prędestinatiōis indebitā progare

COROLLARIVM. Ergo deus pōt prędestinatū non prędestinare.Patet & colligit̄ ex dictis.potest enim eum reprobare.

XXXIX APPENDIX

Istas tn̄ propositiones omnes & similes/sic accipito,non q᷑ ambo opposita insint coniunctim:quia hoc eorū naturalis repugnantia non patit̄.Nec successiue:quoniam apud deū non est successio:& maxime velut dictum est dubio tertio certitudini prædestinationis repugnat successio:sed intelligendum est vtrūq̄ oppositorū in esse diuisim in instāti seu præsenti ęternitatis/vt subtiliter interpretatur
Scotus illam potentiā voluntatis immanifestam Ioānes Scotus dis.xxxix.primi.vbi ad
Occham uerte quomodo venerabilis inceptor Vuilhelmus Occham nitit̄ refellere sententiam doctoris subtilis:sed arat littus bonus alioquin nauita. Rationes enim suæ non plus conuincunt/nisi q᷑ voluntas nō habeat potentiā ad opposita simul cōiunctim:quod omnis homo qui spirat facile concedit/ propter formalem eorum ad inuicem repugnantiā.Sed per hoc non excludit̄/quin voluntas pro illo instanti quo vult.a.habeat potentiam non volendi.a. pro eodem instanti:licet non coniunctim/sed diuisim.Et intelligens illam potentiā immanifestam voluntatis, facile intelligit quomodo prędestinatus pōt esse non prędestinatus:hoc est vt ponam ad formā:Quando deus prædestinauit Petrū/adhuc voluntas dei habet potentiā ad oppositū/scilicet ad nō prędestinandum.Si enim voluntas esset solum per instans,adhuc esset libera:vt fortissime probat Campsalis post Scotum.

Campsalis CAVTELA

XL Aduertas tu qui respondes in hac materia/sciolos qui hic multa deblacterant, argumentando cōiter obligare respondentē per positionem ad statum respondendi affirmatiuū.Aiunt enim gratia exempli,pono vel volo/q᷑ Petrus sit prędestinatus:quo posito/rudes & artis disputatiuę ignari sic procedunt, assumēdo illud possibile quod ponit̄ in conclusione/volunt dein illud aut simile ponere in esse quod repugnat posito & bene concesso.Sis ergo præmunitus ne illidas

scapham scopulo: quando ꝓponit tibi vnā de inesse repugnantē posito & bene concesso/ nō admittas, nisi prius recedat a prima obligatione positionis. Luscus enim & qui per transsennam vidit artem obligationum/ intelligit propositionē de possibili esse impertinentē posito, vbi nulla de inesse est repugnās. Et ita hallucinantur indocti semper vociferando, Petrus est prædestinatus, ita pono: sed ipse potest peccare/ & a gratia dei excidere, & ita mori. Bene potest: quia scd'm conclusionem prædestinatus etiam potest damnari, tunc ꝓcedunt: Si potest Petrus ita facere, faciat ergo sic ponat possibile positum in esse: & tunc Petrus damnabitur: & sic prædestinatus damnabitur.

RESPONDE Verum esse, Petrum ita posse facere/ sed non faciet. At cū contendis possibili posito in esse/ nullum sequitur impossibile: verum est possibili simpliciter & absolute posito in esse, nullum sequitur impossibile: sed hic nō ponitur absolute/ sed cum aliquo repugnante prius posito/ scilicet ꝙ sit prædestinatus. Nam hæc repugnant/ ꝙ Petrus sit prædestinatus, & decedat finaliter in peccato mortali. Q₂ si omnino vrges/ vt illud possibile ponatur in esse, admittam tibi hac lege/ vt cesset obligatio, qua positione me obligabas tenere eum fuisse prædestinatum. Ea enim cessante/ lubens concedam tibi positum de nouo, ꝙ peccet & decedat in peccato mortali/ & damnetur, & per consequens nō est prædestinatus, & ab æterno nunꝙ fuit prędestinatus. Sicut enim peccauit mortaliter & decessit in eo finaliter; ita deus ab ęterno hoc præsciuit. Et mira est temeritas talium arguentium/ ꝙ arbitrantur per eorum positiones & argumenta plus scire ꝓponere & indagare ꝙ̄ deus ab æterno præsciuerit: tetigi istum modum in ludicris logicæ in arte obligationum.

SVME Analogiam in quibuscunꝙ contradictorijs contingētibus ad vtrumlibet de futuro. Crede mihi non est maior difficultas de illis/ ꝙ̄ sit de prædestinatione. Pone exempli gratia, illam vt accipiamus vnam de medio vulgi: Ioannes cras ibit ad hortū: cum qua stat in veritate, Ioannes cras potest nō ire ad ortum/ quia impertinens vera. Ponatur in esse/ quod absolute potest fieri: sed attento prius posito/ sequeretur impossibile: nam posita in esse. Ioannes cras non ibit ad ortum, contradicit prius posito: & sic simul contradictoria essent vera: quod lippus etiā potest videre: & pueri edentuli capere possent. Prædictis omnibus pro maiori & faciliori intellectu adde Alphonsum dis. xlij. bellissime distinguentem de duplici possibili/ & quō debeat ꝓpositio possibilis poni in esse, quæ omnia reddent te locupletiorem: Sed alias sum prolixior quam volebā ea ꝓpter nihil moror & vos ad eum delego: Sed vniꝰ quasi erā oblitꝰ audite. Eckius Alphonsus

CORROLLARIVM apparet ex prędictis ꝙ̄/ fœde & puerilit' lapsus sit laurētius Valla, qui sepius fallit & fallitur. Vt rescripsit nobis pręceptor noster Gregorius Reischius Chartusianus super illo quęsito an vera esset laurētij vallę sententia, opera quę circūferūtur dionysij Areopagitę diuorū pauli & Hierothei discipuli, ipsius Dionysij non esse: ita enim differit in emendatione noui testamenti: Lapsum esse dico Laurentiū: nam commune illud præfatū Philosophorum & Theologorum, Possibili posito in esse/ non sequit' impossibile: ipse ha Valla G.Reischius Dionysius

rum rerũ parum ſcius/pręter omnem rationem negat & reijcit:nimis male formidans/ne concedere cogat repugnantia/dum contraria penitus ponat in eſſe: ita nimirũ homines cęcutiunt/dum ꝓprios exeunt limites/dum plus induſtrię & ſcientiæ oſtentare volunt/q̃ didicerint:ſed demus huic Grammatico & Oratori veniã:ſi latinitati addictus nõ potuit ſimul Philoſophię pręcepta obſeruare

CONCLVSIO TERTIA

Rhodis

Nunq̃ tamen prędeſtinatus damnabitur:& intelligo de prædeſtinato diffinitiue.Cõcluſio eſt in ſole,vt Rhodis.Oppoſitũ enim diuini ꝓpoſiti finaliter nõ continget:ſed propoſitum diuinum eſt prædeſtinatum ſaluari: ergo oppoſitũ eius finaliter non continget.Omnia ſunt peruia:quoniam apud deum non eſt transmutatio:nec viciſſitudinis obumbratio,inquit Iacobus.

S.Iacobus

XLI

COROLLARIVM Sequit̃ ex dictis duabus concluſionibus. Eſto q̃ illa ſit vera: prædeſtinatus poteſt damnari:tamen illa non eſt poſſibilis, prędeſtinatus damnat̃. Quod ſi inſtas. poſſibili poſito in eſſe,nullum ſequit̃ impoſſibile.Nõ declino illam vt Valla/ſed reſpondeo, cum extrema propoſitionis de poſſibili datæ ſibijpſis repugnent ex diuerſa conſignificantia eorundem,in poſitione illius de ineſſe non debent permanere/ſed alterũ eorum mutet̃ in abſolutum.Sic ergo illa,prędeſtinatus poteſt damnari,ponat̃ ineſſe.Hoc damnat̃/ demõſtrando viatorẽ prędeſtinatũ:quę tunc eſt poſſibilis/licet non vera. Illa ſunt clara intelligenti logicam:quoniã & apud Georgiũ Bruxellenſem locuplete hæc inuenies in commentario librorum Perihermenias:& nos in exercitamentis logicæ noſtræ hæc attigimus in tractatu acceptionum terminorum.

Bruxellenſis Eddus

OBIECTIO

Michel de Bononia XLII

Sed contra hæc pulchre obijcit Michael de Bononia diſ.xl.primi.Illa cõſequentia eſt bona:Dietpertus reprobatus nõ damnabit̃:igit̃ deus decipit̃. Quare etiã illa erit bona conſequẽtia:Dietpertus reprobatus a deo/põt nõ damnari: ergo deus poteſt decipi.Illa vltima conſequẽtia ꝓbat̃ per communẽ regulam:Conſequentia exiſtente bona,eodem addito vtrobiq̃/erit adhuc bona conſequentia. Reſpondet idem dñs Michael de Bononia celeber doctor ex ſancto Carmelo, & adeo ſubtilis in philoſophicis apicibus/vt niſi cognomento ſe Bononienſem proderet/crederes eum in media Anglia natum,ita ſubtilis,ita acutus, ita ingenioſus in hijs apparet.Nouiſſime tñ editus eſt in lucem:futuris temporibus dũ mihi otiũ ſuppetet/perſcrutabor penitius eius ſcriptitamẽta. Excutiendo inquã obiectionẽ/reſpondet regulã conſequentię confirmatoriã nõ tenere niſi quinq̃ obſeruatis. Primo/q̃ idem ſignificet̃ principaliter vtraq̃ conſequẽtia.Illa ergo valente conſequẽtia:Creatura eſt/ergo creator eſt:non tñ perinde ſequit̃, creatura eſt dependens/ergo creator eſt dependens,cum principalis ſignificantia vtriuſq̃ tam antecedentis/q̃ conſequẽtis mutet̃. Secundo requirit̃ vt terminus additus non variet ſuppoſitionẽ termini prioris.Exiſtente ergo illa bona: Homo eſt/ergo ens eſt:non tñ ſequit̃:Homo eſt ſpecies:ergo ens eſt ſpecies: prima & ſecunda deficiente conditione ſimul. Tertio/q̃ terminus additus non ſit excluſiuus, neq̃ ampliatiuus (connecto ego hic quartũ tertio) Bona enim eſt conſe-

quentia: Maximilianus est imperator/ergo Maxęmilianus est homo. Non tamen sequit: Tantū Maximilianus est imperator: ergo tm̄ Maximilianns est hō Quinto/ꝙ additū non mutet sensum vel spetiē prioris ꝓpositionis. Posset magister Michael strictius fuisse loquutus/sed fortasse illa extensio cōducit ad meliorem eruditionē. Modo in argumēto primo loco assumpto variatur modus propositionis/cum in prima consequentia sint propositiones de inesse: & in secunda propositiones de possibili.

VVILHELMO DE OCCHAM Addente in aurea logica. Regulam arguendo assumptā tunc demū valere/q̄n additū est adiectiuū vel substantiuum illius cui addit: & est categoreuma/nō includens syncategoreuma. Tu qui aues ista ludicra artiū videre, venari poteris apud eū in tertia parte tertię partis. c. vij. Occham

EXTENSIO DE REPROBATIONE

Priores assertiones etsi de prædestinatione sola sint positę: idem tamen per omnia pe reprobatione astruimus. Vnde pulchre ait Magister Marsilius ecclesiæ sancti Andreę Coloniæ olim thesaurarius. Reprobatus inquit, potest esse prædestinatus. Nullus itaq; desperet intra se dicēdo, nimis peccaui: reprobatus sum a deo: sed dimittat peccata sua/& conuertat se ad dominum: cuius maior est pietas/q̄ totius mundi iniquitas: & poterit esse saluus. Marsilius

INCIDENS DVBITATIO

XLIII

Sed quid de illa conditionali: Si reprobatus perseueraret in charitate finaliter, deus daret ei vitam ęternam: dominus Gregorius Ariminensis illam admittit. Petrus Aliacensis prestans vir, & qui multa egit in concilio Pisano, Constantiensi, & Basiliensi Cardinalis tituli sancti Chrysogoni, resistit Gregorio: quia licet possit esse vera & admittenda ad aliquem bonum sensum: tamen de virtute sermonis non est concedenda. Certum est tamen de multis, inquit, deū non velle ꝙ in bonis meritorijs perseuerent, alioquin omnes saluarentur. Et ideo quicquid sit de veritate conditionalis illius: Si reprobatus perseueraret in charitate, deus daret sibi vitam ęternam: tamen deus non vult ꝙ illa conditio impleatur: quia si vellet/vtiq; impleretur. Hæc bonus Petrus: qui fuit etiam auditor deputatus Constantiæ in causa fratrum diui Francisci de familia conuentualium, & Martinianorum: & illa responsio Petri facit ad materiam. Ariminensis Aliacensis

TV ITA RESPONDE Ad formam. Propositionem cui proportionatur antecedens illius conditionalis esse sibi repugnantem & aduersari ex partibus, ideoq; esse impossibilem illam scilicet, reprobatus finaliter perseuerabit in charitate/sicut illa est impossibilis quæ sequitur ad eam: Reprobatus saluatur. Antecedente vero existente impossibili/sequitur quodlibet illatiue. Quare non refert si dixeris: Si reprobatus perseuerat in charitate/deus dabit ei vitam æternā. Aut contra asseueras, deus non dabit ei vitam ęternam. Vtrumq; enim contradictoriorum ęque infert, quia impossibile. Neutrum vero probat: quia falsum. Illa omnia etiā noctua videre potest/ꝙ hæc adulescentulis tradant in prima parte consequentiarum, vbi hæc eadem tradidimus in exercitamētis nostris logicis Eckius

de hac tamen conditionali inferius suo loco plura dicturi sumus. Sed ecce Hydram Lęrneā, amputato vno capite dubitationis/mox aliud excrescit. Est ergo

DVBIVM QVINTVM

QVOMODO HVMANA MENS CAPIAT PRAEDESTINATVM POSSE ESSE NON PRAEDESTINATVM

FRANCISCVS MARONIS.

Maronis XLIIII Respondet hic ferme ad istam sententiā/ Q̃ cū deus prędestinat ad gloriā/ vel praescit ad poenā, hoc solū est conditionaliter: intelligendo ꝙ conditio teneat se ex parte hoīs/ nō ex parte dei, apud quem est certitudo: quia scit infallibiliter an velit manere in sua determinatione/ aut non. Secundo dicit, & aliȷ̄ cū sequentes ꝙ etiam diuinū cognoscere est solū conditionale (loquit̃ de cognoscere practico) & hoc scd'm nostrū modum intelligendi/ videlicet supposito ꝙ diuina voluntas maneat in illa determinatione, manet autē contingenter. Tertio videt̃ dicere/ ꝙ modo praedicto deus potest (si vult) desinere a sua determinatione sine sui mutatione, ꝓpter solam mutationē creaturae: nō quidem in esse reali/ sed solum in esse volito: ad quod tale exemplū adfert Petrus de Aquila/ aut quispiam alius ex illa secta, non enim omniū possum tenere memoriam: Si radiȷ̄s solis afferant̃ diuersa luminaria/ variatio est in illuminabilibus, stāte vnitate radiȷ̄ Addunt praeterea talem rationē: Voluntas increata plus potest sine sui mutatione/ ꝙ̄ voluntas creata cum sui mutatione. Sed stante volitione qua vult creatura finem/ potest de nouo velle aliquid ad finem: ergo idem potest voluntas diuina. Vnde non abhorret Franciscus Mayronis concedere determinationē diuinę voluntatis posse se aliter habere, ꝙ̄uis hoc de scientia neget. Et dicit deum contingenter praescire futura contingentia: quia solum conditionaliter.

Aquila

Mayronis

Pelbartus ET NE QVIS ARBITRETVR Me illa fuisse commentū/ exscripsi verba Maronis, vbi haec eadem affirmat & testatur: quem frater Pelbartus in rosario sequitur: vnde haec sunt Francisci verba. Ad primū dico/ ꝙ quando voluntas dei se ab ęterno determinauit/ non fuit completa productio/ nisi quātum ad esse volitum: sed non quantum ad esse reale/ scilicet ꝙ illud sit volitum sic pro tali tempore vel instanti. Dico ergo ꝙ diuinum cognoscere est solum conditionaliter: supposito scilicet/ ꝙ voluntas diuina maneat in illa determinatione, manet tamen in ea contingenter: & ideo potest desinere. Potest ergo accidere/ ꝙ deus velit hunc saluare pro nunc, & poterit non velle. Nec sequitur ex hoc mutatio in deo/ sed in esse volito. & iterum: Stante voluntate in illa determinatione intellectus diuinus certitudinaliter cognoscit illud: sed illa non stante/ non cognoscit, nec tamen sequitur ꝙ decipiatur: quia cognitio illa non est/ nisi conditionalis. & iterum: Tota mutatio est ex parte obiecti positi de nouo in esse volito in quo prius non erat. Ex quo enim contingēter pro alio & alio signo deus pōt velle quae non vult, per hoc quia nulla res est ꝓducta/ oportet esse mutationem in obiecto in esse volito: & illa est mutatio obiectiua. Vnde sicut deus non creauit ab ęterno/ & modo creat ꝓ te: & hoc totū saluat̃ per ꝓductionē creaturę in esse reali: sic dico de esse volito. Vnde si nō esset nisi istud/ satis necessitaret̃ ad

ponendū ꝓductionē rei in esse volito/ ꝓpter transitū contradictoriū, qui non potest aliter saluari. Item quæstione tertia. distinctione tricesima octaua dicit: Si cut deus contingenter determinat/ ita stat contingenter in illa determinatione, Ita ꝙ ab æterno se determinauit contingenter: & contingenter stat ab æterno, & pro æterno in illa determinatione: & sic concedo ꝙ potest illam dimittere. Sed tamen non sequit̄ ꝙ scientia sit mutata: quia scientia non erat nisi stante determinatione/ vtpote deus nō sciuit absolute antichristum venturū/ sed si staret determinatio diuinę volūtatis/ qua deus determinauit ab ęterno ipsum futurū: & ideo si mutet̄ determinatio/ iam scientia non erit mutata: sed tunc videt̄ stare secundum dubiū: quia iam scientia dei erit conditionata, hoc non pōt homo fu gere: ideo dico/ ꝙ est conditionata. Hæc Franciscus Mayronis. Vis rem cogno scere ab ouo de illa determinatione/ vide & pondera dicta ꝑ eū. q i. dis. xxxviij (art. iiij.

COROLLARIVM. Sequit̄ scd'm Mayronē & cōplices suos ꝙ ipsi ad illam quæstionē/ An deus possit aliquē de nouo prædestinare, responderent affirmatiue: quia quem deus præsciuit & determinauit ad pœnā, potest desinere ab illa determinatione, & eum determinare de nouo ad gloriam. Et si hoc esset verū, & ꝙ ex hoc nulla ascriberet̄ imperfectio nec mutatio deo: ꝑfecto multi anfractus & difficillima dubia possent euitari. Vuilhelmus Gorris recitat illam opinionem, & dimittit eam tanꝗ probabilem. Mihi vero ista sentētia adeo displicet/ vt displicere magis non possit: ideo armato milite, instructo exer citu, cum ea dimicaturus in campum prodeo. Gorris

CONTRA FRANCISCVM MAYRONIS Eckius

Argumentor sic: Prima ꝓpositio videt̄ minus bene sonare in auribus fideliū: ergo tanꝗ suspecta/ & piarum auriū offensiua est explodenda. Consequētia nota, & antecedens ꝓbat̄: quoniā quicquid dicit imperfectionē/ est remouēdum a deo iuxta Theoricā diui Dionysij & omniū Theologorū. Sed dicere scientiā dei conditionatā/ dicit imperfectionē. Iam enim diuinus intellectus nō esset perfectissimus si dependeret ab aliquo alio in sua cognitione, innitendo videlicet conditioni. Q; si dicis illam conditionē nihil aliud esse ꝗ determinationē voluntatis, contra: Intellectus diuinus cum sit perfectissimus/ & cui oīa nuda & aperta sunt/ inquit apostolus: ergo absolute & simpliciter scit etiā illam determinationē, & an desinet vel ne: & per consequens eius scientia non erit conditionalis: quia hoc est multū diminute loqui de scientia dei. Nam sic viator scit conditionaliter/ si deus steterit in illa determinatione qua determinauit antichristum fore, tunc antichristus erit: si vero desinet (ad modum loquendi Mayronis) ab illa determinatione/ tunc non erit. Et ita mea præscientia est conditionata, non dei/ quæ est perfectissima. Imo primo intuitu quisꝗ potest perpendere ꝗ male sonet dicendo deum non simpliciter & absolute scire quid cras futurum sit, sed solum conditionaliter. LV Dionysius.

CONFIRMATVR. Sicut deus ab ęterno voluit/ ita ab ęterno determinauit: & quicquid voluit/ ab ęterno voluit: & per consequens non potest desinere ab illa determinatione/ & aliud de nouo velle & determinare: & si possit oppositū

alterũ determinare/tunc illud idem determinauit ab ęterno. Et non video quo modo aliquis possit effugere nisi sit saxeus.

XXXVI ET FORTIVS Adhuc probando determinationem diuinę voluntatis non posse desinere esse: Quia si hoc esset verũ, iam esset vera successio in deo, non solum in esse volito obiectorum/sed etiam actuum volẽdi. Primo enim determinaret hoc futurũ, dein desineret ab illa determinatione: modo hæc vocula desinit, ex per se significato dicit successionem non esse post esse. Sed quid portenti hoc est bone deus, admittere in deo iam esse actum volendi, iam nolendi eandem rem, ac si aliquando non solum metaphoricos/sed etiam ꝓprie deum facti pœniteret. Nec excusat Franciscum quod ipse adducit de temporali creatione: vbi deus dicitur creare, & tamen prius non creabat propter solam mutationem factam in creatura: quoniã etsi deus in tempore creet/tamen ab ęterno determinauit & voluit creare pro isto tempore in quo creat. Et ita deus ab ęterno voluit animam meam creare, licet non pro ęterno/sed pro determinato tempore. Alia item ratio dissimilitudinis est/& aperta: quoniã creare licet præsupponat actus essentiales ad intra: quia deus nihil creat nisi prius intellexerit & voluerit: tamen creare in sua ratione formali non dicit tales actus/sed solum producere aliquid ex nihilo &c̃. Secus est de determinatione, secus de volitione, quę dicunt formaliter actus/vel quasi actus essentialiter immanentes. Et quid verbis opus est? Monstrum est chimerinum apud doctores imaginari illam successionem in essentialibus quasi actibus ad intra. Et quomodo gloriari potest saluari transitum contradictorium per illa esse volita/ cum natura sint posteriora illis determinationibus.

Scotus CONFIRMATVR: Quia ista positio directe contra doctorem subtilem quomodo ergo affeclę ipsius possunt eam asserere/ꝙ sit contra eum/ ostendo sic: Quia in dist. xxxix. primi. dum inquireret contingentiã in rebus/ & quo pacto voluntas diuina determinaret se ad alterum oppositorũ sine sui mutatione; adducit quatuor quæ sunt in voluntate nostra: & duo remouet a deo, scilicet ꝙ potentia præcedit actum, & ꝙ voluntas nostra est in potẽtia ad duos actus successiue. Sed ꝙ voluntas nostra se determinat ad diuersa obiecta/ & sic tendens ꝓducit diuersos effectus, illa duo etiã deo conueniunt per istam viã; quia sicut volũtas creata per diuersos actus põt se determinare ad plura, ita ꝙ per actum nouum determinat se ad aliquod obiectum nouũ: Sic voluntas diuina per vnũ actum illimitatum continentẽ virtualiter omnẽ actum, potest se determinare nõ

Augustinus de nouo/sed ab ęterno ad hoc vel ad aliud. Cui cõcordant verba Augustini in libro de ciuitate dei: Deus potest ad opus nouum, non nouum/sed ęternũ adhibere consilium. Mirandum est ergo de asseclis Scoti/ꝙ Mayronis sententiam ita suspiciunt, ita admirant̃ & celebrant, cum adeo aperte refraget̃ eorum præceptori Ioanni Scoto: ita aduerset̃ inclubili Augustini sententiæ. Et quid opus

Argentinus est verbis, late improbat̃ hæc opinio per Thomã Argentoracẽsem Augustinianum dis. xlviij. primi. quę (nisi formidaremus agere acta) ad singula ferme ver-

Dionysius ba possem⁹ in testẽ euocare. Patet ex dictis Dionysiũ Cistertiẽsem bñ adnotasse

contra quā Franciscus Mayro sentiat, nullum posse incipe esse prædestinatum.
VVILHELMVS GORRIS Talem eiaculat̃ rationem aduersus istam sententiam: Quicquid potest voluntas determinate velle/hoc potest intellectus infinitus intelligere: Sed intellectus diuinus nihil potest de nouo intelligere, al's enim fuisset antea imperfectus: Ergo voluntas non potest de nouo aliquid determinate velle, & per consequens nullum de nouo prędestinare. Quod si quis tergiuersando vellet effugere/ꝙ intellectus cognouisset vtrāq; partem cōtradictionis ab ęterno, ne hac quidem via quispiā elabat̃/constringe maiorem ad intellectum adhęsiuū seu iudiciarium, qui non potest falli in deo: qui etsi sit posterior aliquo signo naturæ (vt maneamus in modo loquendi de signis cū̃ occepimus) determinationi voluntatis, tamen ab ęterno intelligit quicquid intelligit. — Gorris

RESPONDETVR Aliter ad dubiū sc̄dm̄ Bonauēturā, qui notabiliter istā materiam dissoluit: vbi vehementer demiror fratrem Stephanū Bruliferū alioquin verbosum, & in exponenda mente doctoris ꝓfusum/ꝙ hic ita sicce, ita ieiune transuolat/sicuti gallus incedit per brunas. Veniendo autem ad mentē Bonauenturæ/præmittit doctor quatuor suppositiones. — XLVII Bonauentura — Brulifer

PRIMA SVPPOSITIO. Præsens seu instans diuinæ ęternitatis circūplectitur omne tempus idem & vniforme. Ista suppositio ponit̃ per deuotū doctorem Anshelmū de concordia præscientię & liberi arbitrij, dat tale simile: Nam sicut pręsens tempus circumplectit̃ omnem locū/& id quod in loco est: ita præsens ęternitatis ambit omne tempus: & hoc ꝗuis difficile sit intelligere/tñ necessarium est ita ponere. Eius enim oppositū est impossibile, cum al's mutaret̃ pręsens ęternitatis. Aduerte, quo ad exemplū inductum in simili sugillat Vuilhelmus Vorrilon doctorē sanctum di.xl.primi. post doctorē subtilem: Quia omnis locus est iam præsens/& existit, est enim permanens: sed tempus est quoddam successiuū: & ita ęternitas non potest esse præsens omni tempori, cum non omne tempus sit. quō enim ęternitas esset præsens futuro quod nondū est. Probatur a simili: Centrum dicit̃ esse pręsens toti circūferentię: hoc autē tunc solū est verū/qñ circūferentia existit: secus est dum primū & successiue (extēso circini pede) circūferentia pescribitur: quia tunc successiue fit præsens toti circūferentiæ. — Anshelmus — Vorrilon Scotus Thomas

DEFENSIO BONAVENTVRAE CONTRA SCOTVM

Illo tamen non obstante tota Theologorū schola condamitat in ęternitate nihil esse præteritum/neq; futurum: licet successiue coexistat diuersis partibus temporis: & hoc probat Vorrilon cum doctore subtili/& nihil aliud: & satis liquido hoc potest haberi ex eodem Scoto dis.xli. repetente ea quæ dixerat distinctione nona primi. Verba diuersorum temporum inquit, prout verissime sibi competunt, non consignificant partes tēporis mensurantis illū actum/sed consignificāt nunc ęternitatis, quasi mensurans actum illū inquantū coexistens illis pluribus partibus tēporis. Et ideo dicit, idem est deū prędestinare, prędestinasse, & prædestinaturū esse: ecce in re nō discordat a Bonauētura. Verū est ꝙ dñs præpositus nitit̃ contundere illud egregiū dictum doctoris subtilis/sed æthiopē lauat. Nam & hoc gentiles nō negarunt/vt Eusebius testat̃ de præparatione euāgelij — Bonauentura XLVIII — Prepositus — Eusebius

Plato Numenius — Platonis fuisse sentẽtiam, Erat, erit, tempori/sed est deitati congruit. Et Numenium dixisse, ipsum ens (intelligit deum) nec vnq̃ fuisse, nec vnq̃ futurum/sed esse in præsenti tempore indeterminate solum/ quod præsens sic intellectum, ęternitatem appellamus.

SECVNDA SVPPOSITIO. Deus vno & eodem actu cognoscit omnia, ita q̄ est vnica dei cognitio: qua cognoscit hoc/& qua cognoscit oppositũ eius. Non solum q̃tum ad illud per quod cognoscit/sed etiam q̃tum ad actum diuinæ cognitionis. Ista suppositio est indubitata apud Theologum: & Stagyrita in duodecimo primę philosophiæ ei astipulatur ex lumine naturali. — Aristoteles

TERTIA SVPPOSITIO. Cum dicimus diuinam cognitionẽ vel voluntatem ordinari ad cognoscibile hoc vel aliud, non ponitur ordo vel respectus in deo actu/sed solũ ex parte rei cognitæ create: & ille quidem sicut præuisum est non ponit̃ in actu/sed in habitu: nec de præsenti/ sed de futuro. Forte apparet tibi difficilis & spinosa illa suppositio: sed nonne audiuisti poetam? Ducit per scrupea virtus. De cognitione dei absolute intellecta, & vt ordinatur ad cognoscibile futurũ, legito eundem Bonauenturã dist. xxxviij. primi. q. ij. & absterget abs te omne vulnus ambiguitatis. Dicit enim/vt sub summagio eum referam, Deum præscire futurũ contingens/dicit duo. Vnũ est noticia dei quæ in se est ęterna & necessaria. Alterum est futurũ illud quod ordinat̃ ad illum actum cognitionis dei. Et in hoc q̄ dicit illam ordinationẽ, quæ est contingens, totũ dictum est contingẽs: & vocat illam ordinationẽ connotatum. Et ideo inquit, præscientia ratione principalis significati est necessaria: sed ratione connotati est contingens. Et ita vides quomodo ponit̃ respectus in re cognita de futuro, & non actu respectu cognitionis dei. Addas si placet, salem Scoticũ huic suppositioni: nam scd'm Scotũ ordinatur ab æterno ad esse volitũ seu cognitum/ sed non ad esse reale creaturę. dis. xxxv. primi. Nam intellectio nostra quia dependet ab obiecto/mensurat̃ ab obiecto. Secus de cognitione dei, quę est mensura omnium aliorum a se intellectorũ: quare obiecta necessario referunt̃ ad ipsam: & ipsa terminat sub ratione absoluti. Idem videtur dicere Bonauentura dis. xlix. arti. ij. — XLIX; Bonauentura; Bonauentura

QVARTA SVPPOSITIO. Futurũ sub ratione futuri quod ponit̃ semel esse verũ/ponit̃ semper fuisse verũ: & quod ponit̃ semel esse falsum/ ponit̃ semper fuisse falsum: & ideo cum ponit̃ posse esse, non ponit̃ nec mutari, nec incipere. Illa est insignis & mirifica ꝓpositio: & ex ea tanq̃ ex fundamẽto sequuntur ꝓpositiones Gregorij, Hugolini & Aliacensis: de quibus dubio tertio mentio facta est. Limita tñ eam scd'm dicta cardinalis Cameracẽñ. quia al's ꝓcederet obiectio quã format hic Brulifer contra Bonauenturã de illa, Christus non morietur, quę iam ponit̃ esse vera: & tñ non semper fuit vera/vt formata ante passionem. Sic illa iam est falsa, Christus moriet̃, & tñ non semper fuit falsa. Refer ergo primam partem ad affirmatiuas/& secũdam ad negatiuas: & sic eludes Bruliferum cũ sua obiectione: & ostendes quõ suppositio etiã ꝓcedat in negatiuis: q̄ si contẽdat pertinatius verã esse in affirmatiuis, accipe illam affirmatiuã, Christus moriet̃, quę se nõ quadrat suppositiõi: & ita limitatio Bruliferi est euanida — Ariminensis; Hugolinus; Cameracensis; Brulifer

QVARTA

SVPPOSITIONIBVS PRAEMISSIS

Respondet Bonauẽtura, hijs præsuppositis facile esse intelligere quomodo prę destinatus potest esse præscitus. Constans enim est ꝙ salus istius qui præscitus est potuit ab ęterno præuideri/cum possit esse siue fieri in tempore. Et si potuit ab ęterno ordinari ad diuinam cognitionem & voluntatẽ/potest & nunc: quia totum est præsens in ęternitate, & nihil transit in prętéritũ ex prima suppositione. Et sic forte intelligẽdus est Capreolus/dum inquit: Actus diuini intellectus & voluntatis semper sunt in egredi. Quare sicut potest vere cogitari posse non prædestinasse ab ęterno: ita etiam ꝙ possit tunc/scilicet in suo nunc, in nunc ęternitatis non prædestinare. (I. Bonauentura; Capreolus)

ACTVS TAMEN æternus diuinę cognitionis non potest cogitari non fuisse ex secunda suppositione, vel ad hoc futurum contingens ordinatũ non esse: Ita habet littera in vulgatis impressionibus Bonauenturæ: quã ego reputo mendosam/& sibi repugnantem. Vnde meo cum periculo aliter sentio esse legendũ in Bonauentura: alioquin enim ista littera erit cõtraria dictis pręcedentibus in dist. xxxviij. ad quę se remittit in tertia suppositione, & etiã cõtrariabitur sequentibus in declaratione. Nam vbiquæ ostendit & admittit illam ordinationem esse contingentem, licet immutabilem: quare consequens est, futurũ potuisse non esse ordinatum ad cognitionem dei. Vnde illa vocula vel expungatur/& in locum eius substituatur ly sed, vel alia dictio aduersatiua. tunc erit sibi cõstans sententia: ne tantus doctor, vti ꝑfecto est maximus, sibi minus cohærentia, immo pugnantia dixisse arbitreť. Et si subtilis sit hic Bonauentura, difficilis ac rarenter intellectus: oẽs tamen qui eius capiũt sententiã, arbitror mihi astipulaturos. (Bonauenturę locus emendatus)

SIC ERGO intelligatur Seraphicus doctor/ quod nulla ponitur mutatio in ęterno prę̨senti per hoc/ quod prę̨scitus potest esse prę̨destinatus. Quia nulla ponitur successio in quocumque, non in intellectione/ quia illa manet vnica ex secũda suppositione: nec in ordine ex parte dei cognoscentis, quia in deo nõ poniť talis ordo ex prima parte tertię suppositiõis. Nec in ordine ex parte rei cognitę quia ex parte illa non ponitur nisi futurũ: & illud cũ nõ sit potest intelligi esse vel nõ esse futurũ sine mutatione sui vt patet ex quarta suppositione. Nota iterũ occurrere mendã in Bonauentura: quis enim vellet astruere inter esse futurũ, & posse esse futurum, esse mutationem. Sed voluit dicere Bonauentura exempli gratia. Cũ iam antichristus sit futurus/stat per deum, quo ipse nõ sit futurus, & ita potest esse nõ futurus. Inter hæc quidem, quod sit futurus, & possit esse nõ futurus nulla intercedit mutatio: quod si ponis in esse illud posse: dico semper fuisse verum eum non fuisse futurum, sine omni mutatioue. (Bonauenturę mens LI; Bonauentura)

ET VIDES ꝙ non solum nõ obest nõ intercessisse mutationem: quin maxime prodest: si enim aliqua interuenisset mutatio, nõ idem esset in veritate: quod hoc liquet casu. Ponatur antichristus in esse, & dein annichiletur/tunc aliquãdo fuit verum antichristum futurũ & iam nõ: & hoc ꝓpter mutationem eius quia genitus est. E regione iam verũ esset antichristũ non fore, & si mutatio annichilationis non intercessisset, tunc sicut modo esset vera, ita ab æterno fuisset vera; (Eckius)

sed quia interuenit mutatio, tunc etiã in casu priori aliqñ non fuit vera. Profuit ergo in præsentia nullam fuisse mutationem iuxta mentem quartæ suppositionis. Habes ergo quod petis/syncerum & verum sensum Seraphici doctoris, hic plurimum subtiliantem: quem mallem ex alio audiuisse/q̃ me temeritate inuidorum & Hipponacteo preconio qui omnia quę intelligere nequeunt/ subsannant atq; oblatrant ad inuehendum offerre.

LII

CONCLVDITVR BONAVENTVRAE SENTENTIA

Bonauentura

Quia oportet quemlibet hominem esse pręscitũ vel prædestinatũ: modo fides dicit & ratio sequitur/si est prędestinatus/ergo saluabitur. Rursus fides dicit & ratio/quod istum saluari est contingens(demonstrato prędestinato)& qui diceret contrariũ, vt stulti philosophi Democritus & Empedocles, vt patet apud Ciceronem de fato, respuendus esset scd'm omnium iudiciũ certum. Et iterũ ars dicit/q̃ si consequens est contingens, impossibile est antecedens esse necessariũ: qui diceret contrariũ huius/totam artem syllogisticam destrueret: cuius vis illationis est/vt oppositum consequentis nõ possit stare cum antecedente. Certum autem est/q̃ oppositum contingentis stat cum necessario. Istum ergo esse prædestinatũ/non est necessarium: & sic prædestinatus põt esse non prædestinatus

Democritus Empedocles Cicero

Bonauentura

PATET ERGO Scd'm eundem Bonauenturam/q̃ prædestinatus & præscitus quo ad significatũ principale important essentiam diuinã, & ita sunt idem Sed quo ad connotata important futura contingentia, quæ nõ de necessitate insunt: & ita vnum potest esse alterũ/sic prædestinatus potest esse præscitus. Non enim solum sunt contingentia/sed etiã futura: quæ nihil ponunt actu: & ita possunt inesse & non inesse sine mutatione. Cum enim ponunt̃ inesse vera de futuro, ponunt̃ semper fuisse vera: & hæc eadem est mens Anshelmi de concordia præscientiæ & libero arbitrio

Anshelmus

LIQVET Igitur quomodo hęc est vera sine inceptione & definitione, pręde stinatus potest esse præscitus. Nulla enim est ibi repugnantia: nec ex parte significati/nec connotati: vt patet resoluendo. Sensus enim est: Iste est prædestinatus id est iste est pręcognitus a deo, & saluabit̃ per gratiam. Similiter iste est pręscitus. sensus est: iste est a deo præcognitus, & damnabit̃ per culpam suã. Constat enim q̃ in diuina cognitione non est differentia in se/sed solum in connotato. Cum ergo saluandus possit damnari/pręsdestinatus potest esse pręscitus sine aliqua mutatiõe. Ecce habes mentẽ Bonaueturę: vis plus intelligibiliter loq̃, digere istũ contextũ in quinq; ꝓpositiones, erit forsitan auditoribus gratius & facili⁹.

ALIA RESPONSIO FRANCISCI DE MARCHIA

F. de Marchia Vuimpina

FRANCISCVS De Marchia (Chunrado Vuimpinensi renarrante) pulchrã quoq; & subtilem adfert huius negotij determinationẽ/quã superioribus omnino placet annectere. Quod cum videamus inquit, causam contingentem effectu priorem/& illam ad vnam partem contradictionis determinantẽ: & tamen propter hanc prioritatem & determinationem/non audiamus effectui euentus contingentiam: recte præscientia de rei futuræ non adimit contingentiæ conditionem. Quod quomodo fieri possit/sic declarat. Quia duplex est cõtingentiæ

indeterminatio. Prima est de possibili, qua voluntas est indeterminata ad posse agere & posse non agere; Alia est indeterminatio de inesse/ qua voluntas intelligitur indeterminata ad agere & non agere/ & illa est posterior prima & ab ea absolubilis. Applicando ad propositum. Prima ergo causa fuit indeterminata de possibili ab ęterno/ & fuit determinata de inesse ad alteram partem: & ista determinatio, Secunda, sequitur primam ex natura rei. & non tollit eam: Et per consequens nec tollit contingentiam: quia ratio contingentię stat cum determinatione de inesse. Vnde omnes causę secundę quodam ordine naturali consecutionis determinatur de inesse ad illam partem, ad quam est determinata prima causa: & remanent indeterminate determinatione de possibili.

ET IDEO sicut prima causa est determinata vel indeterminata antecedenter: sic omnes causę secundę sunt determinatę vel indeterminatę consequenter conformiter ad primam causam: Quare sicut effectui contingenti non repugnat determinari de inesse, dūmodo sit indeterminatus de possibili: Ita nec causę secundę contingenti liberę (vti est voluntas nostra) repugnat determinari ad suum effectum determinatione de inesse/ dummodo sit indeterminata determinatione de possibili. Illa declaratio & modus ponendi Francisci clare patet intelligenti Philosophiam: Vnde quamuis Occham Gregorius Aliacensis/ et si bene memini Alphonsus imponant Aristoteli, quod fęde lapsus sit in veritatibus propositionum de futuro contingenti: alij vero contra, Aristotelem defendant: vt facit Ioannes Maioris subtilis vir, & qui gerit foenum in cornu, vide eum dis. xxxviij primi. Tamen ego (vt potest videri in nostra veteri arte) solitus eram dicere. In propositionibus de futuro contingenti non est determinata veritas/ determinatione scilicet de possibili, id est ꝙ non possit aliter esse. Est tamen in eis determinata veritas determinatione de inesse, id est ꝙ illud vnum erit determinate verum, ita ꝙ non reliquū: esto ꝙ nos nesciamus. Et ex illo breui nostro dicto potes intelligere prolixam declarationē Marchię. Chunradus Vuimpina homo certe nostra tempestate in perlegendis doctorum chartis impēse studiosus, adfert quendam Thomam Anglicum distinguentē de possibili logico & physico At quia minus acomodate facit ad dubij discussionem/ ea propter dimittimus sibi sua/ & ad alios pergimus.

Occham Ariminensis Aliacensis Alphonsus Maioris Eckius Vuimpina Th. Anglicus

APPENDIX AD DVBIVM

HAEC OMNIA Ad dubium principaliter respondentia voluit elegantissimus ille & diuus pater Ambrosius libro secundo de vocatione omnium gentium cap. x. vbi sic inquit: Omnes varietatum conpugnantiæ, & vniuersę dissimilium prouentuū causæ, quas inuestigare & discernere non valemus, in illa ęterna scientia simul notę/ simulqꝫ diuisę sunt: & nihil ibi inordinatum est: etiam de necdum existentiū qualitatibus actionum. Quoniā non est in deo accidens motus, aut noua voluntas, aut temporale consilium: nec cogitatio eius cum rerū mutabilium inęqualitate variatur: sed cuncta pariter tempora, & temporalia, sempiterno ac stabili comprehendit intuitu: & omnibus omnia iam retribuit: qui quę sunt futura iam fecit. Hinc illud est beati Pauli apostoli scribentis ad Ephesios:

Ambrosius Paulus

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo: qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per IESVM Christum dominum nostrum secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae. Et cetera quae sub eiusdem sensus praedicatione connectit: docens donum atque opus gratiae in aeterno dei semper mansisse consilio: omnesque adoptionis filios non solum in eo tempore quo iam existentes vocati sunt/sed etiam priusque mundus conderetur electos. In qua electione quicquid hominum praecognitum non est/nulla eidem ratione sotiabitur. Omnes enim qui in regnum dei de cuiuslibet temporis vocatione venturi sunt/in ista quae secula cuncta praecessit, adoptione signati sunt. & infra: Praescientia dei quae falli non potest/nihil perdit, & nullo detrimento minui potest. & infra: Scientia dei quae & praesentia/& praeterita/& futura complectitur tempore non teneri: & tam in conspectu eius astare ea quae gerenda sunt/quam illa quae aut geruntur/aut gesta sunt. Quod cum verissimum sit/non indiget mora cernendi & discernendi illa virtus: quae perpetuo veroque contuitu creata & creanda/ orta & oritura, acta & agenda simul aspicit: & quicquid in vniuersitate rerum per secula praefinita euoluit/ac multimodis varietatibus explicat: id totum in eo iam ordine comprehendit: quem ex ipsius summo illo perfectoque iuditio mundi huius finis accipiet. Haec pulcherrimus pater Ambrosius.

VNDE VENIT NOBIS ILLA DIFFICVLTAS INTELLIGendi Docti & indocti non faciliter capiunt quomodo praedestinatus possit esse praescitus: cuius duplicem reperio causam, scilicet praeteritionem & infallibilitatem seu immutabilitatem.

LIII Adam PRIMA CAVSA Est praeteritio inquit magister Adam. q. i. tertij. Homines enim communiter apud se syllogisant: Omne praeteritum est simpliciter necessarium: sed praedestinatio huius, cum deus ab aeterno eum praedestinauit, est praeterita: ergo necessaria: & per consequens non potest non praedestinasse eum quem praedestinauit. Istud autem argumentum & discursus venit ex falsa imaginatione: quia semper recurrimus ad actum diuinae voluntatis quasi praeteritum: ideo quasi non concipimus libertatem voluntatis ad actum/quasi iam absolute sit positus a voluntate. Sed ista imaginatio est falsa: illud enim nunc aeternitatis in quo est iste actus/semper est praesens. Et ita intelligendum est de voluntate diuina, seu volitione eius vt est huius obiecti: sicut si per impossibile nunc deus inciperet habere velle in illo nunc. Et ita libere potest deus in nunc deus/ in nunc aeternitatis velle quod vult, ac si voluntas ad nihil esset determinata. Si enim intelli-

Scotus geremus, inquit Scotus hic in solutione primi argumenti, per impossibile deum adhuc non determinasse voluntatem suam ad alteram partem: sed quasi deliberaret vtrum vellet istum praedestinare/aut non: bene posset intellectus noster capere/quod contingenter ipsum praedestinaret/vel non praedestinaret. Sed semper recurrimus/ac si praedestinatio esset praeterita, cum non transierit in praeteritum: licet ipsa coextiterit praeteritis, quae transierunt: non tamen ipsa praeterijt/ si alia

Thomas praeterierunt quae coextiterunt sibi. Dat pulchrum simile diuus Thomas de palo in fluuio/qui semper manet fixus praetereunte fluuio &c.

SECVNDA CAVSA Quæ excæcat humanam intelligentiam, est immutabilitas. Arbitrantur enim ex continenti/ dum audiunt deum immutabiliter & infallibiliter prædestinare, deum imponere necessitatem prædestinatis: quod cuilibet præ foribus astat illa maxima: Omne immutabile est necessarium: & in hoc quidem se paralogisant: subsumentes dein/ & prædestinatio est immutabilis: concludunt dein/ ergo est necessario. Ad istum ergo paralogismum respondent varie doctores nostri

VVILHELMVS DE OCCHAM

Occham

Respondet hic verum esse, omne immutabile reale esse necessarium: sed nõ omne immutabile propositionale seu complexionale est necessariũ: sed potest esse contingens propter solam repugnantiã successionis veritatis & falsitatis ad inuicem: vti si illa est iam vera, Antichristus non erit, tunc semper erit vera: & immutabiliter erit vera: sicut sæpe dictum est. REPLICATVR Huic solutioni Quando aliqua opposita sic se habent/ quod vnum non potest succedere alteri: si vnum inest/ impossibile est aliud inesse: sicut quia habitus non potest succedere priuationi. Si priuatio inest/ impossibile est habitum inesse. Sed esse prædestinatum & reprobatum sunt huiusmodi opposita: ergo cũ prædestinatio inest, impossibile est reprobationẽ inesse: & sic prædestinatus necessario est prędestinatus. RESPONDET VVILHELMVS Vbi supra, Maiorem esse falsam in talibus oppositis, quæ respiciunt futura contingentia/ quod si vnum insit, impossibile sit aliud inesse: quantumcunque vnũ non possit succedere alteri: sed in creaturis inquit, simile reperiri non potest. Huic solutioni doctores recentiores communiter subscribunt: dempto illo vltimo quod addidit in creaturis simile non reperiri. Nam in hac parte sibi resistunt Adam in secundo sententiarũ, & Aliacensis q. xi. primi. Simile enim reperitur in creaturis multiuariam in futuris contingentibus respectu illorum prædicatorum, verum/ falsum: vti supra sæpe fuit ostensum. Sufficienter tamen diluitur ratio interemptione maioris.

Occham

Adam Aliacensis

DIVVS BONAVENTVRA

Bonauentura LV

Aliter respondet suo more loquendi: quamuis confluat cum aliis re. dis. xxxviii. q. vltima. Immutabile potest dici dupliciter. Aut quia nichil actu est: aut quia actu est/ & non potest aliter se habere: & hoc conuertitur cum necessario. Sed illud immutabile quod non est aliquid actu/ nõ conuertitur. Et sic est verum contingens antequam res fit: & sic hoc dictũ, Antichristus erit, est modo verũ immutabile. (intellige ascẽdendo retrorsum) quia si ponatur verum esse/ ponitur quod semper fuerit verũ. Et similiter si falsum/ tunc semper erit falsum: & hoc quia nichil actu ponit. Quoniam ergo deum præsciuisse/ connotat futurum cõtingens: ideo est dictum ĩmutabile. Nec ex hoc sequitur quod sit dictum necessariũ. Ecce habes quod pe tis/ intentionẽ Bonauenturæ a iunioribus nõ recedentẽ: improbat dein aliorum sentimenta/ & inquit: Tamen aliqui volunt dicere/ quod deum præscire hoc futurum contingens/ est immutabile a parte præscientis: sed a parte rei præscitæ est mutabile: & ideo ex parte illa contingens. Sed tamen illud difficile est dicere: Quod enim præsciuit semel/ semper præscitum fuit. Et deus non potest præsci

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo: qui prędestinauit nos in adoptionem filiorū per IESVM Christum dominū nostrum sc̄dm ꝓpositum voluntatis suæ, in laudē glorię gratię suę. Et cetera quę sub eiusdē sensus prædicatione connectit: docens donum atq; opus gratiæ in æterno dei semper mansisse consilio: omnesq; adoptionis filios non solū in eo tempore quo iam existentes vocati sunt/ sed etiam priusq; mundus conderet̄ electos. In qua electione quicquid hominum præcognitum non est/ nulla eidem ratione sotiabitur. Omnes enim qui in regnū dei de cuiuslibet temporis vocatione venturi sunt/ in ista quæ sęcula cuncta pręcessit, adoptione signati sunt. & infra: Præscientia dei quæ falli non potest/ nihil perdit, & nullo detrimento minui potest. & infra: Scientia dei quæ & præsentia/ & præterita/ & futura complectitur tempore non teneri: & tam in conspectu eius astare ea quæ gerenda sunt/ q; illa quæ aut geruntur/ aut gesta sunt. Quod cum verissimum sit/ non indiget mora cernendi & discernendi illa virtus: quæ perpetuo veroq; contuitu creata & creanda/ orta & oritura, acta & agenda simul aspicit: & quicquid in vniuersitate rerū per sęcula præfinita euoluit/ ac multimodis varietatibus explicat: id totum in eo iam ordine compręhēdit: quem ex ipsius summo illo perfectoq; iuditio mundi huius finis accipiet. Hæc pulcherrimus pater Ambrosius.

VNDE VENIT NOBIS ILLA DIFFICVLTAS INTELLIGendi Docti & indocti nō faciliter capiūt quō prædestinatus possit esse pręscitus: cuius duplicē reperio causam, scilicet p̄teritionē & infallibilitatē seu immutabilitatem.

LIII Adam PRIMA CAVSA Est pręteritio inquit magister Adam. q. i. tertij. Homines enim communiter apud se syllogisant: Omne præteritum est simpliciter necessarium: sed prædestinatio huius, cum deus ab ęterno eum prædestinauit, est præterita: ergo necessaria: & per consequens non potest non prędestinasse eum quē prædestinauit. Istud autem argumentum & discursus venit ex falsa imaginatione: quia semper recurrimus ad actum diuinę voluntatis quasi præteritum: ideo quasi nō concipimus libertatem voluntatis ad actum/ quasi iam absolute sit positus a voluntate. Sed ista imaginatio est falsa: illud enim nunc ęternitatis in quo est iste actus/ semper est præsens. Et ita intelligendum est de voluntate diuina, seu volitione eius vt est huius obiecti: sicut si per impossibile nunc deus inciperet habere velle in illo nunc. Et ita libere potest deus in nunc deus/ in nunc ęternitatis velle quod vult, ac si voluntas ad nihil esset determinata. Si enim intelli-

Scotus geremus, inquit Scotus hic in solutione primi argumenti, per impossibile deū adhuc non determinasse voluntatē suam ad alteram partem: sed quasi deliberaret vtrum vellet istum prędestinare/ aut non: bene posset intellectus noster capere/ q; contingenter ipsum prædestinaret/ vel non prędestinaret. Sed semper recurrimus/ ac si prædestinatio esset præterita, cum non transierit in præteritum: licet ipsa coextiterit præteritis, quæ transierunt: non tamen ipsa præterijt/ si alia

Thomas præterierunt quæ coextiterunt sibi. Dat pulchrum simile diuus Thomas de palo in fluuio/ qui semper manet fixus prætereunte fluuio &c̄.

SECVNDA CAVSA Quæ exçęcat humanam intelligentiam, est immuta- bilitas. Arbitrant̃ enim ex continenti/dum audiunt deum immutabiliter & in- fallibiliter prædestinare, deum imponere necessitatem prędestinatis: ꝙ cuilibet prę foribus astat illa maxima: Omne immutabile est necessarium: & in hoc qui- dem se paralogisant: subsumentes dein/& prædestinatio est immutabilis: con- cludunt dein/ergo est necessario. Ad istum ergo paralogismum respondent va rie doctores nostri LIIII

VVILHELMVS DE OCCHAM Occham

Respondet hic verum esse, omne immutabile reale esse necessarium: sed nõ om- ne immutabile propositionale seu conplexionale est necessariũ: sed potest esse contingens propter solam repugnantiã successionis veritatis & falsitatis ad inui cem: vti si illa est iam vera, Antichristus non erit, tunc semper erit vera: & immu tabiliter erit vera: sicut sępe dictum est. REPLICATVR Huic solutioni Quando aliqua opposita sic se habent/ ꝙ vnum non potest succedere alteri: si vnum inest/impossibile est aliud inesse: sicut quia habitus non potest succedere priuationi. Si priuatio inest/impossibile est habitum inesse. Sed esse prædestina tum & reprobatum sunt huiusmodi opposita: ergo cũ prædestinatio inest, im- possibile est reprobationẽ inesse: & sic prędestinatus necessario est ꝓdestinatus.

RESPONDET VVILHELMVS Vbi supra, Maiorem esse falsam in ta libus oppositis, quæ respiciunt futura contingentia/ꝙ si vnum insit, impossibi- le sit aliud inesse: quantumcunq; vnũ non possit succedere alteri: sed in creaturis inquit, simile reperiri non potest. Huic solutioni doctores recentiores cõmuni ter subscribunt: dempto illo vltimo quod addidit in creaturis simile non repe- riri. Nam in hac parte sibi resistunt Adam in secundo sententiarũ, & Aliacensis q.xi.primi. Simile enim reperitur in creaturis multiuariam in futuris contingen tibus respectu illorum prædicatorum, verum/falsum: vti supra sępe fuit osten- sum. Sufficienter tamen diluitur ratio interemptione maioris. Occham Adam Aliacensis

DIVVS BONAVENTVRA Bonauentura

Aliter respondet suo more loquendi: ꝗuis confluat cum alijs re.dis. xxviij. q. vltima. Immutabile potest dici dupliciter. Aut quia nihil actu est: aut quia actu est/& non potest aliter se habere: & hoc conuertitur cum necessario. Sed illud immutabile quod non est aliquid actu/nõ conuertitur. Et sic est verum contin- gens anteꝗ res sit: & sic hoc dictũ, Antichrist⁹ erit, est modo verũ immutabile. (intellige ascẽdendo retrorsum) quia si ponatur verum esse/ponitur ꝙ semper fuerit verũ. Et similiter si falsum/tunc semper erit falsum: & hoc quia nihil actu ponit. Quoniam ergo deum præsciuisse/connotat futurum cõtingens: ideo est dictum ĩmutabile. Nec ex hoc sequit̃ ꝙ sit dictum necessariũ. Ecce habes qd' pe tis/intentionẽ Bonauenturæ a iunioribus nõ recedentẽ: improbat dein aliorum sentimenta/& inquit: Tamen aliqui volunt dicere/ꝙ deum præscire hoc futu- rum contingens/est immutabile a parte præscientis: sed a parte rei præscitæ est mutabile: & ideo ex parte illa contingens. Sed tamen illud difficile est dicere: Quod enim præsciuit semel/semper præscitum fuit. Et deus non potest præsci LV

re futurum contingens, ita φ nichil fiat circa futurū, & nulla mutatio. Et ꝓpter hoc primus modus dicendi est probabilior. Ex numero istorum apparet esse Boetius in quinto: & tantum de illo prolixo dubio.

Boetius

DVBIVM SEXTVM

AN PRAEDESTINATIO IMPONAT NECESSITATEM PRAEDESTINATO? RESPONDETVR

LVI SCd'm dicta in tribus prioribus dubijs, quia prędestinatus potest dānari, prędestinatio nō infert necessitatē, nec saluti, nec libero arbitrio: quoniam regulariter prędestinatio nō est causa salutis, nisi includendo merita/ & ita saluando liberum arbitrium inquit Bonauentura probatur conclusio/ quia prędestinatio est per voluntatem dei: sed quicquid deus agit a dextra volendo mere cōtingenter agit vt supra docuimus. Preterea deus sc'dm communem legem/ nō est causa salutis nostrę, nisi accedente alia causa contingente: scilicet libero arbitrio. Sed regula est dicit Bonauentura: Quotienscunque effectus dependet a causa necessaria & variabili, necessaria tanꝙ vniuersali, variabili tanꝙ particulari: tunc denominatur effectus a particulari: ergo effectus qui dependet a causa contingente, est contingens. Sicut habemus analogiam in ꝓpositionibus copulatiuis/ vbi habitudo propositionalis sequit̃ partem debiliorem. Et in syllogismis cōclusio sequitur praemissam debiliorem: oppositum euenit in disiunctiuis. Testatur beatus Ambrosius libro secundo de vocatione gentium in contrario praedestinationis/ dicens: Haec autem ęterna & semper tranquilla dei cognitio/ nulla nos vrget necessitate peccādi: nec inde manat iniquitas/ vnde iusticia. Quia cum bonus deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura: a liberis voluntatibus quas vtiꝗ fuit bonū liberas fieri, spontanea est orta transgressio &c̃. Et ita nullam probabilitatem habet doctoris profundi Iacobi de Esculo opinio/ deum antecedenter necessitare voluntatem creatam: ita φ respectu dei sit ratio a priori necessaria: & respectu creaturę libera: sicut late improbatur per Petrum de Candia. q. vi. primi. arti. iij.

Bonauentura

Bonauentura

Ambrosius

Candia

RATIO A PRIORI Huius responsionis est, quia deus praeuidit rem futuram ex infinitate suae scientiae, quam nichil potest subterfugere eo modo & omni modo quo futura est: al's non esset infinita. Et quia res futurae contingenter eueniunt/ contingenter etiam praeuidentur. Illam rationem efficacem & cōcludentem ponit diuus A. Augustin⁹ libro tertio de gratia & libero arbitrio/ vbi contra negantes praescientiam/ ita disputat: Attende inquit, quanta cęcitate dicat̃ si praesciuit deus futuram voluntatem meam: quoniam nichil aliter potest fieri, ꝙ praesciuit: necesse est vt velim quod praesciuit. Si autem necesse est, iam nō voluntate/ sed necessitate id me velle fatendum est. O stultitiam singularem: quo

Augustinus

modo ergo non poteſt aliquid aliud fieri ꝙ deus pręſciuit. Si voluntas nõ erit quam voluntatem futuram ille præſciuit: vult dicere ꝙ directe concludatur op poſitum: quia ſi velim neceſſitate, & deus præſciuit me velle voluntate & libere: ſequitur ꝙ ego aliter velim ac ipſe præſciuerit me velle: quod eſt confeſſo omnium falſiſſimum. Quare Zoroaſter rex Bactrianorum naturali vigens ratione inquit: Pater non incutit metum/ ſed perſuaſionem inducit: vt renarrat Simphorianus in Triſmegiſticis. Et vt poſſit faciliter capi quõ præſcientia dei non imponit neceſſitatem, audiamus Aliacenſem hoc mirifice declarantem Zoroaſter Simphorianus Aliacenſis

MODVS PONENDI CARDINALIS CAMERACENSIS

PRAESCIENTIAM Non imponere neceſſitatem/ ſic intelligatur: Si per impoſſibile poneretur futurum non præſciri, nec a deo/ nec a quouis alio: adhuc illud eſſet contingenter futurum, & vnum contradictoriorum eſſet verum, & alterum falſum. Accedat tunc ſcientia dei, ita ꝙ deus præſciat illud eſſe futurum Conſtat ꝙ per illam acceſſionem præſcientię illud non erit aliter futurum ꝙ prius: ſcientia enim adueniens non mutat conditionem rerum. Idem erit ſi ſcientia ab ęterno idem eodẽ modo præuiderit. Et eſt aliquo modo ſimile quod dat Bonauẽtura/ & contionatores diuini verbi communiter aſſerunt. Datis duabus vijs, Eckebertus poteſt ingredi quam voluerit libere & contingenter me non videntem e ſpecula: Sed ego in pinna ipſius turris/ vt videam quã viam vadat: certe nunc video quam ingreditur: tamẽ propter certitudinem & euidentiam viſionis meæ non tollitur eius contingentia/ qua libere ingreſſus eſt viam. LVIII Bonauentura

COROLLARIVM NOTABILE Gregorij Ariminenſis ex intentione diui Boetij Seuerini Senatoris Romani optimi libro quinto de Cõſolatu philoſophico pulchra & egregia multa in hanc materiam adferentis. Quem tamen Laurentius Valla more ſuo dente Theonino corrodit: & philautia obrutus, iudicium ſuum Boetio præferat/ inquiens Boetium ab eius ſententia non debere appellare. Quamuis non immerito admiretur hominem Chriſtianum in tali ac tanto opere vti eſt liber de Conſolatione Philoſophiæ, nullam de optimo conſolatore IESV CHRISTO, de noſtra religione facere mentionem. Sed audiamus corollarium. Non facilius poteſt ſaluari futurorum contingentia, non ponendo dei præſcientiam/ ꝙ ipſa poſita. Nec ex ipſa dei præſcientia plus poteſt inferri neceſſitas in futuris/ ꝙ ipſa non poſita. Ariminenſis Boetius Valla

COROLLARIVM ALIVD PETRI DE ALIACO

FATVVM eſt/ & ſignum magnæ ignorantiæ, in iſta materia negare præſcientiam dei propter contingentiam rerum: aut negare contingentiam rerum propter præſcientiam dei. iſtud ſequitur ex dictis. Vnde non Philoſophi/ ſed aſophi & imprudentes iudicandi ſunt Protagoras, Epicurus Lapſacenus, Diagoras Melius Euemerus, Theodorus Cyrenaicus, Critolaus, Diodorus, qui omnes vel deum eſſe penitus negarunt: aut ſi vtique ſit deus, nullam tamen noſtri curẽ gerat: vno dempto Epicuro Neoclis filio, qui nonnullã præſcientiã ac LVIII Aliacenſis Protagoras Epicurus Diagoras Theodorus Critolaus Diodorus

ꝓuidentiã in deo admittit:sed quę vltra connexũ lunaris globi nõ descenderet
Euripides quoq; Tragicus, vt Plutarchus Cheronẽsis de placitis philosopho-
rum: horũ oim meminit/nisi Areopagi iudiciũ timuisset, eadem fuit sententia.
Gregorius Nyssenus quoq;.viij.lib.de ꝓuidentia dei, Platonẽ triplicem ponẽ-
tem ꝓuidẽtiã laudat. Aristotelẽ voluisse particularia regi a natura, vniuersalibꝰ
ꝓuideri a deo. At Democritũ, Heraclitũ & Epicurũ neq; vniuersaliũ/neq; par
ticularium prouidentiam in deo esse voluisse. Vnde Diagoras αθεος id est sine
deo & Epicurus βλασφημος blasphemus a Theodoreto grece dicti sunt Fran-
cisco Pico doctissimo comite de prouidentia renarrante. Ex horum sententia ar
bitror Ouidium cecinisse libro secundo de tristibus

Euripides, Plutarchus, Nyssenus, Plato, Aristoteles, Democritus, Heraclitus, Epicurus, Theodoretus, F. Picus, Ouidius

Vtq; deum cœlumq; simul sublime tuenti.
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.
A te pendentem sic dum circumspicis orbem
Effugiunt curas inferiora tuas.

Horatius

In hanc eandẽ sententiã Horatius Flaccus cõcedere videt̃/dum in Satyris inquit
Credat iudęus apella. Non ego: namq; deos didici securũ agere æuum
Nec si quid miri faciat natura, deos, id
Tristes ex alto cœli dimittere tecto.

Cicero, Adam, Baccho, Zeno

Huic calculo adde .M. Tulliũ eloquẽtię Romanę parentẽ, sed in hoc temere ac
fede lapsum. Cuius ratiões frigidiusculas M. Adam Anglicꝰ ꝓlixe diluit in.ij.
Cõmẽ.Sentẽtiarũ.& Ioãnes Bacchonis manũ cũ eo cõserit.in.iij.Sen.di.i.q.iiij
AT E Regione ęque perperã dixerũt Stoici: quorũ princeps fuit Zeno Ziti-
ensis. Hij pręscientiã dei admittẽtes/oĩa tñ fato & necessitate fieri autumauerũt:
& ita abstulerunt rerũ contingentiã/& nostri arbitrij libertatẽ. Ita in eam sentẽ-
tiam arguit Diodorus valens dialecticus apud Ciceronẽ de fato contra Chry-
sippũ, illud solũ fieri posse/quod aut sit verũ/aut futurũ sit verũ: & quicqd fu-
turum sit, id fieri necesse sit: & quicqd nõ sit futurũ/id negat fieri posse. Et hoc
idem dixit nobis in pręteritis melius apparere contentionẽ Diodori ea de cau-
sa περὶ δυνατου id est de possibilibus appellatã testatur Cicero. Illam tñ Stoico
rum sententiã, cui etiam Empedocles subscripsit, omnia scilicet fato fieri Cicero
dicit esse intollerabilẽ. Vtriusq; opinionis meminit diuus A. Augustinus lib.v.
de ciuitate dei.ca.ix.& Thomas Argentoracensis friuola motiua eorũ diluit ac
exoluit. Ciceronis argumentũ quo res humanas de quibus consiliamur diuinæ
subtraxit ꝓuidentię: quia videlicet si omnia essent a deo pręuisa/certũ tunc exta-
re causarũ ordinem: quo consistente/omnia fato agent̃: quod si fiet/iã nihil erit
in potestate nostra. Diuus Thomas in summa contra gentiles fusius ꝓsequit̃ li
bro tertio.ca.xci. qui etiã Auicebrontis & Maurorũ sententiã destruit in libro
de potentia.q.iij.art.vij. volentiũ res naturæ nihil agere: sed quandam vim spi-
ritalem eas penetrantem per omnia corpora agere: & ita deum esse causam im-
mediatam omnium.ead.q.art.xvi. Rabi Moysen excutit/q; prouidentiã dei so-
lum ad singularia humanę speciei deduxerit/q; rationalia sint/ad bruta vero eã
nõ deduci existimãs. Passim errores istos apud Theologos reꝑies improbatos

Diodorus, Cicero, Chrysippus, Cicero, Empedocles, Augustinus, Thomas, Auicebron, Moyses

VNDE MVLTO Melius Philosophi & Poetæ etiam antiqui philosophati sunt vtrumqꝫ ponentes/ & ꝓuidentiam dei existere/ & multa quoqꝫ contingēter euenire. Hinc Elysei campi & beatorū fortunatæ insulę, hinc tartarus, styx flegeton, damnatorum insulæ & huiusmodi fabularū eis via per hoc patefacta est. Vnde diuus Augustinus penultimo de ciuitate dei libro, miratͬ de Vergilio/ ita inquiens: Mirari autem soleo etiam apud Maronem reperiri istam domini sententiam/ vbi ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt & ipsi vos recipiant in eterna tabernacula. Cui & illa simillima est: Qui recipit prophetam in nomine prophetę/ mercedem prophetę recipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti/ mercedem iusti recipiet. Nam cum Elyseos campos Poeta ille describeret/ vbi putant habitare animas beatorū, non solum posuit ibi eos qui ꝓprijs meritis ad illas sedes ꝑuenire potuerūt/ sed adiecit atqꝫ ait: Quiqꝫ sui memores alios fecere merendo: id est qui promeruerunt alios: eosqꝫ sui memores promerendo fecerunt. Versus ita leguntur apud Vergilium in sexto: Augustinus Saluator Vergilius

Hijs demum exactis, perfecto munere diue
Deuenere locos lętos: & amoena vireta
Fortunatorum nemorum: sedesqꝫ beatas
Largior hic campos ęther & lumine vestit
Purpureo: solemqꝫ suum sua sydera norunt.
Pars in grammineis exercet membra palęstris.
Contendunt ludo: & fulua luctantur harena.
Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt,
Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles
Magnanimi heroes nati melioribus annis.
Conspicit ecce alios dextra leuaqꝫ per herbam
Vescentes: lętumqꝫ choro Pęana canentes
Inter odoratum lauri nemus/ vnde supernæ
Plurimus Erydani per syluam voluitur amnis
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi
Quiqꝫ sacerdotes casti dum vita manebat.
Quiqꝫ pij Vates & Phoebo digna loquuti
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,
Quiqꝫ sui memores alios fecere merendo
Omnibus hijs niuea cinguntur tempora vitta.

Hæc Vergilius: cuius carmina libenter recensuimus/ qꝫ omnino prouidentiam dei redoleāt, teste etiā Augustino: quā Philosophastri multi negarūt: etsi ethnicoteron loquatur. Ita quoqꝫ Damon apud eum in Bucolicis improperat Nisæ qꝫ minus recte de prouidentia dei sentiebat/ inquit enim: Vergilius

Nec curare deum credis mortalia quemquam.

Est ergo error impudētissimus, nedū apud fideles/ sed etiā apud Ethnicos negare dei pręscientiā/ vel futurarū rerū cōtingētiā: vt est videre apud summū philosophię antistitē Platonē in Thimeo, vti supͣ meminimꝰ in Gregorio Nysseno Plato Nyssenus

Symphorianus In libro item decimo de rep. in Crytia: in libro de regno, vti Symphorianus in philosophia Platonica latius psequit. Deus enim non tam sciendo/ q̃ volendo facit res: alioquin cuncta simul fecisset. Sicut in praescientia dei sunt scripti rerum euentus, ita & causę & modi agendi. Vnde sicut te praeuidet hoc facturum Algazel sic praeuidet te ita, id est voluntarie facturũ. De quo Algazel pulchra lib. i. Philosophiae suę tractatu tertio. qui ceteris philosophis plus rationabiliter loquit.

LIX Aureolus COROLLARIVM TERTIVM. Constat ex dictis manifeste q̃ periculosa & fidei contraria sit Petri Aureoli opinio dis. xxxviij. q. i. art iij. dicentis/ illam esse falsam, deus scit q aliquid est futurũ. Similiter illam, deus scit q Antichristus erit: & omnes similes quibus significat deum determinate scire aliqua futura: cuius rationẽ assignat: quia talis propositio de futuro contingenti nõ est determinate vera: & per consequens nec determinate scita. Et iterum dicit q illa sit impropria, deus scit quid est futurũ: sed tantum sub disiunctione hoc vel illud, siue q negatio vel affirmatio est futura: sed determinate nescit q affirmatio est futura: quia ipsa non est determinate futura. Deus autem non potest scire quod nõ est: & omnino amplectitur opinionẽ quam Vuilhelmus Occham Ariminensis, & Aliacẽsis Aristoteli imponunt: q̃uis ab hac iniuria vindicet Aristotelem Ioannes Maioris ead. dis. Et doctissimus comes Mirandulanus Franciscus Picus libro de prouidentia. Haec domini Aureoli sententia, inquit Petrus Aliacensis Aliacensis, est contra sacram scripturã & sanctorum intentionem. Et indubie si ita est vt illi renarrant/ tũc opinio sua a Christiano est prorsus explodenda: qđ Cicero & Cicero Epicurris ita dicentibus, enunciationes videlicet de futuro non veras nec falsas/ sed disiunctiones ex contrarijs veras, illud exprobrauerit inquiens esse miserabilem differendi inscientiam. Vnde clare apparet q̃ erronee crediderit Aureolus demonstrabilem Aristotelis sententiam/ nullam scilicet propositionẽ Aureolus de futuro contingenti esse veram vel falsam. Aureoli opinionẽ ad longũ refert P. de Candia Petrus de Candia electus in summum pontificem: & Alexãder quintus dictus in. q. vi. primi sen. art. ij. & ponit tredecim cõclusiones. Cuius mihi copiam fecit I. Stoppel celebris Archiatrus & mathematicus Iacobus Stoppel vicinus meus Meminge. Et aduerte, Petro referẽte, in hoc deceptus est Aureolus/ quia arbitratus est eternaliter verũ esse ineuitabiliter verũ & necessario: qđ est oim sentẽtia falsissimũ.

OBIECTIO COMMVNIS

LX Contra praedicta potest quis talem rationem stringere: Eckebertus fuit praedestinatus ab aeterno: ergo Eckebertus necessario saluabitur. Tenet conseqens & consequentia a famata dialecticorum regula: Omnis ppositio de praeterito vera est necessaria. Respondetur consequentiã esse inualidam: nec antecedens fore necessarium. Quod cum ita obfirmas: quia sit de preterito vera/ & ita necessaria Chrysippus Cicero Cleas Fateor veterem esse illam regulam: nam sic Chrysippus (Cicerone teste) censuit aduersus Cleantem praeceptorem suũ/ omnia in praeteritis vera esse necessaria. Attamen dico illam non in vniuersum tenere: nec esse catholicam. Vnde in ludicribus Eckius dicribus logicę nostrae exercitamentis dum haec regula incidit/ duas superaddi

dimus conditiones. Prima/ꝙ veritas eius non dependeat ab vna de futuro con tingenti: vti est hæc nostra propositio quæ dependet ab illa: Eckebertus saluabi tur: ita & illa, Antichristus fuit futurus: extremum iudicium fore fuit verũ, & si miles. Alia conditio est/vt terminus distributus non incipiat supponere ꝓ plu ribus/ꝗ̃ aliquando supponebat: vt liquet videre in illa: Omnis homo fuit in paradiso: quæ primo anno creatiõis fuit vera de Adam & Eua/sed non neces saria: quia modo falsa, dum ly homo iam incepit pro pluribus supponere

EPILOGVS

Concludendo dicimus: quia prædestinatus contingenter est prædestinatus: & ita potest nunꝗ̃ fuisse prædestinatus: & si potest esse non prędestinatus/potest damnari & reprobari: quare prædestinatio nullam necessitatem infert prędesti nato. Vnde deus contingenter videt quicquid ille contingenter est facturus: cũ hoc tamen stat ꝙ necessario deus sciat omne futurum contingẽs enuntiabile ve rum esse verum: id est non stat hoc esse futurũ: & hoc deum non scire in sensu compositionis. Richardus dat tria exempla/de negatione Petri, de proditione Iudę, & crucifixione actiua Iudęorum: sed de illis alibi. Richardus

DVBIVM SEPTIMVM

AN PRAEDESTINATIO IVVETVR PRECIBVS SANCTO RVM, AVT REPROBATIO IMPEDIATVR.

Quis illud dubium superius obiter tetigerimus, placet hic latius immorari. LXI Thomas Bonauentura Tarantasia

PRIMO Ergo diuus Thomas, Bonauentura, Tarantasia &c. & alij præde stinationem iuuari quo ad effectum, duplicem recipit intelligentiam. Vnam ꝙ prædestinatio in se & absolute considerata iuuetur precibus sanctorũ, & sic ne gãt: quoniam deus nulla creatura cooperante operatur prædestinando. Alia in telligẽtia est/ꝙ solum iuuetur quo ad effectum/vt inquit sanctus Thomas: aut vt dicit Thomas Argentinus/iuuetur quantum ad executionem, & suorum ef fectuum in se positionem.

ET HOC Iterum potest euenire biuariam maxime sedm Thomã. Vel enim possumus simpliciter loqui de toto prædestinationis effectu cõiunctim: & tũc preces sanctorum non iuuant prædestinationem/sed includuntur: & hoc satis liquet ad mentem primę opinionis. Vel intelligitur quo ad aliquem effectum particularem illius prædistinitionis: & sic concedunt partem affirmatam dubij Argentinus Thomas

TERTIO Addendum/prædestinationẽ iuuari precibus sanctorũ, potest tri uariam accidere, inquit Pelbartus in rosario. Primo vt a causa meritoria de con digno, sicut iustus orat pro se. Secũdo vt a causa meritoria de congruo: sicut qñ iustus orat pro peccatore, & impetrat ei primam gratiã: de quo in secunda par te articuli secundi. Et facit Augustinus de oratione S. Stephani pro Paulo. Ter tio modo iuuatᷣ precibus sanctorũ inductiue: vt cum quis persuadendo dehor tatur alium a malo/& ducit ad bonũ: vt beatus Narcissus apud Augustam vin delicã conuertit S. Afrã Cypri reginã. Dei enim adiutores sumus, inquit aps̃. i. ad Corint. iij. Sic B. Gregorius quarto dialogorũ ꝓbat prędestinationẽ iuuari precibus sanctorũ, ꝙ Isaac obtinuit oratiõe conceptũ ipsius Iacob q fuit sanctus LXII Pelbartus Augustinus Narcissus Gregorius

Et Zachariæ oratio exaudita est pro habēdo filio IOANNE Baptista: & hoc
Augustinus Gregorius voluit diuus Augustinus, vti etiam verbis Gregorij legit̃ in decretis canonicis.
c.obtineri.xxiij.q.iiij.Obtineri nequaꝗ possunt/ quæ prędestinata non fuerūt:
sed ea quę sancti viri orādo efficiūt/ita prędestinata sunt vt precibus obtineant̃.

LXIII QVARTO Dicitur/ꝙ reprobatio in se & simpliciter dicta/ non sit impedibilis.sed bene reprobatio accepta pro sententia interloquutoria est impedibilis
T.Argētinus Pro intelligentia huius ꝓpositionis notat Thomas Argentoracensis/ꝙ sicut iudices humani in suis iudicijs duplici vtunt̃ sententia: quarum vna est interloquutoria/alia vero diffinitiua.Prima non est litis decisiua, nec semper est ei contra quem fertur nociua/ꝙ in processu iudiciario aliquando fertur sententia definitiua pro eo contra quem est lata interloquutoria. At sententia definitiua non est mutabilis quo ad victoriam causę/ante illum iudicem a quo est lata sentētia.Sic metaphorice loquendo & transferendo ad diuina, aliquando proferunt̃ a deo
Ezechias Esaias sententiæ quasi interlocutorię.Patet de Ezechia rege.iiij.Regum.xx.vbi dixit ei dominus per Prophetam: Præcipe domui tuæ, quia morieris/& non viues: & tamen postea dixit dominus: Audiui orationē tuam/& lachrymas tuas vidi, & ecce sanaui te: die tertio ascendes templum domini: & addam diebus tuis quindecim annos. Aliud simile habet̃ apud prophetam Ionam: Verbum enim do
Ionas mini factum est ad Ionam, & dixit Ionas: adhuc quadraginta dies/ & Niniue subuertet̃: & crediderunt viri Niniuitæ in domino: & vidit deus opera eorum
Niniuitę quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est super maliciā quam loquutus fuerat, vt faceret eis/& non fecit. Nam illarum sententiarū nulla fuit diffinitiua: quia vtraꝗ reuocabilis/& de facto reuocata: sed quælibet erat quasi conditionalis/puta hac conditione: si non conuerterent̃: ꝗuis prophetæ absolute eas, & sine conditione protulerint.

NOTVLA

Lyra LXIIII Verum vtcunꝗ loquat̃ Argentinus/tamen Nicholaus de Lyra Minorita, egregius biblię interpres capite primo super Ionam, ponit differentiā inter illa duo exempla. Nam præmittit ipse/ꝙ duplex est prophetia. Vna prædestinationis, scilicet quando aliquid reuelat̃ futurum/eo modo quo est in diuina ordinatione efficaci: & ille semper implet̃/vt est mortuorū resurrectio reuelata. Hoc mo
Samuel do reuelauit dominus Samueli deiectionē Saulis.i.Reg.xv.propter quod dixit Samuel: Porro triumphator in israel non parcet/& pœnitudine non flectetur: neꝗ enim homo est vt agat pœnitentiā. Aliud exemplum potes dare de puero pro cuius vita orauit Dauid.ij.Regum.xij. Sed sentētia diffinitiua erat lata contra puerum: ideo deus non exaudiuit preces Dauid. Alia est prophetia comminationis, quando scilicet aliqua punitio reuelat̃ futura, prout est in causis secundis scd'm eorum dispositionē/ vel simile: & talis fuit prophetia Esaiæ respectu Ezechię: cuius talis erat infirmitas/vt scd'm naturam non poterat euadere mortem. Ex quo elicit

COROLLARIVM

Qꝫ spiritussanctus aliquando tangit minus perfecte, aliquādo vero perfectius corda prophetarū. Patet hic de Esaia/cui primo reuelauit Ezechiam fore moriturum, & intellexit scd'm cursum naturæ: & dein perfecte ei reuelauit/ꝙ benefi

cio dei miraculose esset victurus ad quindecim Annos. Ad propositum non sic erat subuersio Niniuitarum/ sed'm communem cursum naturæ futura.

ISTIS PRAEMISSIS Probatur quartum dictum quo ad primam partem: quia quod irreuocabiliter est sententiatum a sapientissimo iudice & omnipotente, hoc precibus impediri non potest. Secunda pars probat: quia iudicis sententia non excludens omnem defensionē, intercessionem & ꝓmotionē eius contra quem sententia lata est/ non est immutabilis/ sed impedibilis, vel per viā defensionis/ puta allegādo in causa melius ꝙ̄ fuerit prius allegatum: vel per viam supplicationis/ puta ꝙ amici precibus placant iudicem. Sed reprobatio isto modo nō excludit omnem defensionem & ꝓmotionem ipsius iudicati: ergo &c. Minor aperitur quatuor exemplis.

EXEMPLVM PRIMVM Est quod ponit Beatus Gregorius de Traiano Imperatore: super quem dicit Vorrilon dis.xli. primi. non erat lata sententia diffinitiua/ ꝙ præsciret deus post trecentos annos beatum Gregorium pro eo oraturū: cuius meritis & intercessione vitę fuit restitutus: & peracta pœnitentia saluatus est. Nam Beatus Gregorius transiens per forum Traiani, meminit eximiæ illius iusticię & clemētiæ Traiani in viduas: vt iam ocreatus/ galeatus ac expeditus in bellum Persicū, viduę tamen occurrenti mitissimus imperator & patriæ pater ius in itinere dixit, & iusticiam administrauit: qua pietate motus magnus ille sanctitate/ doctrina, & factis Gregorius pro eo orauit: ad quē vox cœlitus demissa: Petitionē tuam audiui, & Traiano pœnam ęternam peperci. Refert hoc beatus Gregorius libro primo Dialogorum. LXV Gregorius Traianus

NOTVLA. Ex narratione domini Papę nō apparet probabile quod aliqui attendentes/ ꝙ in inferno nulla est redemptio/ dicunt Traianū de inferno non fuisse liberatum/ sed in inferno detentū/ pœnis & doloribus ignis amplius nō vrgeri ad præces beati Gregorij. Et minus ꝓbabile apparet/ ꝙ alij asserūt Gregorium solum impetrasse Traiano suspensionē pœnę infernalis vsq; ad extremum iudicium. Sed verisimilior est sententia iuxta mentem ꝓpositionis/ ꝙ nō fuerit finaliter & sententia diffinitiua adiudicatus inferno. Sed vel solum interlocutorie/ aut suspensa fuit cum eo sententia vsq; quo precibus Beati Gregorij fuit reuocatus ad vitam ex orco: vbi in fide Christi cōsecutus est hic gratiam, & alibi gloriam. Et ita infert Altisiodorēsis in summa/ bene aliquē renouari a statu culpæ ad statum gratiæ. Magister Adam in penulti. q. quarti allegat ad hoc Isidorum dicētem Traianum ita fuisse damnatum/ vt beati Gregorij precibus fuerit reuocandus. Q₂ dicitur, in inferno nulla est redemptio/ verum est sed'm legem ordinatam. De quo infra latius. V. Altisiodo: Adam Isidorus

EXEMPLVM SECVNDVM Ponitur a Vuilhelmo Vorrilon dis.xlvi. primi de Dagoberto rege Francorum, occidentalium originē ducente ex nobilissima Francorum orientalium prosapia: qui Clodoueo & Morouco ducibus transgressi Rhenum: & superato Vogeso/ gallias occuparunt. Is ergo nobilissimus rex vt refert, diui Dionysij Parrhisiorum antistitis interuentu & precibus ab inferis liberatus est. Idem Dagobertus magnis impensis Albiburgium mo Vorrilon Dagobertus Clodoueus Morouecus Rhenus Vogesus Dionysius Vueissenburg

monasterium Rhenatium fundauit, & locupletissime dotauit: verum nostra ęta te & paulo supra satis magnam iacturam passum est.

LXVI Vorrilon TERTIVM EXEMPLVM Ponit idem Vuilhelmus Vorrilon dist.xxi. quarti. de quodam Minoritanæ familię fratre in conuentu Venetũ Britanniæ Katharina resuscitato meritis & intercessione diuę KATHARINAE cui erat deuot⁹, qui facta suorum peccatorũ confessione obdormiuit in domino.

Argentinus Otilia Etico Childericus Peutinger QVARTVM EXEMPLVM Ponit Thomas de Argentina vicinus sanctę Otiliæ de Eticone patre S. Otiliæ, qui a Childerico.xxi. & vltimo, ex ꝓsapia Clodouei Francorũ rege, præses ꝓuincię Alsaticę constitutus est, vt Chunrad⁹ Peutinger Augustanus iureconsultus & Antiquarius in cõuiualibus suis ꝓdit: Eticonẽ istum postq̃ mortem oppetiisset/aiunt ex inferno fletibus Otiliæ natę Hohenburg suæ liberatũ. Alii ex purgatorio dumtaxat: vti hodie in mõte Hohenburg, vbi eius fuit castrũ, sacellum ostendit/ in quo peruigil sancta Otilia ante cancellos ꝓ eo orasse dicit̃. Et cauerna qua exiuisse Etico credit̃/hodie monstrat̃: vti nos Anno. M. D. VI. annis ab hinc ferme septẽ/hiis oculis deuote vidimus. Isto dubio sic vtrũq̃ sopito, incidunt alia longe difficiliora/puta de mortuis, & dein iterũ resuscitatis: & vt e fundo difficultatẽ omnẽ expedam⁹/sit nobis huiuscemodi dubii titulus.

DVBIVM OCTAVVM

AN MORTVI ET DEIN RESVSCITATI FVERINT IN PRIMO TRANSITV PRAEDESTINATI VEL REPROBATI?

LXVII P. de Ebano DVbium istud multa ambigua imbibit. Sed hoc aduertendum in primis, errorem fuisse Petri de Ebano expertissimi medici, deridentis in hoc miracula Christi & sanctorum In resuscitatione mortuorũ. Arbitramentũ suum fuit tale: Illos neutiq̃ vere fuisse mortuos/sed quadam infirmitate detentos, pręoccupante omnes sensus, omnemq̃ sensitiuã perceptibilitatẽ per tres integras cœli reuolutiones/ita vt cuilibet aspicienti appareant mortui. Sed mentita est iniqui Argentinus tas sibi, induit Thomas de Argẽtina. dis. xxxviii. quarti. & recepit mercedem erroris sui. Nam Lazarus vltra tres cœli reuolutiones iam quatriduanus fetebat. Affirmat Thomas se fuisse præsentem/quando ossa prædicti Petri in ciuitate Paduana ꝓ hiis & aliis suis errorib⁹ exhumata, fuere cõbusta. Inuenies similes Padua errores multos, sed a veritate catholica explosos: & ideo contemnendos.

LXVIII SECVNDO NOTATV Dignum existit/q̃ cum resuscitati a morte, vti certissime credimus, denuo fuerint mortui, An dolores mortis denuo sint experti/variam esse doctorum hinc inde opinationẽ. Aliqui enim arbitrati sunt tales resuscitatos solum semel dolorẽ mortis passos: & secunda vice vere quidem fuisse mortuos: sed mortis amaritudinẽ non sensisse. Et hoc eo robore decertãt: quoniam cum mors sit pœna debita peccato originali, & deus non punit bis in idipsum, sicut scribit̃ Naum secũdo. Ergo tam acerbum dolorem, sicut est pœna mortis, non bis infligit deus misericors/& mitissimus iudex.

Lazarus Augustinus Chrysostomus SED CONTRA Istam sententiam statim obiicitur de Lazaro, qui post resuscitationẽ semper fuit tristis: & nunq̃ visus est de cętero ridere, vt inquit diu⁹ Augustinus: & cõcordat Chrysostomus. Et post pectines ferreos, loricã igneã,

picem ardentem, plurimas sagittas, martyrio tandem vitam finiuit Massiliæ: & ita passiones & dolores mortis denuo expertus est.

CONFIRMANTVR, Prędicta ex eo ꝙ inuictissimus miles christi sanctus SEBASTIANVS duplici morte duplicis martyrij, geminā aureolā est cōsecutus/ qđ minime vsuueniret: nisi vtriusꝙ mortis dolores fuit expertꝰ: & hoc est singulare diui martyris & patroni optimi priuilegiū. In simili casu Ioannes Scotus vocat aliquos bisconfessores, sicut S. Sebastianus dicit̄ bis martyr. q. vi. dis. iiij. quarti sententiarum.

Sebastianus

Scotus

RESPONSIO BONA. AD INCIDENS

Aliter ergo arbitratur Seraphicus doctor & meus pręcipuus ex doctoribus in theologia ductor Eustachius Bona. Cuius hęc est in secūdo sentētiarū di. xxxiij. litterali cōmentario sententia: Resuscitatos in vtraque morte acerbitatem & amaritudinem mortis sensisse. Etsi Lazarus vel quicūque alius in prima morte dolorem, peccato originali debitum pertulit, recōpensatū est tamen ei per beneficium subsequens: nam eoipso quod a morte suscitatus est/ fuit ei merendi spatiū ampliatum, quod est præcellens & magni momenti beneficiū. Ideo cū hoc alicui confertur vt suscitetur, magis sibi debet reputare quod præstat̄ beneficium ꝙ suppliciū. Istā Eustachij decisionē/ vti veritate ęquabiliorē libenter recipimus

Bonauentura LXIX

TERTIO MEMORI mente tenebis diuersas & longe distantes fuisse doctorū in dubio principali opiniones. Nam visum est multis omnes tales resuscitatos prima vice quando obierunt: fuisse de damnandis: & ita reprobati quasi interlocutorie/ non diffinitiue. Pro magno ergo beneficio deus hoc eis cōtulit, vt ad statum viæ restituti/ delicta commissa expiarent, & meritum regni cœlestis ampliarent Pro ista sententia audiui aliquando disputatiue induci irrefragabilem doctorem Alexandrum de Ales: & ita postea conperi apud eum parte prima. q. xxi. membro. ij. paragrapho. i. vbi inter alia sic inquit: Tamen notandum ꝙ infernus dicitur pœna acerbissima & ęterna: nullus ergo addictus pœnę inferni quantum ad ęternitatem: sed addictus pœnæ inferni quantum ad acerbitatem potest liberari: & si non meritis proprijs/ attamen alienis: sicut accidit illis qui sunt suscitati ad preces sanctorum. Hæc bonus ille & pulcherrimus Alexander. Ex quibus vltimis verbis ratiocionantur eum voluisse resuscitatos prius fuisse addictos pœnæ inferni quo ad acerbitatem. Aliomedio etiam hoc idem affirmant: quoniam si tales fuissent prædestinati post primam mortem, tunc fuisset eis magnum præiudicium restitui ad pristinum statum vię in quo iterum poterant demereri, & sic finaliter a gratia excidere, & in ęternū damnari: vnde non esset eis in beneficium/ sed in maleficium resuscitari.

Ales

IMPROBATIO OPINIONIS

Contra istam sententiam multiuariam obijci potest. Et primo de Lazaro, quē supponimus ex euangelica veritate indubie ab amabili domino nostro IESV Christo resuscitatum: & in forma arguitur sic Lazarus fuit resuscitatus a mortuis, & tamen in prima morte non fuit reprobatus/ nec gehennæ addictus: ergo prior opinio male affirmata. Antecedens pro secunda parte ostenditur: quoni

Lazarus LXX

am sorores mittentes ad Iesum/dixerunt:Domine ecce quem amas. infirmatur Ioannis vndecimo:Et ne tibi sorores sint suspecię.Idipsum dominus confirmat quũ ad discipulos dixit:Lazarus amicus noster dormiuit. Deus vero nõ amat peccatores/sed odit:quemadmodum sapiens testatur Sapiẽtiæ.xiiij. Odio sunt impius & impietas eius:quare non videtur eum fuisse de reprobatis & inimicis/ sedm praesentẽ iustitiã.

LXXI EVASIO

Si quis euadendo diceret/ Christum dixisse Lazarũ amicum non per gratiam sed per naturã,puta ꝙ amet naturam peccatorũ ad quos vocandos & redimendos descenderit in vterum virginis.Nam ita moraliter Lazarus gerit typũ peccatoris/vti iam deuotus pater Gaspar Schatzger Minoritanæ familiæ sacerdos per istam quadragesimam sermonibus suis ad plebem, per quam decenter & fructuose induxit.Hæc euasio nõ eneruat argumentũ: nam etsi verum sit deum amare naturam peccatoris/iuxta illud sapientis: Diligis enim omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti:nec enim odiens aliquid cõstituisti aut fecisti. Non est tamen verisimile/ꝙ dominus IESVS loquutus fuerit de illo generali amore/quo diligit omnia:sed de speciali amore quo prosequebatᷣ Lazarum. propterea tam signate describit sacra illa anima Ioannes,quis sit ille Lazarus: & quæ sint illæ sorores:quæ item officia Iesu exhibuerint,vnde eas dilexerit. Vnde inquit Euangelista:Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam & Lazarum.Et sicut dicit Chrysostomus,ideo non iuerunt ad Iesum sicut Centurio & regulus:quia vehementer confidebant de Christo ꝓpter magnam familiaritatem quam habebant ad eum.

Gaspar schatzger — *Ioannes* — *Chrysostomus*

ALIA EVASIO

LXXII SED Iterum elabi volunt/ fuisse quidem Lazarum amicum familiaritatis/ sed non amicum gratiæ,sed in inferno dimersum.Pro quo adducere possunt verba diui Augustini de verbis domini dicentis: O infidelis conuentio, te adhuc posito in sęculo,Lazarus amicus moritur:si amicus moritur/inimicus quid patietur?Parum est si tibi non solum superi seruiunt,ecce tuum dilectum inferi rapuerunt.Ex illo dicto forsitan aduersarius moliretur inducere Lazarum fuisse in inferis,& sic reprobatum.

Augustinus

SED LIQVET Hic Augustinum per inferos non locum reproborum/sed limbum patrum intellexisse.& ita communiter doctores in quarto.dis.xliiij.ponunt quadruplicem locum inferorum.Limbum autem patrum inferorum nomine designari apud Augustinum multis liquet locis.Et significanter ita loquitur.xx.libro de ciuitate dei.c.xv.Ita habet quoqꝫ Symbolum:Descendit ad inferos.Et astipulatur beatus Gregorius libro.xij.moralium.paragrapho.xix.Sic apud librum Geneseos cap.xlij.inquit Iacob deducetis canos meos cum dolore ad inferos.Communis interpretatio,vt Nicholaus de Lyra & alij volunt,exponit inferos pro limbo patrum.Q̃uis diuus A.Augustinus in hoc loco sit singularis:& libro duodecimo super Genesim exponat de inferno inferiori damnatorũ/vt pulchre Gregorius Reischi9 Chartusianus præceptor noster in Margarita Philosophica adnotauit tractatu de Anima.Hæc attulisse interea sufficiat

Augustinus — *Gregorius* — *Lyra* — *Augustinus* — *G.Reischius*

vt sciamus dum Augustinus dixit Lazarũ rapuisse inferos, nõ confestim ex hoc posse argui eũ fuisse de numero reprobatorũ scd'm eã iusticiã in qua fuit mor-(tuus LXXIII Otilia

SECVNDO OBIICITVR Contra priorem decisionem de sancta Otilia, quæ sororibus euntibus ad oratorium obdormiuit in domino, non dum venerabili Eucharistiæ sacramento communicata. Sororibus ergo reuertentibus inuenerunt patronã eorum mortuã: qua re commotæ & perturbatæ omnes pronis vultibus deum obnixissime rogarunt pro eius vita: quæ restituta increpabat primum sorores, cur illam gaudijs priuauerint: nam in ęterna beatitate coniuncta fuerit consortio sanctæ Lucię. Calice ergo diuinitus pręsente, & venerabili sacramento ꝑcepto, illum diuinum spiritum reddidit domino. Calix adhuc ostendit. Non ergo omnes resuscitati primo transitu fuerunt reprobati.

SECVNDA SENTENTIA

Est aliorum arbitrantiũ in prima morte nullam fuisse latam super tales mortuos sententiam: Sed deus vt omnisciens/cognoscit eorũ resuscitationem, & ita in prima morte non adiudicant alicui termino: sunt enim viatores vsq; ad vltimũ obitũ, scd'm quem deus ab ęterno tulit iudiciũ. Hoc primo ꝓbať per illud Ioannis. xi. Audiens autem Iesus/dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem/ sed pro gloria dei, vt glorificeť filius dei per eam. vbi est mens doctorum dicentiũ non debere intelligi Lazarũ realiter non fuisse mortuum: cum Christus oppositum eius dein aparuerit/dicens: Lazarus mortuus est. Sed pro tanto dicit hęc infirmitas non esse ad mortem: quia non tendebat ad mortem ibi sistendo/ sed ad resuscitationem sequentẽ: vt inde glorificareť filius dei per ostensionem virtutis suę: & ita in Christo declarareť deitas. Vnde super illis verbis: Sed pro gloria dei &c. inquit Chrysostomus, hoc autem vt, nõ est casuale/sed euentus: nam euenit quidem aliunde infirmitas: sed Christus vsus est ea in gloriam dei. Saluator Chrysostomus

ISTA Videtur adprobare doctor subtilis in secundo dist. vij. vbi improbans sententiam diui Thomæ & Gandensis de immobilitatione voluntatis mali angeli, inter alia inquit: Et posset confirmari de Lazaro, quo mortuo, intellectus habuit plenam apprehensionem animę separatæ: & eius voluntas habuit plenã libertatem: quia tunc separata: & tamen ex neutro illorum immobiliter voluit: quia tunc fuisset impeccabilis si bonus, vel obstinatus si malus: quorum vtrũq; est falsum: quia adhuc erat viator: nisi fingať ꝙ deus miraculose suspendit eum ab operatione, qualis consequitur animam separatam pro tanto: quia pręordinauerat eum resurrecturum: sed hoc non videtur probabile: quia multa dicitur narrasse quæ viderat. Hæc doctor subtilis: vbi expresse dicit eum fuisse viatorẽ: & hic modus dicendi est probabilis. Scotus Thomas Gandensis

TERTIA SENTENTIA

Est quasi media eorum qui existimant resuscitatos aliquando fuisse prędestinatos, aliquando reprobatos scd'm illam iusticiã in qua decesserunt in prima morte. Reprobatis hoc quidem fuisse magno beneficio/ ꝙ ad vitã restituti/ mereri potuerunt. Sicut purgandi modo sunt viatores quo ad solutionem pœnę, dicit

Cortesius Aureolus — Paulus Scriptoris.q.i.prologi.licet nõ quo ad mereri vel demereri:licet hoc Alphonsus controuertat.Sed de hoc plura in singularibus nostris. Necq̃ prædestinatis detrimẽto est talis resuscitatio/ꝙ vel facta sit ad manifestãdam eius sanctitatem,vt de sancto Sebastiano:vel pro viuorũ solatio,vt de sancta Otilia resuscitata pro excutienda sororum tristicia.Aut quia spatium merendi subsequẽs fuit ei ampliter concessum,in quo multo maiorem gratiam consequi poterat:vt de Lazaro qui indubie maiorem gloriam post CHRISTI passionem, resurrectionem,ascensionem,spiritussancti missionem,euangelij publicationẽ,& martyrij passionem consecutus est:quam si ita circumcisus sine tot meritis in primo transitu mansisset mortuus,Et iste modus dicendi apparet rationabilior alijs: quia ponit minora miracula,& extollit dei clementiam,non diminuens prædestinationis gloriam:secundum quem respondetur ad dubium.

CONCLVSIO

LXXVI Mortui & dein resuscitati fuerunt aliqui prædestinati, aliqui reprobati scd'm præsentem iusticiam/plures tamen reprobati.Ista conclusio patet ex dictis. Sed quia inter disserendum fuerunt tacta aliqua argumenta/necessum est ea diluere PRIMO ASSVmitur Lazarum restitutum vitæ non visum amplius ridere: quod ei accidisse credendum sit propter acerbitatem passionum in inferno,quarum adhuc erat memor. Respondetur Lazarum post resuscitationem fuisse αγελαστον,hoc est irrisibilem:nõ conijciendum est in pœnas inferorum/ sed in acerbitatem mortis:aut in pœnam purgatorij,vtiq̃ acerbissimam & intensiue plerumq̃ amariorem pœna infernali:a gratia tamen diuina non separantem.

LXXVII SECVNDO Innuit aduersa opinio resuscitationem obesse prædestinato/ ꝙ talis posset excidere a gratia & damnari. Respondetur primo gratia materiæ de Lazaro/ quod resuscitatus non potuit peccare quantũcumq̃ viator: quia in gratia confirmatus,maxime post spiritussancti missionem,non potuit peccare/ sicut nec cæteri apostoli,vt supra ostendimus. Probabile enim est cum centum ferme homines & viginti fuerint congregati cum Apostolis, vt testatur Lucas

Lazarus — in actibus,& Lazarum fuisse in isto numero Nam & domus in qua conueniebant sero propter metum Iudæorũ:de qua Ioannis vicesimo creditur fuisse Lazari a multis:q̃uis alij Nicodemi dicant. Secundo & plus ad formam argumenti respondetur,concedendo ꝙ possit/sed non faciet:& ergo Christus qui est omni sciens nõ solum quo ad deitatem/ sed etiam quo ad humanitatem se-

Longobardus Armacanus — cundum magistrum distinctione tredecima tertij.licet Armacanus sit contra: & ergo Christus certitudinaliter sciuit illum prædestinatum & resuscitandum, finaliter permansurum in gratia,aſs cum non resuscitaturus:quare non erit ei prę iudicialis illa resuscitatio.Quod si omnino vrges & procedas proteruiendo, ꝙ ille resuscitatus experiatur libertatem arbitrij sui, & perseueret in peccato finaliter:dico tunc/ꝙ ille damnabitur pro malicia sua:& non solum esset ei bonum,

Saluator — ꝙ non fuisset resuscitatus/sed etiam vt Christus de proditore inquit,bonum esset homini illi si natus non fuisset.Necq̃ deus est culpandus qui concessit ei spa-

tium merendi:sed ipse qui abusus est benignitate dei, & fecit ex eo spatium demerendi:alioquin concluderes deum quemque hominẽ, dum in gratia existit, debere euocare e vita, ne peccās reuertatur ad vomitum/ & sic damnareẽ: quod nullus tibi concedet. Quamuis mirifice dicat Ioannes os aureum super Matheo tricesimo primo/adhortatione: Homo moriens etiam si superuixisset/non fuisset melior factus. Sed nullus vnq̃ dixit/ q deus accipiat hominem e vita in meliori statu quo fuerit, sed bene in eo quo non melior futurus sit scd'm Chrysostomum. De quo tamen dicto (quia nõ vacat meandris) in praesentia nihil decerno/nisi q est aliquando speciale dei beneficium aliquẽ euocare e vita ne peccet. Testatur sapiens: Raptus est/ne malitia immutaret eum &c. Chrysostomus

TERTIO Induci potest contra conclusionẽ: quia in inferno nulla est redemptio: sic etiã in coelo amplius non est lapsus: ergo talis resuscitatus in primo transitu nec fuit beatus/nec damnatus, sed viator: vt dicit secunda opinio. Respondetur q illud dictum ecclesiae est generale. Q, vero resuscitati aliqui liberantur ab orco, hoc speciale: & ita generi per spetiem derogaẽ. Vuilhelmus Vorrilon ait: In inferno nulla est redemptio de potentia dei ordinata/sed bene est ibi redemptio de potentia absoluta: quia cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Stephanus Brulifer in secundo distinctione quinta, quęstione tertia, pulchre absoluit istud dictum. Primo affirmans ipsum debere intelligi de lege communi vel post diem iuditij. Vel tertio secundum alios, aliqui sunt in inferno absolute: & de istis procedit dictum. Alij sunt in inferno conditionaliter: & sic probabile est quod multi fuerunt in inferno damnatorum/qui tamen fuerũt liberati vt patet de illos quos suscitauerũt apostoli & alij sancti/quorũ multi exigentibus peccatis erant condemnat/vt patet de illo quem suscitauit beatus Ioannes euangelista: & de multis alijs, qui erant damnati/quos deus miraculose & pręter solitum morem suę iusticiae saluauit & liberauit. Singulare tamen est/& perpetuo menti tenendum/q Scotus distinctione decima quinta quarti, ponit in inferno redemptionem in parte propter satispassionem: puta ille damnatus est contritus & confessus de aliquibus peccatis, sed non satisfecit hic: in inferno autem satis patitur de eis. Vide eum quaestione prima. LXXVIII Vorrilon Brulifer S. Ioannes

QVARTO INNVIT Scotus rationemq sint viatores: quia alias essent impeccabiles si boni, vel obstinati si mali: sed vtrumque repugnat libertati eorum. RESPONDETVR Distinguendo tempora assumpti: quia vel loquitur p tempore quo sunt mortui, sic admitto bonum q̃diu est mortuus esse impeccabilem, & malum obstinatum/ & ita non liberos ad vtrumlibet. Vel loquiẽ pro tempore quo sunt resuscitati, sic negatur: tunc enim sunt iterum liberi. Et tota ratio est, quia non de viatore factus est viator. Et ita qui mortuus nõ poterat mereri, resuscitatus iterum exercet opera meritoria. Et tantum de illo dubio.

DVBIVM NONVM

CVM PRAEDESTINATIO SIT CERTA, QVARE DIXIT IOANNES TENE QVOD HABES NE CORONAM TVAM ACCIPIAT ALTER?

Pro solutiõe dubij primo est exponẽdum quõ aliqs dicat̃ perdere coronã suã. Secundo quomodo coronam vnius accipiat alter:: & per ista patebit solutio dubij. Alexander bene inducit dictum dubij contra se/sed parum diluit.

Ales

LXXIX PRIMO Dico hominem perdere coronam suam/potest biuariam intelligi, Vno modo ꝙ perdat eam coronam quam vel habiturus est ex prædestinatione dei ęterna: & sic nullus perdit coronam quam deus præuidit eum habiturũ. Alio modo potest intelligi/vt ille perdat coronam sibi debitam ex merito gratiæ quam iam habet: & sic supra dictum est ex mente Cardinalis Cameracensis multos mereri vitam ęternam/qui nunꝙ eam sunt habituri. Vnde talis habens gratiam, dum relabit̃ in peccatum perdit coronam suã: licet recuperabiliter ante mortem. Hæc est mens sancti Thomæ parte.i.q.xxiij.art.vi.

Cameracensis

Thomas

LXXX SECVNDO Dico vnum accipere coronam alterius/potest etiã intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad dignitatem eius/vel locum in quo surrogatur & sic certum est vnum accipere coronam alterius. Nam ita constanter asserit regius psaltes: & episcopatum eius accipiet alter: Psalmo centesimo octauo. Sic sanctus Mathias fuit electus in locum Iudę proditoris. Sic enim de eo intellexit S. Petrus prædictam prophetiam Dauid, vt in actibus Apostolorum legitur. Sic ecclesia successit in locũ synagogę, & Dauid in locum Saulis. Et in isto sensu accipit Lyra propositionem dubij Apocalipsis tertio: adducens exemplum de quadraginta martyribus: quorum vnus cecidit, & in eius locum surrogatus fuit clauicularius/qui eius coronam accepit. Et pro hoc facit illud Iob tricesimo quarto: Conteret multos, & innumerabiles alios stare faciet pro eis, vbi dicit glossa, Locum vitæ alijs cadentibus/alij sortiunt̃. Alio modo potest intelligi inquantum de bonis quę alius fecit in patria gaudebit spetialiter iste substitutus. Nam ibi vnusquisque gaudebit de bonis tam a se/ꝙ ab alijs factis. Et sic vnus non accipit coronam alterius quo ad præmium essentiale: sed bene quo ad præmium accidentale.

Dauid

Lyra

Iob

LXXXI

RESPONSIO AD DVBIVM.

Secundum prędicta respondetur ad dubiũ. Est enim mens doctorum/ ꝙ vno homine cadente a iusticia/ & indurato in malicia sua, coronam gloriæ quã ipse meruerat secundum præsentem iusticiam ita perdit/ꝙ alius resurgens accipit illam: non præcise quam alius meruit/sed quia ipse per propria merita accipit coronam quam alius fuisset accepturus/si permansisset: & sic adhuc vnusquisque recipit secundum ea quę in corpore gessit ad mentem apostoli. Et pro hoc facit Diuus Augustinus vbi meminit horum verborum Ioannis in libro de prædestinatione sanctorum/dicens: Prædestinatorũ ita certus est numerus/vt nec addatur eis quicquam/ nec minuatur ex eis. Tene ergo quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si autem alius non est accepturus/nisi iste perdiderit/ certus est numerus electorum.

Augustinus

SANCTVS BONAVENTVRA dis.xl.art.i.q.ij. Bonauentura

In solutione argumentorum hoc idem vult:& loquitur expressius sic: Ad illud quod obijcitur/ꝙ alter alterius locum accipit & coronam, dicendum/ꝙ locus ęternæ mansionis & corona retributionis alicui debetur scd'm reputationem iusticiæ, alicui scd'm prædiffinitionē præscientiæ. Et contingit ꝙ vnus locus debetur alicui scd'm præsentem iusticiam, eo ꝙ illo cadente alius intrat cui debetur secundum prædeffinitionem ęternam: Quando vero alicui debetur locus prædeffinitionem æternam. Potest quidem cadere & locum perdere: & alius qui non est prædestinatus potest acquirere: sed hoc nunquam eueniet. Quia ergo præscitus iustus frequenter perdit locum æternæ mansionis/ quem alius paris meriti acquirit: & nemo scit an sit præscitus vel prædestinatus: ideo q̄puis se sciat iustum esse, timere debet ne amittat locum. Et ad hunc timorem hortat̄ beatus Ioannes in prædicta autoritate Apocalipsis. Et hic timor bonus est omnib⁹ præscitis & prædestinatis: quia humiliat & sollicitat: & post pauca. Patet ergo, ꝙ illa autoritas non significat mutationem fieri in præscientia diuina, vel aliter euenire q̄ deus pręscit. Sed ꝙ qui actualiter iustus est, potest locū quo dignus est perdere, perdendo iusticiam: & ꝙ qui peccator est/potest locum sibi debitum acquirere/acquirēdo iusticiam: & hoc tota die contingit. Exemplū de Saule, cui recte dici poterat: Tene quod habes, iusticiam & humilitatem/ne alius accipiat coronam tibi debitam scd'm statum pręsentem, alij tamen debitam scd'm dispositionem ęternā. Hæc bonus Eustachius doctor exasse formatus: cuius verba non vulgaria fideliter recitauimus. Et hæc de dubio.

Ego lego secū dum pręsentē iusticiam

S.Ioannes

DVBIVM DECIMVM
AN NVMERVS PRAEDESTINATORVM CVM SIT CERTVS, POSSIT AVGERI VEL MINVI?

LXXXII

Respondet̄ per aliquas ꝓpositiōes. Prima: Numerus pręde stinatorū est certus deo materialiter & formaliter. Cert⁹ est formaliter: q̄a scit ꝙ sunt tot. Certus est materialiter: quia scit ꝙ sunt hij. Illa ꝓpositio faciliter ꝓbat: q̄a q̄cūq̄ habet omnimodam certā & perfectam pręde stinatorū cognitionē/cognoscit etiam certū numerū eorum materialiter & formaliter: aliȷ̄ enim cognitio dei non esset certa & perfecta. Sed deus ex sua infinita perfectione habet talem cognitionem: ergo deus scit talem numerum materialiter & formaliter. Ista propositio est contra Petrum Aureoli, vt renarrat eius mentem elegantissimus scriptor Paulus Cortesius in primo dis.vi. Illo enim referente voluit Aureolus, cum deus vniuersos fœlicitatis compotes fieri velit/nequaq̄ esse consentaneum vt selectorum numerum circumscribat: cum magis sua referat vniuersos sine exceptione conseruari velle. Quod ea constringit ratione: Nam si deus selectorum numerū diffiniret, necessario quosdam sligeret/quosdam reijceret ad necem. At periniquū videri inquit a deo ad mortē præsignando quosdam detrudi: periniquum ergo videri debet voluntario motu ab eo numerum circumscribi. Sed istam Aureoli positionem fluere arbitror ex opinione quam amplexus est de præscientia dei futurorum contingētium: de quo supra verba fecimus: qua explosa/reliquas du

Cortesius Aureolus

bij istius prosequamur propositiones.

SECVNDA PROPOSITIO Adhuc aliter est deo certus numerus praedestinatorum/quam reprobatorum vel aliarum rerum. Illa propositio est de mente

Thomas Thomae parte prima suae summe.q.xxiij.art.vij.quam probat sic: Talis numerus est certus non solum ratione cognitionis/sed etiam ratione praefinitionis & electionis:sed non sic est de numero reprobatorum vel boum/qui certus est deo ratione praecognitionis tantum: iuxta illud apostoli prima ad Corinthios nono:

Lyra Nunquid de bobus cura est deo? vide ibi Lyram:Ergo aliter est certus vnus numerus deo quam alius. Maior ostenditur:quia omnis artifex intendens determinatam mensuram in suo effectu, intendit determinatum numerum partium eius essentialium:sicut domificator praecognoscit numerum mansionum principaliter: latera autem assumit quot sunt necessaria. Partes autem vniuersi principales sunt illę potissimum/quae habent ordinem ad perpetuitatem, & maxime rationales creaturae beatificandae. Et ergo istę sunt in certo numero ex praefinitione dei/qui est sapientissimus artifex. Non sic de reprobis:qui licet habeant ordinabilitatem/ non tamen habent ordinem ad vitam ęternam.

COROLLARIVM. Sequitur Paulum Cortesium, cuius iam meminimus, sua stili elegantia a veritate deuiasse: qui cum declararet deum perpetuorum notitiam habuisse quo ad constitutum numerum: non sic vero rerum corruptibilium sed tantum cuiusque corruptibilis spetiei productum/quantum sufficit ad conseruationem spetiei. Et vt est eloquens/forsitan petit audiri. Inquit enim sic: Etenim auctor ille rerum deus mundum efficere volens, statuit qua mensione/ quo numero rerum vniuersitas contineretur:vt scilicet quot essent astrorum, sphęrarum, vel primordiorum genera futura. At tabescibilium indiuiduorum genera, haud quaquam in primis/sed tanquam minoris gentium in vniuersitate constituit. Itaque quamquam horum generum numerum ei notum esse affirmamus, haud tamen pecudum/formicarum/aut culicum numerum ante constitutum esse dicamus, sed tantum eiuscemodi generis ab eo fuisse eductum/quantum esset ad

Cortesius spetiem conseruandam satis. Haec Cortesius. Dein ostendit hominem quia beatitudiuis capacem esse praecipuam vniuersitatis partem, quare numerus hominum sit deo cognitissimus. Oppositum autem illius quod assumpsit/patet ex probatione propositionis:quia deo notus est numerus quarumcunque rerum & vilissimarum:& qui facit omnia in numero pondere & mensura, nouit determinatissime quot indiuidua cuiusque generis sit producturus. Vnde Cortesius ap-

R.Moyses propinquat errori Raby Moyses. de quo supra mentionem fecimus.

TERTIA PROPOSITIO

LXXXIII LICET Reprobatus possit saluari, tamen numerum praedestinatorum augeri est impossibile. Illa propositio de rigore est de sensu composito: hęc enim est impossibilis: Praedestinatorum numerus est auctus. Non enim potest esse nunc maior/nunc minor:quia alias esset mutatio in deo & successio: cuius oppositum

Occham fuit supra ad longum probatum. Illa propositio ponitur per Vuilhelmum de Occham Minoritam dist.xl.in solutione secundi argumenti principalis. Is est Vuilhelmus Occham

Anglicus, qui ad Germaniam ꝓfectus/confugit ad Ludouicum Bauarum ob præclara gesta cognomento magnū Imperatorē: apud Monachiū tandem, vbi est Baioariæ ducū regia, obijt cum Michaele de Zesenna & Ioanne bona gratia apud cordigeros ante sacrariū sepultus. Prouidentiā dei non posse augeri, habes pulchrum symbolum apud Cusanum de docta ignorantia lib. i. ca. xxij. Ludouicus Pauarus Anno domini millesimo trecētesimo quadragesimo quarto München Zesenna Cusanus LXXXIIII

QVARTA PROPOSITIO. Numerum prædestinatorū posse augeri in sensu diuiso/adhuc duplicem recipit intelligentiā sc̄dm Gregorium & Aliacensem. Vna intelligētia est/ꝙ numerus prædestinatorū possit esse maior illo qui nunc est: vt si sit centum/possit esse mille. Et sic numerus prędestinatorū potest augeri: quia decem reprobati possunt saluari ex dictis & ꝓbatis supra. Alia intelligentia est/ꝙ numerus prędestinatorū potest esse maior/postꝗ̄ fuit minor: & ista videt̄ esse de virtute sermonis: quia augeri & minui important successionem quantitatū maioris & minoris: & in illo sensu negat̄ ęque ac in sensu composito. Non enim potest esse/ꝙ nunc sint tot prædestinati, & postea plures: cū sine inceptione & mutatione reprobatus possit esse nō reprobatus, imo ab æterno nunꝗ̄ fuisse reprobatus. Illa autem auctio requireret mutationem. Ariminensis Aliacensis

COROLLARIVM Fratris Dionysij Cistertiensis. Non est ergo idem, nec se mutuo inferunt, numerum prædestinatorū posse augeri/& reprobatū posse saluari. Neqꝫ ad prædestinatum posse reprobari/sequitur numerum electorū posse minui: quia etsi Ticius prædestinatus possit reprobari, ita Eckebertus reprobatus potest saluari: & ita maneret idem numerus, nec auctus/ nec diminutus. Et pro hoc faciunt verba beati Augustini in priori dubio adducta. Dionysius Augustinus

PROPOSITIO QVINTA Et responsiua. Stante ꝙ numerus prædestinatorum sit certus/adhuc ille potest augeri ad sensum primum in quarta propositione datum. Si reperitur oppositum apud aliquos doctores/debet intelligi in secūdo sensu/qui forte est plus de rigore sermonis.

OBIECTIO

SED Contra istam decisionem induciī Autoritas Anshelmi & eius ratio in libro primo, Cur deus homo, vbi videt̄ probare ꝙ numerus electorum est certus & determinatus: ita ꝙ non posset esse alius maior aut minor. Inquit enim: rationalem creaturā quæ dei contemplatione beata est/vel futura est, in quodā rationabili & perfecto numero pręscitam esse a deo: ita vt nec maiorem/ nec minorem illum esse deceat, non est dubium. Aut enim nescit deus in quo numero deceat eum melius constitui: quod falsum est. Aut si scit, in eo illam constituet, quem ad hoc esse decentiorem intelliget: & in forma potest sic argui: Deus cognoscit numerum electorum maxime conuenientem ciuitati supernæ: ergo est aliquis talis maxime conueniens: & per consequēs nullus alius numerus electorum posset esse. Tenet illud consequens & consequentia: quia deus non potest imperfecte agere: sed necessario si quid facit/conuenientissime facit. Anshelmus

RESPONSIO Ad illam obiectionē datur per Gregoriū Ariminensem. Q; deus non cognoscit numerū magis conuenientē/vel decentiorem possibilē electorū: sicut nec cognoscit maximū numerū electorū possibilē, cū nullus talis sit. Ariminensis

Et q̄uis nullus magis deceret ꝙ qui nunc est in præscientia dei, nihilominus tamen nullus alius sibi possibilis minus deceret ꝙ iste/si scd'm eum deus prædestinasset. Et si aliter intelligeret Anshelmus, inquit Gregorius, salua eius reuerentia, in hac parte eum non tenerem. Et manifesta est veritas illius solutionis: quoniam eoipso ꝙ deus hoc vult/hoc est decens & iustum: sicut patet ex euidentia li primo primę cõclusionis. Et igit̃ si etiã deus vellet aliũ numerũ prædestinatorũ ꝙ nunc vult/ille esset ęque decens: eapropter ratio Anshelmi nihil oppugnat.

LXXXV Anshelmus Holcot De Autoritate Anshelmi nota hic Gregoriũ/ꝙ negat Anshelmũ cum reuerentia/quod sępe in alijs materijs fecerunt doctores. Nam Robertus Holcot Anglicus ex familia diui Dominici libro primo.q.iiij.vnam eius rationem de vnitate dei/vocat sophisticam & errantem in veritate. Vnde dicit: Sicut nos decipimur, licet hoc non percipiamus, ita etiam fuit de isto doctore: qui in multis etiam pertinentibus ad logicã valde deceptus fuit. Et dñs cardinalis Cameracensis (Cameracensis) q.iij.art.ij.de Anshelmo inquit: Sed quia rationes suę non solum non sunt demonstratiuę/imo pure sophisticę & peccantes in logica, propter cuius defectum iste deuotus homo nõ solum in hoc loco/sed & in alijs passibus sępe deceptus fuit, vt dicit vnus doctor: & patet intuenti processum suum. Et ille litterarũ princeps Ioannes Picus in Apologia sua testat̃ doctorem subtilem pene vniuersum modum procedendi Anshelmi in libro cur deus homo, destruxisse. Itaq; nullus ita Anshelmo sit addictus/vt existimet quem a sententia eius, si ita videbit̃, recedere non posse. (Picus Scotus)

LXXXVI Augustinus SECVNDO OBIICITVR

Ex verbis diui A. Augustini in libro de correctione & gratia/vbi ait: Prædestinatorum ita certus est numerus, vt nec addat̃ eis quicq̃/nec minuatur ex eis. In Apocalipsi enim legitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Si alius non est accepturus, nisi iste perdiderit/certus est numerus saluandorum.

RESPONDETVR ꝙ Augustinus loquit̃ de inesse, hoc est sicut de facto se habet res. Nam de facto est certus numerus saluandorum: vt dominus IESVS hoc testat̃ apud Ioannem/dicens: Ego scio quos elegerim. Non autem loquit̃ diuus Augustinus de possibili: sicut bene patet de ratione sua inducta ex Apocalipsi. Aut si ita mauis/dicito Augustinũ solum voluisse negare augeri posse numerum prædestinatorũ, in sensu secundo dato in quarta propositione: quoniam ipse in pluribus locis fatetur reprobatum posse saluari. (Saluator)

Ales TERTIO OBIICITVR Per Alexandrum de Ales parte prima. q. xxviij. mem.ij.art.iij.ꝙ numerus prædestinatorũ proprie minuat̃ vel augeatur. Primo quia Lucæ.v.super illo, Rumpebat̃ ręte, dicit glossa: Non tot intrant de Iudęis quot sunt prædestinati: ergo proprie numerus prædestinatorũ potest minui vel augeri. Secundo patet idem per glossam super illo Deutron.i. Addat deus super hunc numerũ multa milia. dicit glossa: Ad hunc numerũ diffinitum in præscientia dei, quæ nouit qui eius sunt. RESPONDETVR Ad illa in generali/ꝙ intelligunt̃ de statu præsenti gratiæ: & ita loquunt̃ de prædestinatione scd'm quid, seu scd'm præsentem iusticiã, & non de prædestinatione simpliciter dicta: de qua principaliter loquimur. In spetiali vero respondet̃ ad primũ/ꝙ

glossa est intelligenda cũ relatione ad diuersos status: fuerũt enim quidem prędestinati vt crederent in prio aduentu, quidẽ in fine: vult ergo dicere ꝙ non tot de Iudeis intrauerũt ad fidem in primitiua ecclesia/ quot sunt prædestinati: sed alij intrabũt in fine: quoniam reliquie israel saluæ fient: vel aliter potest dici non tot intrabunt in statu Iudaismi, quot sunt prædestinati: sed intrãt facti Christiani: Amplectere primã solutionem tanquã meliorem; quę etiã est de mente venerabilis Bedę vti inducit per sanctũ Thomã in cõtinuo theologię loco prędicto Beda Thomas

DVBIVM VNDECIMVM

AN DEVS PER PRIVS PRAEDESTINET VEL REPROBET

Nullus ita rudi sit prędıtus ingenio, vt existimet hic inquiri quandam prioritatem durationis vel successionis in prædestinatione vel reprobatione, cũ illa sint deo ęqualiter æterna. Sed de prioritate quadam naturali admodum loquendi Scoticum. Aut si ab horreas ista signa, ne a dubio deterrearis: accipe dubitatum de prioritate istorum duorum sc͞dm nostrum modum intelligendi, seu de prioritate naturalis intelligentiæ istorũ: quo pręsupposito/ sit hęc responsiua

CONCLVSIO LXXXVII

In diuina voluntate sanctissima prædestinatio prę intelligitur reprobationi. Ita quod per prius prædestinat suos ad vitam æternam, ꝙ̃ malus in ignem ęternũ Illa conclusio est Vuilhelmi Vorrilon dis. xli. primi art. ij. & ꝓbat eam tali ratione. Quando actus aliquis quasi per se respicit vnũ/ & aliud quasi per accidens, tunc prior est comparatio eius ad illud quod est quasi per se/ quam ad illud quod est quasi per accidens. Sed volitio dei inquãtum prędestinatio tendit in finem per se quia in deum qui est finis prædestinatorum: & inquãtum reprobatio respicit aliquid quasi per accidens scilicet punitionem malorũ: ergo prædestinatio est prior reprobatione. Maior patet per Aristotelem secundo physicorum/ quia causa per accidens reducitur ad causam per se tãquam ad priorem Minor probatur quia deus quasi inuitus trahit̃ ad punitionem malorũ/ quare dolenter ait per prophetam, Heu inquit, vindicabor ab inimicis meis. Secunda patet conclusio ex hijs quę dicta sunt articulo secundo opinione prima ex mente doctoris subtilis quia præter esse naturale quod deus vult Petro & Iudę, in priori signo deus vult Petro gloriam & Iudæ nichil: sic ergo prædestinatio est prior reprobatione. Exquo infero ad tria corollaria. Vorrilon Aristoteles Scotus

PRIMVM Quod omnes prędestinati intelligũtur in mente diuina antequã aliquis reprobetur. LXXXVIII

SECVNDVM Quod christus est primus & Ierarcha prædestinatorũ quia primogenitus ex fratribus vt inquit apostolus de quo supra.

TERTIVM. Si status innocentię permansisset nullus damnatorum fuisset genitus. de quibus supra articulo primo.

TERTIO PROBAT hoc Pelbartus sic: quia vt inquit apostolus. i. ad Thimotheum. ij. deus vult omnes homines saluos fieri voluntate scilicet antecedente secundum Damascenum: ideo sequitur quod deus nullũ hominem creat ad damnationẽ & vt reluceat in eo iusticia nisi solum voluntate subsequente. Con- Pelbartus Damascenus

firmat exemplo. Sicut enim seminator quodlibet granum seminis idcirco seminat, vt fructificet, non vt pereat/licet plurima illorum sciat peritura/vel per aues vel per alium modum sic est in proposito.

LIMITATIO CONCLVSIONIS

LXXXIX Eckius Quis doctores sic transeãt/tñ notabiliter apparet mihi limitãda illa cõclusio & hoc biuariã. Primo/ꝙ habet veritatẽ loquendo de reprobatione affirmatiua, quæ respicit pœnam: sed non de reprobatione negatiua. qua scilicet vult nõ dare gloriam. Nam illa reprobatio negatiua est simul cum prędestinatione, vt patuit in recitatione instantiũ Scoti in secundo articulo. In eodem instanti vult deus Petro gloriam & Iudę nihil: quod nihil velle aut non velle ei gloriam est re (probatio negatiua.

SECVNDO Ego limito illam conclusionẽ ꝓcedere ad mentẽ primæ conclusionis principalis: sed aduersari secundæ, loquendo de prædestinatione efficaci, quæ scdm nostrum modum intelligendi sequit̃ merita nostra in esse præcognito: sicut reprobatio scdm istam opinionem sequit̃ cognitionem demeritorũ: ꝗuis voluntas antecedens quæ est respectu salutis omnium hominum per modum velleitatis, præintelligatur vtrique tam prædestinationi efficaci/ꝙ reprobationi. Vnde isti de secunda conclusione dicentes simul esse omni modo simultatis prædestinationem & reprobationem facile diluerent argumenta partis aduersę.

PRIMA Quæ est potior, nihil euincit: quia minor declinatur: & ad ꝓbationẽ dicitur/ꝙ licet reprobatio de per accidens respiciat hominẽ/tamen de per se respicit demerita, & non de per accidens: Sic prædestinatio de per se respicit merita hominis propter que homo prædestinatur.

AD Secũdũ negãt illi de sancta opiniõe instãtia Scotica: q̃re ex eis nihil ꝓbat.

TERTIA RATIO Non impẽdio refellitur. Nam satis superq; superius explicatum est, quid intelligendum sit per voluntatem antecedentem. Vnde illatio quam facit Pelbartus, deum non creasse hunc vt damnaret, est admittenda.

Pelbartus Sed cũ innuit prędestinationẽ esse in voluntate antecedente/ & reprobationẽ in volũtate consequẽte, hoc primũ imus inficias. Licet enim prædestinatio per modum velleitatis ad modum loquendi sancti Thomæ quę est inefficax, sit in voluntate antecedente/non tamen prędestinatio efficax: de qua hic loquimur, quę est verus actus voluntatis: imo prædestinatio illa ęque est in volũtate subsequẽte/sicut reprobatio. Et hæc de illo dubio

DVODECIMVM DVBIVM

CVR OPORTET ME LABORARE IN BONO OPERE CVM CERTVM SIT SI SVM PRAEDESTINATVS EGO SALVABOR?

PRAELVDIVM HVIVS DVBII

Bonauentura Bonauentura noster dicit hic, illud esse argumentum quod ducat eos in torporem & impietatis excusationem: & ideo primo ostendẽdum est eos stulte arguere inferendo a simili: Deus præsciuit an debeas perendie viuere/an nõ: ad quid ergo comedis & bibis, cum præscitũ a deo infallibiliter eueniet? Qui

sic argumentaretur,& tali rationi consentiret/accusaret dementiæ. Simile refert Vorrilon dist.xxxviij.primi de doctore subtili/qui cum ambularet per maiorē Brittanniā,obuiauit cuidam semināti bladum: & multis habitis colloquijs/ ait agricola: Quid mea interest facere bonū vel malum?ex quo deus præuidit me saluandum vel damnandum/saluabor vel damnabor scd'm præscientiam eius. Cui doctor:Si deus ex sua præuisione sic necessitatem rebus imponit vt tu autumas/iam amplius bladum non semina.Si enim est a deo præuisum prouenire, etiam non seminatū proueniet: quo sermone homo conuictus obticuit. Vnde dicit Bonauentura:Sicut tu dicis deus prædestinat, ita ego dico/ q͏ deus tanq͏ iustus iudex iuste remunerat.Nullum ergo bonum irremuneratū, nullum malum impunitum.Nullus ergo laborat sine fructu:nullus torpet sine otio.

Vorrilon Scotus

Bonauentura

DIVVS AMBROSIVS Libro secundo de vocatione omniū gentium inquit:Contra hanc inuictę veritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobrie dicere, superflue ad acquirenda bonorum operum merita laborari: frustra etiam orationibus quibus deus exorandus sperat̄/insisti: si ex incommutabili proposito eius christianæ gratię subsistit electio:nec aliter quicq͏ procedere potest q͏ omnipotentis dei voluntate dispositum est. Respondet postea/& dicit:Sed qui se ingeniose hoc arbitrant̄ opponere/non intelligunt scientiam dei, quæ & pęterita/& præsentia/& futura conplectitur, tempore non teneri:& infra.Dum autem voluntas peruerse proprio delectetur bono/a summo se abrupit;cui nunc ruinæ medetur gratia dei.Et propterea IESVS Christus venit in hunc mundum vt soluat opera diaboli,quæ vtiq͏ sic soluuntur/vt in destructione eorum, etiam ab hijs quibus succurritur,laboretur:quoniā & hoc a saluante donatur.Deus enim hijs quos eligit sine meritis/dat vnde & ornentur meritis. Et frustra dicit̄ q͏ ratio operandi non sit in electis:cum etiā ad hoc operent̄ vt electi sint.Virtutū quippe munera otiosa esse non possunt.Quoniā sicut veritas ait:Omī habēti dabit̄:nō habēti autē etiā quod habet auferet̄ ab eo:& infra. Neminem prorsus dei gratia intentabilem facit: neq͏ ob hoc cœlestium armorum præsidio a dextris & sinistris instruit̄ Christiana militia/vt nullo cum hoste confligat.Cum laudabilius sit atq͏ fœlicius,pugnantem non potuisse vinci, q͏ desidem non potuisse tentari.Orationum vero sollicitudinem diuinę electionis proposito non resolui/probat testimonio Thobiæ.c.vi,vbi Raphael angelus dixit Thobiæ de vxore ducenda.Et cum ceperis velle esse cū illa, surgite primum ambo,& deprecamini dominum cœli/vt detur vobis misericordia & sanitas:& nolite timere:tibi enim destinata est ante sęcula,& tu eā saluabis. Q̄uis ergo quod statuit deus/nulla possit ratione non fieri:studia tamen non tolluntur orandi:nec per electionis ꝓpositū liberi arbitrij deuotio relaxat̄. Cum implendę voluntatis dei ita sit præordinatus effectus/vt ꝑ operū laborem per instantiam supplicationū,per exercitia virtutum,fiant incrementa meritorum. Et qui bona gesserint,non solum scd'm propositum dei/sed etiam scd'm sua merita coronentur.Hæc diuus Ambrosius:quæ placuit ad longum referre/q͏ & ꝓposito dubio conferant:& conclusionem secundam principalem corroborent.

Ambrosius

Cicero M.TVLIVS CICERO In libro de fato inquit: Nec nos impediet illa ignaua ratio quę dicitur. Appellaт̄ enim a philosophis αργος λογος. cui si pareamus nihil est omnino in vita quod agamus: sic enim interrogant. Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere, siue tu medicum adhibueris siue non/ cōualesces. Item Si fatum est tibi non conualescere, siue medicū adhibueris siue non/ non conualesces: & alterutrū factum est: medicū ergo adhibere nihil attinet. Recte genus hoc interrogationis ignauum atq̧ iners nominatū est/ q̄ eadem ratione omnis e vita tollatur actio. Licet etiam immutare vt fati nomen non adiungas: & eandē teneas sententiā/ hoc modo: Siue adhibueris medicū siue non/ conualesces. Si ex ęternitate verum hoc fuit/ ex isto morbo conualesces. Itemq̧ si ex æternitate falsum hoc fuit/ ex isto morbo non conualesces: siue adhibueris medicū/ siue non adhibueris/ non conualesces. deinde cętera. Videtis domini mei/ q̄ communem rationem a vulgaribus proponi solitam/ & q̄ dubium secū afferat in dorso,

Bonauentura Ambrosius Cicero Philosophi

Bonauentura noster appellauerit stultam, diuus Ambrosius non sobriam, Cicero Ethnicus ignauam, Philosophi in cōmuni εργον λογον id est otiosam, & illaboratam orationem: quare non potest non floccipendi ista ratiocionatio. Ea ergo nō obstante/ procedimus ad responsionem dubij: & hoc per tres vias: mediam tamen in symbolum non recipimus.

LXXXX

PRIMA RESPONSIO DVBII

Q᷑ deus non prædestinat vel præscit in omnem euentū, sicut prętendit mouēs dubium/ sed per certa media. Nam pro regula generali tenendum est, inquit

Richardus Richardus, q̄ deus prauidens finem/ scilicet saluationē illius, præuidet & media quibus deuenitur ad illa media: scilicet omnes actus meritorios & conatus, quibus salutem acquirit. Et pro hoc faciunt verba beatorum Augustini & Gre

Gregorius gorij, quæ leguntur in decretis canonicis. xxiij. q. iiij. c. obtineri. & superius fuerunt allegata & deducta. Salus ergo nostra q̄uis a deo sit sicut omne bonum, tamen etiam ex nobis aliquo modo est: & cum deus velit omnes homines saluos fieri, & omnibus gratiā impertiri: ex nostra dumtaxat venit vel malitia, vel negligentia defectus salutis nostræ. Deus ergo non prauidet finē sine medijs. Dū igiт̄ nō experiris in te media salutis/ subuerere ne & fine salutis sis cariturus

Chrysipus Cicero Accedit & affinis est huic responsioni Chrysippus apud Ciceronem de fato rationem superius inductam egregie dissoluentem. Quædam enim inquit, in rebus simplicia sunt/ quæ nos absoluta dicimus: quædam vero copulata seu coniuncta: vt si ita fatū sit/ nasceт̄ Oedippus Laio: non poterit dici siue fuerit Laius cum muliere/ siue non fuerit. Copulata enim res est & confatalis. Sic enim appellat: quia ita fatale sit concubiturū cum vxore Laium, & ex ea Oedippum procreaturum, vt si esset dictum: Luctabitur olympijs Milon, & refert aliquid. Ergo si ue habuerit aduersarium siue non/ luctabitur, erraret. Est enim copulatū, luctabitur: quia sine aduersario nulla est luctatio. Omnes igitur huius generis captiones eodem modo refelluntur. Siue tum adhibueris medicum siue non/ conualesces, captiosum. Tam enim est fatale medicum adhibere/ q̄ conualescere: hæc vt dixi, confatalia ille appellat. Ecce q̄ pulchre & elegāter loquitur ille Ethnicus

Platonis vt arbitror ex sorore nepos: de quo non absre illud prouerbium Baptista Mãtuanus apud veteres fuisse refert: si Iupiter optaret sibi logicam, nõ aliã sibi optaturum quam Ghrysippeam, quod is Ciceronis liber de fato abũde dedarat. Accomodando ad propositum sicut salus tua est præuisa/ita & media ad eam/quia ad Chrysippeam dicendi amussim sunt fatalia. B. Mãtuanus

SECVNDA RESPONSIO DVBII

Datur per Franciscum Maronis iuxta modum loquẽdi de terminatione supra ex pressum. Quod scientia dei futuris contingẽtibus non est ita determinata, sicut de necessariis, sed est conditionata/sicut communiter promissiones veteris testamenti ad Abraham, Iacob Dauid & alios/fuerunt conditionatæ & præcognitæ vt euenirent nõ necessario sed cogniter: sicut hoc statim absoluemus in dubiis posteriori loco de reuelatione mouẽdis vnde quilibet debet laborare etiã prędestinatus/quia ab omnibus nullo in diuersum eunte, concessum est prędestinatum posse damnari/ & ita esse non prędestinatum. Ea propter nullius momenti est ratio quæ in dubio innuitur. XCI Maronis

SECVNDO DICIT. Quod si ratio assumpta in dubio verum cõcluderet: adhuc prædestinatus deberet laborare in bonis operibus/vt ex hoc meritũ suũ ampliaret, & gratitudinem deo exhiberet, qui eum prædestinauit. Nam si etiã prędestinatus necessario saluaret/ nihilominus propter hoc quod deus eũ prędestinauit, tantomagis debet conari ad conplacendum deo per omnem modũ bonorum operum: nam detestanda res est ingratitudo/ & vt Seneca inquit ad Lucillum per se fugienda res est ingratum esse: quoniã nihil æque concordiam humani generis dissotiat, ac distrahit quam hoc viciũ. Simile est de filio quem mater non potest genuisse postq̃ genitus est, ratione prętеritionis: adhuc tamẽ filius tenetur esse gratus erga matrem: & eã honorare pro illo benefitio quod in eum contulit. Hanc responsionem pro secundo dicto recipimus: primũ vero inquantum euariat determinationes explodimus Seneca

TERTIA RESPONSIO

Domini præpositi Magni Grabrielis hic/ qui tangit venam huius negotii: & examinat propositionem super qua fulcitur dubium per audaculos, istã scilicet prædestinatus saluabitur agat quicquid velit. Et dicit eam esse veram de virtute sermonis, quia prędestinatus nõ nisi bene vult finaliter: alioquin si male vellet, iam non esset prædestinatus. Si autem prædicta propositio accipiatur in eo sensu/quem intendunt sic proponentes stulte/puta prædestinatus saluabit̃ agat quicqd velit, idest siue bene siue male finaliter sic est falsa: quia implicat falsum. Nullus enim est prędestinatns male volens, quod hęc scd'm legem ordinatã repugnent, scilicet quod sit prædestinatus/& finaliter sit in peccato: q̃uis verum sit prædestinatum posse finaliter male velle. Sicut potest esse reprobatus: Et hoc satis voluit glossa super illo. Esdrę. ii. hii sunt prouincię filii: glossa Nullus prędestinatus perire in perpetuum potest, loquitur in sensu composito. Si quando enim in Babilonem idest cofusionem peccatorũ abducuntur, diuina prouisione adpacem ecclesię reducuntur: pro qua resolutione faciũt notata superius dubio XCII

Ariminensis quarto decontrouersia Ariminensis & Aliacensis.

DVBIVM TREDECIMVM
AN PRAEDESTINATIO SIT LIBER VITAE

XCIII Thomas Ales NE illotis (vt aiunt) manibus dubium istud adgrediamur, præmittendum est secundum diuum Thomam & Alexandrum de Ales parte prima.q.xxxiij. membro primo librum vitæ triuariam vsurpari. Vno modo pro sacra scriptura:& sic intelligit glos.super illo Ecclesiastici.xxiij.hæc omnia liber vitæ, vbi inquit glossa:hic liber vitæ est vetus & nouum testamentum in quo est agnitio veritatis. Secundo modo accipitur liber vitæ pro Christo secundum humanitatem: ita Ioannes intelligenda est illa sacra anima in Apocalipsi.xxi. Alius liber apertus est, qui est vitæ id est CHRISTVS, qui tunc apparebit omnibus/sed hoc erit secundum huma-Dauid nitatem: ita etiam verba Dauid accipienda sunt, vbi apud eum filius loquitur ad patrem: In libro tuo omnes scribent. dicit glossa, id est in me: quoniam Christus est exemplum vitæ. Tertio modo accipitur vt est noticia approbationis & prædestinationis diuinæ:& isto modo definit glossa librum vitæ super illo psalmi sexagesimi octaui: deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. di-Augustinus cit glossa, & est beati Augustini, Liber vitæ est noticia dei qua prædestinauit ad vitam quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui.

COROLLARIVM. Isto tertio modo accipitur hic liber vitæ:& est communis toti trinitati: licet possit appropriari filio, qui est verbum & sapientia dei patris. Et hoc modo loquitur glossa super psalmo: In capite libri scriptum est de me: vbi dicit scriptum est de me. id est præfinitum in capite libri, id est in patre qui est caput meum

XCIIII SECVNDO PRAEMITTENDVM Librum vitæ non esse respectu omnium rerum/sed solum respectu naturæ intellectualis: & non respectu cuiuslibet/sed solum respectu creatæ. Et ne huius respectu quidem in vniuersum/ sed solum respectu eius quæ ordinatur ad vitam æternam. Et sic potest esse malorum de per accidens & occasionaliter: sicut peccati Mariæ Magdalenæ secundum quod loquitur apostolus ad Romanos octauo: Diligentibus deum omnia coopeAugustinus rantur in bonum: glossa, etiam peccata. Prædictis astipulatur diuus Augustinus christianæ doctrinæ tetrarcha libro vicesimo de ciuitate dei/inquiens: Liber vitæ est prædestinatio eorum quibus vita æterna dabitur. Liquet autem ex primo articulo prædestinationem non esse respectu dei.

Thomas TRANSFERTVR Autem ad diuina ista libri vitæ appellatio hoc modo, tradente sancto Thoma Aquinate parte prima.q.xxiiij.art.i. Quia quando eliguntur aliqui ad aliquid, tunc conscribuntur: sic senatores & viri consulares, sic milites electi conscribuntur. Sed quia beatificandi eliguntur ad vitam æternam gloriæ/vt milites cœlestis aulæ: ideo dicuntur conscribi ad librum vitæ in ciuitate dei triumphante. Quemadmodum CHRISTVS dixit discipulis suis Lu-Saluator cæ decimo: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Addit Alexander Ales de Ales vbi supra membro secundo/quod illa scriptio non intelligitur penes similitudinem exteriorem alicuius scriptionis aut deliniationis: sed ad modum cuiusdam relucentis interius in speculo imaginis:& ita sunt rationes creatorum in men

te diuina quasi signatæ ac conscriptæ.

COROLLARIVM. Quis diuina notitia æque sit reprobatio sicut prædestinatio, dicitur tamen liber vitæ/& non mortis. Ratio traditur ab Alexandro: quia in illo libro non est scripta mors: nec legitur aliquid ibi nisi vita. Et extendendo addunt alij: quia talis noticia est eorum qui eliguntur ad vitam/ non ad mortem & condemnatorũ. Et quia solum est meritorum quæ ducunt ad vitã, Richardus cordiger nõ pœnitendus doctor aliam cudit rationem: Nam ea dũtaxat asseuerat scripta quæ habent proprias ideam & rationem in deo: mala vero in deo nõ habent ideam ex notatis distinctione.xxxvi.primi. sed cognoscunt in deo communi sententia ideis oppositorũ: non ergo dicunt esse scripta in deo Ales Richardus

IMPROBATIO ILLARVM RATIONVM

Salua tamen tanti doctoris irrefragibilis autoritate, quem colo, quem veneror & vt in Theologia sanum & syncerum maximis quibusuis obseruantijs, vt debeo, amplector. Illud tamen per eum & Rainerium & alios traditum/non euacuat difficultatem: nec satisfacit corollario. Confesso enim omnium qui spirant, constat in mente diuina æque haberi noticiam præscitorum & damnatorum sicut prædestinatorum: vnde non minus leguntur in ea damnandi/ quam beatificandi. Et in republica bene ordinata habentur etiam libri proscriptorum, relegatorum, supportatorum, diffidatorum: aut vt more nostrarum ciuitatum Imperialium in Germania loquar, quibus nõ est maior libertas in orbe Christiano, habetur liber sanguinis/in quo designati vel inscripti sunt hij qui molestiam aut violentiam hijs ciuibus præter viam iuris intulerunt. XCV Rainerius

Necque possunt ire infitias hij qui diuersum sentiunt/quin reprobatio sit præscientia seu prænotio quædam dei respectu reproborum. Nec recte hic temonem rexit Richardus bonus alioquin nauita/sed nauẽ scopulo impegit: nam etsi verum assumat/malum non habere ideã in deo, intelligẽdo de malo culpæ: nihil tamen obstat cõmuni doctorum sententia in præfata distinctione tricesimasexta quin mala pœnæ habeant ideam in deo/vt factum ab eo/vti clamitat propheta Non est malum in ciuitate quod nõ fecerit dominus: sed reprobatione quis ordinatur & destinatur ad pœnam, licet propter malum culpæ: quoniã deus nõ est prius vltor/quam aliquis sit peccator, inquit Augustinus lib. ij. super Genesim. Richardus Augustinus

ALIA RATIO COROLLARII

Adfero ergo aliam rationem corollarij, vbi volo lectorem meminisse eorum quæ dicta sunt superius de prædestinatione. Nam siue sit ratio aliqua prædestinationis ex parte nostra/aut secus: hoc tamen conuenit inter nos, deum esse vel causam totalem/aut saltem partialem/sed principalem meritorum nostrorum: vt Augustinus diceret libro cõfessionũ: Domine da quod iubes: & iube quod vis. Iure ergo optimo prædestinatio deo attribuit: secus de reprobatione cuius demerita, id est merita propter quæ quis reprobatur deus nõ causat. Huiuscemodi enim causam sufficientem non habent/sed deficientẽ: quare non ita congrue aut proprie deus diceretur liber mortis/sicut nunc liber vitæ dicitur: ne quis simplex audiens deum dici librum mortis/credat deum mali culpæ autorem. Eckius Augustinus

XCVI Richardus TERTIO Præmittendum & superioribus addēdum est/ꝙ Richardus libro tertio.dis.xxxi.adnotauit librū vitæ adhuc multiuariam accipi. Aliquādo enim dicitur liber vitæ ipsa conscriptio electorum.Secundo traditio eorū quę perducunt ad vitam ętern. Tertio recitatio operū per quæ homines merent̄ vitā ęternam:& de illo libro loquitur sacra anima in Apocalipsi.c.xx. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est/qui dicitur liber vitę:& ex hijs iudicati sunt mortui, ex hijs quæ erant scripta in libris scd'm opera eorum. Nicholaus de Lyra nobilis Biblię interpres sic explicauit nobis istum locū. Et aperti sunt libri scilicet conscientiarum:nam omnia merita & demerita omnibus erunt nota: vt sic pateat iudicantis iusticia.Et alius liber apertus est:hic est liber diuinæ prædestinatiōis,quę dicitur liber metaphorice,eo ꝙ in ea representant̄ expresse illi qui ordinati sunt simpliciter in vitam ęternam:qui liber aperietur in iudicio: quia tunc apparebit manifeste qui sint ad beatitudinem assumendi/& qui nō.Ex hijs facile quis venari poterit intelligentiam verborum diui nostri Aurelij Augustini de ciuitate dei lib.ij.c.xiiij.vbi ait:Liber vitæ quædam vis diuina intelligenda est/qua fiet vt cuique opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocent̄. Quod intellige iuxta illud præmissum:nā ob sensum verborū capessendū ista induximus.

S.Ioannes

Lyra

Augustinus

ISTIS SIC PRAEGVSTATIS, RESPONDETVR Ad dubium.

XCVII Prædestinationē quidem re esse librum vitæ/ separari vero ab eo ratione. Primum est manifestarium:quoniam notio diuina respectu saluandorum est simplicissima & vnica.Secundum vero ita probatur:quia prædestinatio principaliter respicit gloriam conferendam prædestinato.Sed liber vitæ proprie respicit media meritorum nostrorū:& ita prædestinatio plus tenet se ex parte dei: sed liber vitæ ex parte nostri:& vt Vuilhelmus Vorrilon inquit,prædestinatio dicit premium,liber vitæ meritum. Pro hijs facit glossa super illo ad Philippenses.iiij.Quorū nomia sunt in cœlis.dicit glossema:nomia id est merita.Astipulatur Augustinus super Psalmo superius inductus: Nihil moueat quempiam Alexander,cum testatur prædestinationem esse præscīetiam benefitiorum dei: quoniā intelligit ad modum quo iā astruximus,qui est apud oēs receptissimus

Vorrilon

Augustinus Ales

DVBIVM DECIMVMQVARTVM AN SICVT PRAEDESTINATVS POTEST DAMNARI, ITA ALIQVIS POSSIT DELERI DE LIBRO VITAE

XCVIII PRæmittamus solutioni dubij hanc distinctionem. Quemadmodum duplex est prædestinatio:scilicet absoluta, & scd'm præsentem iusticiam, vt in primo articulo enarrauimus: ita duplicem sumit intelligētiam aliquem inscribi in libro vitæ.Vno modo simpliciter & absolute.Sic deus omnem quem inscribit,ab æterno immutabiliter inscripsit.Alia intelligentia est ꝙ aliquis inscribat̄ scd'm præsentem iusticiam,vel gratiam.

COROLLARIVM.Isto secundo modo quilibet agens pœnitentiam, & toto corde conuersus ad dominum/dicitur inscribi libro vitæ. Isto sic intellecto, Respondetur ad dubium per propositiones:hoc addito quod deleri etiam biuariam dicitur ex opposito.

PROPOSITIO PRIMA. De facto quilibet a gratia excidens/deletur de libro vitæ scd'm præsentem iustitiam. Ita testat dominus deus Exodi vicesimo: Qui peccauerit in me/delebo eū de libro meo. In illo enim statu est inimicus dei q̄ diu perseuerat in peccato. Odio habui, inquit dominus apud psalmigraphum, omnes operantes iniquitatē: & ita ascribitur gehennæ & pœnæ infernali talis excidens: quæ communi sententia est sub terra. Et ideo Esaias propheta inquit: Recedentes a te/in terram scribentur. Ita etiam inquit Dauid psalmo lxviij Deleantur de libro viuentium: & cum sanctis non scribantur. Esaias Dauid

COROLLARIVM. Sequitur q̄ hoc modo loquendi idem sæpius potest deleri de libro vitę, ac iterum inscribi. Potest enim in statu viatoris sępe cadere, & resurgere per pœnitentiam: & toties dicitur inscribi & deleri de libro vitæ. Ad eadem sequitur quem mutabiliter inscribi ad librum vitę non ꝓpter mutationem dei/sed ꝓpter mutationē factam in viatore peccāte, & dein pœnitente.

SECVNDA PROPOSITIO. De facto nullus absolute & simpliciter inscriptus libro vitæ deletur, neq̄ aliquis de nouo inscribit. Ista propositio est clara, & liquet ex hijs quę dicta sunt dubio septimo de sentētia diffinitiua: quę trāsijt in rem iudicatam, retractari non potest: sic nec inscriptio absoluta: de qua loquitur illa sacra anima Ioannes (ita eum appellat diuus Dionysius Areopagita) in Apocalipsi capite tertio: Qui vicerit nō delebo eum de libro meo. Talis autem perfecta victoria & consummata fit solum per finalem perseuerantiā in bono. Has duas ꝓpositiones cōplectitur diuus Thomas comitis Aquinatis filius, vbi supra. art. iij. quidā inquit non possunt deleri de libro vitæ: q̄dam vero possunt deleri non solum scd'm opinionem hominum/sed etiam scd'm rei veritatem Ioannes

TERTIA PROPOSITIO. Aliquis simpliciter & absolute potest deleri de libro vitæ/sicut prædestinatus potest reprobari. Ista ꝓpositio satisfacit quęsito & declaratur sicut de prædestinatione fuit dictum, quæ omnia volo hic habere pro repetitis. Illud tamen adijce notatu dignū/q̄ Cardinalis Cameracensis monuit, deleri in præsenti ꝓpositione non dicere successionē/puta q̄ aliquis sit primo scriptus/& postea non scriptus. Nam hoc videtur dicere illa vocula deleri: nam prius scriptum delet. Sed ita intelligunt doctores ꝓpositionem cum dicit aliquem posse simpliciter deleri de libro vitæ, id est q̄ nunq̄ fuerit scriptus: & in eo sensu conceditur. Aliacensis

OBIICITVR FORTITER Contra secūdam ꝓpositionē. Moyses dixit ad deum (sicut legit Exodi. xxxij.) Obsecro/peccauit populus iste peccatum maximum: feceruntq̄ sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxā, aut si non facis/dele me de libro quem scripsisti. Ex quo dicto Nicholaus de Lyra talē astruit racionem. Aut accipitur scribi simpliciter in illo libro/quomō impossibilis est delectio, vt canit secunda ꝓpositio. In impossibile autem nō cadit appetitus, nec per consequēs petitio Moysi scientis illā impossibilitatē. Si autē accipiat scribi scd'm quid/deletio ei opposita est qn̄ quis cadit a gratia p peccatū mortale: & sic Moyses qui erat sanctus/elegisset deū offendere per peccatū mortale, nisi remitteret populo q̄ indicaret charitatem erga ꝓximū/sed aduersat directio charitati dei. LXXXXX Moyses Lyra

RESPONDET

Huic forti obiectioni triuariam: non memini Theologos in sententijs tetigisse illam obiectionem(nisi Richardum obiter & male) & si multi dicant de libero vitæ in primo hic/in tertio dis.xxxi.in quarto.dist.xliiij.Primo ergo dicũt aliq Moysen ꝓtulisse illa verba ex impetu passionis,& nõ ex deliberata ratione,qua

Lyra

re nihil ex hijs coargui posset. Huic solutioni dat repudium Nicholaus de Lira:apparet enim in conuenienter de Moyse dictum,virum tantũ & præpollentem sanctitate, intra sacram caliginem deo familiarem,cuique aditus ad deum patebat facilimus/quod is passionibus perturbatus & obrutus,deum accessisset vbi est summa mentis tranquillitas

Augustinus

SECVNDO Diluit obiectionem diuus A.Augustinus, cuius verba & loquendi modulum glossã ineodem capite obseruat.Moysen inquit talia loquutum ex nimia cõfidentia & familiaritate:& hæc fuerit mens sua.Sicut certus sum quod me nõ delebis me de libro tuo:ita peto & ne certifices/quod remittas populo noxã istã:securus quidem hoc dixit/vt a consequẽtibus ratiotionatio concluditur &c̃.Hæc solutio a Nicholao Lyrano tanꝗ litteræ extraria respuitur.

Lyra

TERTIO DEPROMIT Solutionẽ ex armario ꝓprio:& ait:verbũ Moysi prædictum, ex ipsius rationis proponentis dispositionem inferioris partis animæ/licet non esset in voluntate rationem superiorem sequente:sic saluator petiuit transferri calicem passionis ab eo,licet simpliciter vellet pati. Ita Moyses volens ostendere affectum suum ad populũ pro remissione peccati dixit. Aut dele me &c̃ licet simpliciter & absolute nullomodo vellet deleri.Simili pacto quidem Paulum apostolum intelligũt/dum ait ad Romanos.ix. Optaui ego ipse anathema esse a CHRISTO profratribꝰ meis/q sunt cogñati mei scd'm carnẽ qui sunt Israelitæ:sed forte melius loquitur apostolus de statu persecutionis:sicut post alios Iacobus Fabri intellexit.Cõprobat Lyra solutionẽ suã ex cõmuni more loquẽdi hominũ & sacrę scripturę:quę sępe vtiť hyperpolicis locutionibꝰ

Paulus

Stapulensis

I Burgensis

QVARTO Insignis ille magister Paulus de sancta maria Episcopus Burgensis & Archicancellarius regis castellę, cuiꝰ ad nos sero cõuersio vt Ioãnes Reuchlin Phortzensis sueuiæ decus libro tertio rudementorum Hebraicorum inquit plurimis hominibus fuit saluti:cui etiam herbam porrigit in hebreica literatura.Is inquam post Nicholaum lyranum aliam supperaddit solutionem. Nam enumeratis ex diuo Thoma Aquinate quatuor libri vitæ acceptionibus in eam descendit sententiam/vt Moyses petierit a deo vel deleri de libro veteris instrumenti/quod supra quoque ostendimus librum vitæ appellari: aut de libro in quo facta exemplaria iustorum vel sanctorum intelliguntur scribi ad futuram rei memoriã: & illud est quodãmodo pœnale. Verũ Mathias Doring Saxo explodit hanc Pauli Burgensis sententiã vti ad solet per omnia:leui tñ vmbone repellenda essent eius iacula.Nã videť nimis ꝓpensus(homo admodũ ingeniosus & subtilis incastigandis Pauli scriptionibus. Ita omnia diruit Pauli dicta, quẽ in omĩbꝰ errasse/qs crederet?Qd'cũ sępe videri possit quid Mathias in eũ moliať solo animo vrgẽdi aduersariũ:liquet tñ etiã hic ꝙ cęcutiuerit dũ aduersꝰ

Reuchlin

Thomas

Doring

Paulum autoritatem Auguſtini & gloſſematis ſubornat, vt Herculis clauã: ob- Auguſtinus
litus ꝙ eamipſam Auguſtini ſententiã Nicholaus Lyranus, quem defendit, nõ
approbat: ac ſi Nicholao licuerit a diui Auguſtini ſententia recedere/ ſed Paulũ
fuiſſe huic deuinctum & addictũ: vtcunq; eligat quis ſentẽtiam quam voluerit
Nulla enim ex antedictis videtur non probabilis. Ego tñ ſententiã magni illius
Auguſtini cęteris non immerito præfero: ꝗuis & prima nonnihil veritatis con
tinere videatur: quæ quia facilime cuique legenti obuia ſunt/ nõ diutius moror
HAEC Dubia placuit in medium conferre circa prædeſtinationis materiam:
ſed modo ad reprobationem deſcendamus.

DVBIVM DECIMVMQVINTVM
CVR DEVS PERMITTIT TANTVM MALVM SCILICET DAMNATIONEM ETERNAM IN REGNO SVO?

PRæſuppoſitis hijs quæ tractauimus in ſecundo articulo prin-
cipali, ſtatim reſpondetur ad quęſitum ſcd'm mentem Bona- Bonauentura
uenturæ noſtri diſ. xlvij. primi. q. iij. Et Richardum ead. diſt. Richardus
Vnde adferunt triplicem rationem ad dubium.
PRIMA RATIO Eſt ordo rerũ quem habent tam in vni II
uerſo/ ꝙ inter ſe. Nam ordo & perfectio vniuerſi exigit/ vt in
mundo eſſet aliqua creatura libera/ quæ peccare poſſet de ſe/ & ſuæ libertati di
mitti merito deberet. Ita ſentit diuus Dionyſius Galliarũ apoſtolus in fine eccle Dionyſius
ſiaſticę Hierarchiæ: miror hic Laurentij Vallæ impudentiam, qui in emendati- Valla
one Actuum apoſtolorum auſus fuerit negare illos libros eſſe Dionyſij: & ꝙ
neq; latini/ neq; græci eius meminerint. Cum Iacobus Stapulenſis antiquarum Stapulenſis
litterarum diligentiſſimus prodat Policarpum, Ioannem Chryſoſtomum, Me Polycarpus
thodium, Athanaſium, S. Maximũ, S. Michaelem Hieroſolimitanum. S. Andre Chryſoſtomus
am Cretenſem, Dionyſium Corinthium, Gregoriũ Turonenſem, Fortunatum Methodius
& vniuerſam grætiã cum miris laudibus extollere. Sed redeamus ad id quod Athanaſius Maximus
dicit in fine Eccleſiaſticæ Hierarchiæ/ quam ſcripſit vel inuito Laurentio. Iuſtũ Michael Andreas C.
eſt inquit, vt non habeamus vitam coactam/ ſed libero vtamur arbitrio a deo Dionyſius C.
nobis dato. Malum tamen poſtꝙ factum eſt/ non decet manere impunitum: Gregorius Fortunatus
quia ſic per pœnam reordinat̃ malum/ vt ſuo & decenti ordine conſiſtat in vni
uerſo: vti latius hoc diſcuſſimus ſuperius arti. ij. Huic tamen rationi addendum,
quod Robertus Holcot Anglicus q. i. quarti. cum Anſhelmum hanc rationem Holcot
dicentem, contra ſe allegaſſet ex libro primo Cur deus homo. c. xv. in hunc mo- Anſhelmus
dum reſpondet: Poteſt dici ſicut aľs dixi/ ꝙ deus ordinat culpam non ſolũ pu-
niendo, ſicut Anſhelmus ibi nimis ſtricte loquitur, imo ſub bonis circumſtãtijs
ad honorem ſuum & ſuæ bonitatis oſtenſionem ordinat culpam remittendo:
& ſiue remittat, ſiue puniat, bene eam ordinat.
ISTVD Dictũ dñi Roberti eſt ſatis mirificũ: & cõi doctorũ/ & maxime ſan-
ctorũ patrũ ſentẽtię repugnans: qui oẽs clamãt nullum malũ remanere ĩpunitũ:
& nullũ bonũ irremuneratũ. Et Ioãnes Buridanus Picardus Vuiẽnenſis ſtudij
apud Auſtrios plantator, in Aethicis fatet̃ ſępe ſe deceptũ in nouis opinionibus Buridanus

Imitando ergo veſtigia patrũ, mala omnia punita in ſe vel alio aſſerimus. Nam etſi in ſacro baptiſmate pœna omnis peccato originali debita vel etiã actuali re- mittatur/ tñ Chriſtus amariſſima morte ſua ſatiſfecit: & ita diluẽda eſt ratio illa per Roberthum adducta: cuius occaſione tam peregrina fingit. Vnde pulchre

Armacanus Londonium Anglicorum regia

poſuit Richardus Armacanus archiepiſcopus in ſermone quodã Londonŋ ha- bito, concluſionem in ordine ſecundam. Sine plenaria primi parentis ſatiſfactio ne quo peccato totum genus humanum fuit perditum, non debuit/ nec potuit homo ſaluari ex ſola gratia remittente: quoniam ſic grauis peccator & innocens a peccato/ ęqualis eſſent cõditionis apud iuſtum deum/ & iuſticiam eius: quod ratio non permittit. Hæc Armacanus. Recolligendo ergo dicamus/ quia creatu ras rationales libertati eorum permiſit: per quam aliquando noxam incidunt, eandem deus ęternaliter puniendo reordinat.

AVCTARIVM

III Lubet hic, ſicut pictoribus datum eſt excurrere in parerga, ita & nos exſpatiari in parerchaſes. Aſſumpſit illa ratio ordinem & perfectionẽ vniuerſi exigere, vt in mundo eſſet creatura rationalis. Mox inſurgit dubium/ an ne deus potuiſſet feciſſe hominem natura impeccabilem, aut aliam creaturam rationalem.

Occham Auguſtinus

POSSE Deum hoc facere/ Vuilhelmus Occham Minorita arbitraẽ diſ. xliiŋ. primi. diui A. Auguſtini ſuffultus autoritate ſuper Geneſim ad litteram inqui- entis: Potuit deus talem facere hominem/ qui nec peccare vellet/ nec poſſet. Bo-

Bonauentura Brulifer

nauenturam illum doctorem Seraphicum trahit in eandem ſententiam, eius in terpres Stephanus Brulifer: q̃uis dicat Bonauẽtura, Autoritate Auguſtini, Me liores iudicauit deus homines ſi ei liberaliter deſeruiret.

COROLLARIVM Scd'm iſtam loquendi normã: Homo vt ſignificat com poſitum ex corpore & anima intellectiua non eſſet ſpecies ſpecialiſſima, cum ta- lis homo natura impeccabilis differret ſpetie ab alŋs hominibus: & hoc ita eſſe

Occham

adfirmat venerabilis inceptor.

IMPROBATIO HVIVS SENTENTIAE

Adam Cameracenſis Holcot Brulifer Dionyſius

Ab hac tamen opinatione Adam. q. i. ſecũdi. Cardinalis Cameracenſis. q. xiiŋ. & q. xiiŋ. dubio vltimo primi ſententiarũ recedit: quod & Robertus Holcot (hui magnũ ingeniũ) in. q. ŋ. ſecundi Senten. fecit. & ex iunioribus Brulifer cũ Dio- nyſio diſ. xxv. ſecundi aſtipulantur. Non enim apparet prædictis doctoribus, quomodo deus poſſet facere creaturã rationalem expertem voluntatis: q; ſi vo- luntatem habuerit/ erit profecto peccabilis. Voluntas enim creata ſuapte natura eſt libera & vertibilis: deus poſſet ei dare præceptum, cui minus obtemperaret, & ſic peccaret. Nec quicq̃ ſuffragatur parti aduerſæ diui A. Auguſtini ſenten- tia, cum dixit deum poſſe facere hominem/ qui omnino peccare nõ poſſet: nam talem faceret per gratiam/ non per naturam: veluti nunc angelici ſpiritus & cęte- ri in ęterna beatitate conſtituti/ impeccabiles ſunt per gratiam & gloriam: qui ſi eſſent impeccabiles per naturam, iam ſpetie differrent nedum a nobis/ ſed a ſe- ipſis: quod ratio non capit. Non ignoro tñ aliquos ſecus arbitrari ac nos nunc diſſeruimus. Sed iam tempus eſt nos ad agmen reuerti a quo receſſimus. Fuit

enim dubitatū, cur deus tantum malum damnationis ęternæ patiatur in regno suo: super quo fuit audita vna ratio, nunc alia est præ foribus.

SECVNDA RATIO Quę sumitur ex ordine ad finem est ista: quia iustū est ex decētia bonitatis dei & iusticię quas decet manifestari: tum ex parte misericordiæ quæ relucet parcendo peccatori pœnitenti: tum ex parte iusticiæ in puniendo impios, tum ex parte sapientiæ in eliciendo bona ex malis & supra patuerunt. Comes quoq; Mirandulanus Ioannes Carmine graphice expressit. IIII

Nam tua siue aliter sapientia/siue potestas. Picus

Nota suas mundo prodere possit opes.

Maior in erratis bonitatis gloria nostris

Illeq; præ cunctis fulget amandus amor.

Sic amor & pietas tua rex mitissime/tantis

Dat mala materiam suppeditare bonis. Hæc Picus.

TERTIA RATIO Est electorum probatio & meritum: quoniā vt Augustinus inquit, peccatum in malis/ auget meritū in bonis, dum bonos mali impugnant. Faciunt item verba Augustini lib. xi. de ciuitate dei: Nullum faceret deus quem malum præsciret, nisi nosset quibus pariter vsibus eum accomodaret: & ideo inquit, deus permisit esse plures malos q̄ bonos: quia pauci mali non essent ausi insurgere contra multos bonos. vide Bonauenturam. Augustinus Bonauentura

OBIECTIO CONTRA TRES RATIONES

Prædictę tres rationes solent ita infirmari. Prima verbis A. Augustini. xix. de ciuitate dei. Ad innocentis officium non solum pertinet nemini malum inferre, sed etiam a peccato cohibere. Et diuus Paulus ad Romanos scripsit: Non solum qui talia agunt digni sunt morte/sed & qui consentiunt. dicit ibi glossa: Consentire est facere cum possit arguere. Accedit. c. error, lxxxiij. dis. cum possis ꝓhibere peruersos/& non facis, nihil aliud est q̄ fouere illos. Sed deus omnipotens omnia mala possit prohibere, & cauere/vt nulla mala acciderent: ergo deus hoc deberet facere: cū bonus princeps debeat vitare omnia mala in regno suo quæ potest. Huic addendum/q; etsi principes nostri nō deberent sinere mala impunita ex iusticia, hoc est ex eo/quia vitare culpā non possunt: qđ si possent/ eodē mō astricti essent ad ꝓhibēdam culpā ne fieret, sicut ad culpā factam puniēdā. Augustinus Paulus

RESPONDETVR AD ILLA

PRIMO Scdm Richardum/q; prædicti loci allegati in oppositā partem sunt intelligendi de illo qui habet particularem ꝓuidentiam & ꝓuisionem alicuius regni vel ordinis/qui ligant lege superioris: modo deus habet vniuersalem ꝓuidentiam omniū/qua potest ex omnibus malis elicere maiora bona. Cū enim sit omnipotēs, omnia aspitiens, omnia etiā ordinat ac disponit in numero, pondere & mensura. Vnde dicit Vuilhelmus Gorris: Licet deus non ꝓhibeat mala, impediendo ne fiant, tamen bene arguit delinquentes: & ita reordinat culpā per damnationem: quo fit/vt damnatio pulcherrime stet suo loco in vniuerso. Nec est semper innocentis officiū, cohibere malum, sed arguere: & maxime talis innocentis/qui scit ex malo bonum elicere. Vnde ista potest esse ratio diuer- V Richardus Gorris

ſtatis:quia iſti principes noſtri neſciunt perfectionem vniuerſi elicere ex malo, ſicut deus:& cũ hoc habent præceptũ de oppoſito.Deus aũt nullo præcepto ob/ (ligatur.

VI Thomas SECVNDO Pro maiori & clariori intelligentia addaẽ prædictis ſancti Thomę dictum di.xlvij.primi.art.ij.ꝙ quis debet deo ꝓhibere peccata hoc quidem verum,ſalua tamen conditione libertatis arbitrij aliorũ, ne volens præcauere peccatum/iniuriam alteri inferat. Non enim debet rex vel princeps captiuare aut in vincula conijcere homines ne furenẽ.Iniuſtum enim eſſet eos ligare anteq̃ peccarent.Sed per admonitionẽ & comminationẽ debet eos prohibere & abſterrere a malo/ſalua libertate illorum: ita & deus ſalua libertate humanæ voluntatis/peccata prohibet ſuis præceptis & mandatis:ꝙ ſi quis præuaricetur legem & peccet, deus iuſtiſſimus illud malum puniẽdo reordinat: & ex eo bonum elicit.Sic ergo deus pro ſua eximia magnificentia permittit & adhibet damnationẽ/quæ non eſt mala,niſi malũ pœnæ dixeris:imo bona eſt:quia reordinat & rectificat malum.Hijs accedit illuminatus doctor Franciſcus May

Mayronis ronis diſ.xli.q.iij.interrogatione tertia. affirmans talia vera eſſe de potentia dei ordinata:quia non ſit dubium quin deus poſſit de potentia abſoluta aliter agere:imo omnem pœnam debitam damnatis largiter condonare. Idem dicit Sco

Scotus tus diſtinctione.xiiij.q.prima quarti.

DVBIVM DECIMVMSEXTVM
CVR DEVS FECIT ME VT DAMNARET?

VII Orbellis RESPONDET Nicholaus de Orbellis diſt.xli.primi.ꝙ homines inſipidi ſic imprudenter & ſtulte quærentes faciunt iniuriam deo.Cum enim deus velit omẽs homines ſaluos fieri,quantũ eſt ex parte ſua/dando eis media ad ſalutem:ſcilicet animam rationalem cum potentijs cognitiuis,ſacramẽta,& offerendo gratiam,ſi ipſam recipere nõ recuſamus:qui vt nos lucrifaceret/ etiam in carne humana mortem acerbiſſimam paſſus eſt.Quomodo ergo aliquis tam arroganter audet inflatis buccis dicere/deum illum vel alium feciſſe vt damnaret, cum ſacra ſcriptura liquido nobis aperiat contrarium.Dicit enim dominus per Prophetam:Perditio tua ex te Iſrael.Eſt ergo damnatio noſtra ex nobis: ſed ex deo tantum auxilium noſtrum.

AT INSTAT Argutulus: Et ſi deus non me fecerit vt damnaret/ præſciuit tamen me erga ipſum futurum ingratum/& male libero arbitrio per inobedientiam vſurum:& ſic damnandum ex iuſticia ſua.Cur ergo inquiunt/ me fecit? Iſta obiectio imbibit aliud dubiũ:quod mouent Vuilhelmus Gorris & Fran

Gorris Mayronis ciſcus Mayronis,quod in præſentia anteq̃ obiectioni reſpõdeaẽ/eſt diſcutiẽdũ.

CVR DEVS CREAVIT ANIMAM QVAM PRAESCIVIT PERPETVO DAMNANDAM?

VIII NON Deſunt qui ita diſſoluant dubium/ ꝙ etiam damnati mauelint ſic eſſe, q̃ non eſſe.Et ita magna gratia fuit eis ꝙ a deo creantur, non obſtante futura eorum damnatione.Sed is modus dicendi infra ex continenti eradetur. Alia ergo via pertranſeundum eſt.

Mayronis Præpoſitus PRIMO Ergo Franciſcus Mayronis,cui accedit dominus præpoſitus,ad du

bium cum ambigitur, Cur deus creauit animam quam pręsciuit damnandam? Respondet, quia voluit: & ibi est status. Nec est vlterior ratio quærenda, vt diuus Augustinus admonet libro vicesimo secundo de ciuitate dei: Si causa diuinæ voluntatis quæritur/ non inuenitur. Nam cum voluntas dei seu determinatio eius, ad modum loquendi Scoticū, sit prima regula & causa/ maxime in contingētibus: ideo ad eam necessario est status. Nam & Augustinus inquit tertio de trinitate dei: Voluntas dei est summa & prima causa omnium: quod si quis proteruiendo progredi velit, quærendo rationem voluntatis diuinæ: huic obijciatur illud Aristotelis: Indisciplinati est quærere causam/ vbi nulla est causa. Vnde nemo debet dicere deo. Cur ita facis? Iob vndecimo.

Augustinus

Augustinus

Aristoteles

ISTVD DECLARATVR EXEMPLIS

IX Bonauentura

PRIMO Ex Theologicis: quoniam vt ait Bonauentura noster, si quis quæreret, Cum potuerit deus producere vnum alium mundum similem huic, quare magis istum creauerit/ ꝙ alium? nulla esset quæstio: non responsione/ sed risu digna: nam sola voluntas eius hoc effecit. Aduerte/ quoniam hoc exemplum Seraphici doctoris forsitan calumniā pateretur apud Aquinatem: qui in prima parte summę. q. xlvij. art. iij. negat deum posse facere aliū mundum solo numero distinctum ab isto mundo, innixus rationibus Aristotelis primo cœli. De qua materia videre poteris doctores dis. xliij. primi. Da ergo exēplum sine cōtrouersia: Si quispiam interrogaret, cur deus non maturius aut serius creauerit mundum ꝙ fecit. Nam ꝓculdubio deus potuisset maturius creasse mundum, & etiam tardius si voluisset.

Thomas

Aristoteles

X Paulus

SECVNDO idem ostēditur in Mechanicis: vti facit apostolus ad Romanos nono: Licitū est enim figulo de eadem materia facere duo vasa: vnum in contumeliam, id est ad reponendum immunditias: & aliud in honorē, scilicet ad præsentandum in mensa. Irrationabiliter autem quæreretꝰ ab eo, Cur magis de hac parte materiæ fecerit vas honoris/ ꝙ de alia. Nam cum materia vniformis existat/ nulla ratio est dabilis, nisi voluntas figuli. Eodem mō irrationabiliter quęritur, cur deus creat vnam animā ad honorem/ & aliam ad contumeliam: id est vnam ad gloriam/ aliam ad damnationē. Vnde inquit apostolus: O homo tu qui es/ qui respōdeas deo: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? quasi diceret minime.

TERTIO in Monasticis. Nam in actibus humanis sępe quæritꝰ, quare hoc fecisti? Respondetur, quia volui. Et iterum/ cur voluisti? Respondetur, quia apparuit mihi ita esse volendum. Aduerte quia exemplum illud nobis quasi contrariatur: nam hic vlterius quæritur, cur ita volueris: nec illa quæstio vacat responsione. Sed ita quidem euenit in voluntate nostra creata, quæ nō est prima regula actuum nostrorum: sed ad hoc ꝙ sit recta/ regulatur a ratione recta. Item obiectum mouēs sub varijs rationibus est causa nonnunꝙ inducens voluntatem: Secus accidit de voluntate diuina, quæ non mouetur ab obiecto: nec regulatur a ratione tanꝙ a superiori: sed est prima regula circa contingentia: & ideo nulla vlterior ratio est quærenda.

Eckius

QVARTO OSTENDITVR illud in politicis. Licet enim inferior præla tus reddat rationem suorum factorum, puta constitutionem superioris princi pis: & quum ventum fuerit ad supremum/iam est status: quia quicquid ille de creuerit/iam ab eo appellare nō licet: sed diuina voluntas est suprema princeps in contingentibus: & illi qui quærunt causam a diuina voluntate/ ac si ratio ali qua esset prior voluntate in contingentibus, faciunt ac si quis in ecclesia appella ret a summo pontifice ad vnum episcopum, vel alium prælatum inferiorem: quod esset magna ineptia.

QVINTO Liquet hoc idem in physicis. Cum enim quæritur, quare ignis ca lefacit: non potest alia ratio reddi/nisi quia habet calorem. Si progreditur inter rogans/ quare calor calefacit: & albedo non albefacit, non datur ratio: quia illa est causa prima in igne. Eodem modo est status in voluntate dei respectu con tingentium. Addit Mayro vnum notabile verbum: Et sic præcluditur via mul tis curiosis inquisitionibus, intellige recurrendo ad voluntatē dei in qua est sta tus: maxime vbi alia ratio in particulari non habetur: ass semper confugere ad causam vniuersalem & ad deum, solitus eram in artibus appellare mendicimo nium pauperum.

Mayronis

XI

Pelbartus

PELBARTVS In rosario subscribit Francisco Mayronis, ostēdens q̄ in par ticulari alia ratio dari non possit nisi diuina voluntas: ad quod inducit quæstio nes motas ab A. Augustino libro vicesimo primo de ciuitate dei de paleis quæ sunt in hyeme tantæ caliditatis vt oua & poma conseruent ne frigore congelen tur: rursus in estate tanti frigoris vt glatiem conseruent durabilem ne dissolua tur. Item adamas cur tam durus est vt nec ferro frangatur, nec igne liquescat, & tamen hircino sanguine minutatim frangitur. Similia multa potes ex Augusti no colligere: quibus illud non est dissimile quod dicitur de aucis Scoticis gene ratis seu crescentibus in arboribus/quas tamen fabulosas reputat Aeneas Sylui us in cosmographia. Sed Ioannes Maioris distinctione duodecima quarti dicit rem aucarum in scotia esse tantę certitudinis/sicut quod Parrhisius sit in Francia Habemus ergo quomodo Franciscus Mayronis, & qui eiusmodi amplectun tur sententiam, dubium dissoluant. Audiamus nunc quid nobis dicat Nichola us de Orbellis, qui vbique profecto succincte & laconice scripsit: sed fructu suo & succo etiam proceritatem gigātum superat: accedit enim fertilitati suæ quod optime & magistraliter tradit, ac rem quasi ante oculos ponit.

Augustinus

E. Sylnius

Maioris

Orbellis

XII

NICHOLAVS DE ORBELLIS

Ad dubium motum, & simul ad obiectionē prioris dubij respondet assignan do duplicem rationem, saltem ad modum nostrum intelligendi. Prima: quia quos præsciuit damnādos/creauit ad suæ iustitiæ ostensionem. Illa ratio dem pta est a beato Augustino libro vicesimo secundo de ciuitate dei: Si remaneret, inquit, omnes in pœnis/non appareret misericordis gratia redimentis. Rursus si omnes transferrentur de tenebris ad lucem/in nullo appareret seueritas vltio nis: in qua propterea plures sunt q̄ in illa vt appareat quid omnibus debeatur De hoc satis superq̄ fuit dictum in prima parte articuli secundi. Alia ratio as

Augustinus

signata per Nicholaum est exercitium bonorum. Illa ratio saepe fuit tacta, & sumitur a diuo Augustino: propterea non moror.

ADDO EGO TERTIAM Quę arctius stringat, ne sim omnino asymbolus, & nullius numeri. Dico ergo deum voluisse creare animam quā etiam scit damnandam: non propter hoc quod ipse plasmauit in ea: sed quia inuenit in anima quod non est ab eo/sed ab homine: & ideo malum, defectibile, ac culpabile, & sic damnatione dignum. Sed deus non vult intermittere actiones suas, propter posterius incidens malum/quasi per accidens: quod tamen deus optimo ordine nouit collocare in vniuerso. Tot enim bona quae prouenerunt occasione etiam malorum hominū/non erant omittenda ꝓpter quarundam animarum damnationem: quae a iustissimo iudice inflicta/iniusta esse non potest.

DVBIVM DECIMVMSEPTIMVM CVR DEBET REPROBATVS GRATIAS AGERE DEO ET LAVDARE PRO SVA CREATIONE CVM SIT EVM DAMNATVRVS

RESPONDETVR ꝙ adhuc multiplex est causa quare debet eum laudare. Vna assignatur ab aliquibus propter ipsum esse quod habent a deo, debeant laudare deum: quia melius sit eis sic esse/ꝙ̄ omnino nō esse. Et ita Richardus dist.l.art.iiij.q.ij.vult non esse magis fugiēdum ꝙ̄ damnationem: quia nō esse adiuuat totum bonum/sed damnatio non. Item quia scd'm beatum Dionysium de diuinis nominibus, Inter omnes diuinas participationes esse est nobilius: ergo non esse est peius. Adducitur praeterea pro hac sententia Augustinus libro tertio de libero arbitrio capite quinto, vbi inquit: Quod si qs dixerit non esse/ꝙ̄ miserum esse me malle, Respondebo mentiris. Concludit post multa: Considera ergo ꝙ̄ potens, ꝙ̄ magnum bonum sit ipsum esse quod beati & miseri volunt. Haec & multa similia dicit Augustinus in hanc sententiam: sicut meminit Adam.q.x.primi.art.i.& adhuc melius art.ij.

XIII — Richardus — Dionysius — Augustinus — Adam

ISTA RATIO REPROBATVR COMMVNITER Per doctores. Primo: quia de facto damnati appetunt non esse. Ita dicit doctor subtilis se credere ꝙ velint non esse/non propter fugiēdam culpam, quia sunt obstinati: sed propter fugam poenae. Allegat pro hoc illud Apocalipsis nono: Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis: in diebus illis quaerēt homines mortem, & non inuenient eam. Vuilhelmus Vorrilon allegat in.iiij.dist.l.pro hoc diuum Augustinum de miseria huius mundi loquentem de damnatis: O mors ꝙ̄ dulcis es, quibus tam amara fuisti: te solum desiderant/qui te vehementer oderunt. Probatur etiam tali ratione: quia melius est alicui annihilari/ ꝙ̄ peccare mortaliter, cum magis hoc iustus eligeret: & Scotus ad longum declarat: sed damnati continuo peccant: quia semper deo inuident, iuxta illud Psalmistae: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. de materia tamē illa statim dicetur. Vnde patet, ꝙ damnati de facto appetunt non esse/licet vitiose: quia solum vt careant poena non vt vitent culpam.

XIIII — Scotus — Ioannes — Vorr lon — Augustinus

Holcot SECVNDO Dicit Robertus Holcot post alios doctores/ q homo etiam secundum rectam rationem potius debet eligere nō esse q̄ dannari: dummodo tamen voluntas dei non obliget eum non velle annihilationem sui. Probat eam
Saluator Holcot.q.i.tertij.&.q.vij.quarti.per illud saluatoris Matthei.xxvi. Melius erat illi si natus nō fuisset homo ille. Si erat melius/ergo a recta ratiōe poterat eligi.

XV

SCOTI INTERPRETATIO RESPVITVR

Scotus Nec placet mihi hoc loco doctoris subtilis interpretatiuncula: qui intelligit verba CHRISTI de natiuitate ex vtero/ q melius fuisset Iudæ mori in vtero: nam nec litteræ quadrat istec expositio: nec dictis sanctorum, qui omnes per hoc q ait melius erat illi si natus non fuisset, intelligunt non esse Iudæ. Vnde barbatus ille Hieronymus verba prædicta pertractans/ inqt: Non autē ideo putādus est ante fuisse q̄ nasceretur: quia nulli possit esse bene/ nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictum est multo melius esse non subsistere/ q̄ male subsistere. Pondera verbum, non putandus est ante fuisse q̄ nasceretur: quod non haberet veritatem
Augustinus de natiuitate ex vtero/ sed solum de natiuitate in vtero. Adde (si ita libitum) Aurelium Augustinum de quæstionibus euangelij dicentem: Et si quispiam contendit aliquam vitam esse ante istam, non Iudæ tantum vt non nasceretu̅/ sed nulli expedire conuincit̄ &c̄. Ex quibus liquet ambo ecclesiæ luminaria intellexisse verba saluatoris de natiuitate in vtero anteq̄ res non existat.

XVI
Mayronis RATIONE Hoc idem probat Franciscus Mayronis in primo distinctione quadragesima prima quæstione tertia. latius tamen examinat illam materiam in quarto distinctione quinquagesima quæstione prima: quem omnino videte. Arguit ergo sic: Quia pœna inferni est infinitum malum, eo q est pœna infinitæ transgressionis: & tamen non fuisse nullum/malum est: homines enim quos deus non creauit & posset creare/ nullam pœnam habent ex eo q non sunt creati. Quomodo autem pœna inferni sit coniuncta infinitæ transgressioni/ cū pec-
Marsilius catum ponatur malum finitum, vt enucleat graphice Magister Marsilius Budorini Gymnasij inceptor quæstione prima quarti. vide ea quæ adnotantur p
Picus litterarum principem doctissimum comitem Ioannē Picum (aut si mauis phœnicem) in conclusione secunda Apologiæ suæ, de finali impœnitentia semper in infinitū duratura, & inuenies quod quæris. Memor sum hijs auribus a do-
Northofer ctore Georgio Northofer præceptore audiuisse. Peccatum esse malum infinitū non formaliter/ sed interpretatiue: ego inuenio huius dicti quadruplicem rationem. Nam interpretatur peccatum esse malum infinitum: quia auertit a bono infinito: & quia priuaret hominem infinita gratia si esset habita: & priuat hominē infinito bono gloriæ habendo: & quia obligat hominem ad infinitam pœnam duratione. Sed de hijs in singularibus nostris.

EVASIO

Sed nituntur elabi huic rationi Francisci Mayronis: quoniā licet non esse non sit

malum hominibus nunquam creatis: tamen esset malum hijs qui sunt: quoniam annihilatio per quam venirent ad non esse/esset eis mala. Habet quidem colorem hoc effugium/sed non euincit: vt pulchre dicit Seraphicus doctor distinctione quinquagesima parte prima articulo primo quaestioue secunda. Nam licet non esse nullo modo sit appetendum appetitu recto & ordinato simpliciter: sed cum damnati appetunt non esse/appetitus eorum est inordinatus & indiscretus & fantasticus. & post pauca subdit: Simpliciter tamen loquendo, quia corruptio in non esse in infinitum excedit poenam intensiue, infinitum inquam secundum proportionem, poena vero extensiue secundum veritatem. Ideo credo magis appetendum esse, si poneretur in optione omnino non esse/quam aeternaliter torqueri (loquor de appetitu qui refugit incommodum.) Hoc enim indicat mens mea magis portabile, sicut decollationem magis quam diuturnam ignis adustionem. Haec Bonauentura. Allegat Dionysius Cisterciensis in quarto distinctione vicesima sexta beatum Augustinum in sermone ducentesimo dicentem: Si te deus non mittat in poenam sed te videre faciem suam non permittat, nonne foret melius te non fuisse natum? Bonauentura Dionysius Augustinus

TERTIO DICIT Guido Brianfonis Minorita/quod damnati secundum appetitum iusti & honesti actu potius deberent appetere sic esse in poenis aeternaliter/quam annihilari & non esse: secus de affectione commodi. Et ad istum sensum intelligo doctorem subtilem vbi supra in responsione ad quaestionem primam: aliis eum in vniuersum non recipio. De appetitu commodi iam primo probatum est per Bonauenturam: qui primam partem ita astruit: quia cruciatus iniqui spiritus est ad gloriam dei: qua de re vtique deberet malle ignibus subiacere ad continuam dei laudem/quam per omnimodam corruptionem manum dei effugere. Cum ergo in eis reluceat diuina iusticia inquit Briafo, ac honor dei: viso etiam quod beati ex eis habent maiorem gloriam, & vniuersum redditur perfectius habens in se malum poenae, quod est quoddam iustum & bonum. Et quia diuina voluntas vult eos sic esse in poenis, cui omnis voluntas tanquam primae regulae debet & tenetur conformari ad modum per doctores declaratum distinctione quadragesima septima primi: Recto ergo appetitu damnatus a deo in poenas aeternas non debet appetere annihilationem. De hijs omnibus prolixior Robertus Holcot vbi supra. Briansō Scotus Bonauentura Holcot

COROLLARIVM. Sequitur Bonauenturam sufficienter decidisse hanc materiam vt patet ex nunc allegatis. Verum est quod Brulifer arguit eum insufficientiae adducens quomodo duplex sit miseria. Vna culpae quam etiam habent damnati, vbi simpliciter appetitu honesto damnati possent eligere & velle non esse potius quam sic esse miserum miseria culpae. Alia est miseria poenae: & sic damnati secundum rectam rationem magis debent eligere esse in poena/quam non esse. Sed frustra hic Bonauentura noster, imo doctor communis omnium incusatur: iacula enim illa diu praeuidit antequam ab alijs tornarentur: vt videri potest distinctione quadragesima octaua primi. adnotatione prima ad litteram. Neque fuit necessarium omnia repetere & inculcare vbicunque obtigissent materiam, alias in immensum Brulifer XVII Bonauentura defensio

excreuissent commẽtaria eius. Sic ergo euacuata est prima ratio & exinanita: quare aliam venari oportet.

XVIII Occham

SECVNDA RATIO

Pro quæsito affertur a Vuilhelmo Occham in Centilogio conclusione centesima. Quia damnatus tantum tenet diligere deum quia eum damnauit, sicut beatus quia ipsum beatificauit. Hoc ostendit sic: Propter ęque iustũ factum vel potius magis iustum factum/tenetur faciens tale ęqualiter diligi, vel saltem nõ minus diligi: Sed deus damnando peccatorem finaliter ęque iuste facit, sicut beatificando decedentem in gratia: ergo ęqualiter debet deus vel nõ minus diligi a damnato ꝙ beato. Illud etiam prius probauit: quia vterque tenetur diligere deum ex toto corde &c̃. ergo vterque tenetur ęqualiter diligere deum. Antecedẽs de beato est notum: sed de damnato probat sic: quia cum erat viator tenebatur ad hoc: ergo etiam iam post damnationem tenetur ad dilectionẽ dei. Tenet cõsequentia: quia damnatum deus iuste damnauit: & propter factum iustũ & bonum & bene factum a nullo tenetur deus minus diligi ꝙ antea: ergo ęqualiter deus debet diligi a damnato post damnationem sicut ante.

EVACVATIO RATIONIS OCCHAM

XIX G. Northofer ISTA ratio Vuilhelmi de Occham nõ placuit clarissimo Theologo Georgio Northofer de Northofen olim præceptori nostro in florenti Friburgiorum archigymnasio. Primo enim negabat vtramque conclusionem a Vuilhelmo positam, scilicet nonagesimam nonam & centesimam. Non enim damnatus inquit obligatur ad illa vel alia, cum sit solutus legibus, & perpetuum mancipium poenæ infernalis. Secundo inquit rationes Vuilhelmi non sunt vrgentes: quia non præcise eo ꝙ aliquid esset iustum & bene factum, propterea alius deberet illud amare & prosequi. Sed nunc demum esset verum/si in tali statu esset positus, ꝙ teneretur ad illud diligendum & amandum: modo damnatus cum sit extra statum viatoris non potens mereri vel demereri ad nihil etiam tenebitur vel obligabitur. Hijs similia memor sum me adulescentem sedecim annos natũ hijs auribus ab eo hausisse, dum perhumanus vir Ioannes Sculphinus ad pedes legeret Petri Lingobardi Theologiæ insignia euestigio recepturus.

I. Sculphius M.D.III

DEFENSIO RATIONIS OCCHAM

XX Dabunt fortasse mihi veniã manes humanissimi viri, pręceptoris nostri si cum eis iam disputem/qui solitus eram cum viuo perpetuos habere conflictus disceptatorios. Nam hijs solũ disputationibus non aliunde præceptorẽ eum agnosco. Si quis igit̃ omnino tueri vellet partes venerabilis inceptoris Vuilhelmi de Occham posset confugere ad antiquã doctorum sententiam, puta ꝙ beati semper mererentur, & damnati semper demererentur: quã sententiã ex Neotericis amplectitur & gnauiter defendit Robertus Holcot. q i. primi. Tenuit Abbas Nicholaus Panormitanus in. c. firmiter. extra de sum. tri. & fi. cathol. allegat ad hoc glossam notabilẽ & perpetuo menti tenendam. in. c. qui episcopus. xxiij. dist. Huic nõ omnino refragat̃ illud in bonis litteris naturę miraculum doctissimus

Holcot Panormitanus

Comes Ioannes Picus Mirandulanus conclusione secunda Apologetica aduersus Petrū de Xantiua Garsiā, sacri palatij lectorē & cōplices: qui nobilissim⁹ & eruditissimus princeps ad alios coętaneos cōparatus, tm̄ inter eos fœlici ingenio ac pinguiori minerua caput extulit/vt illud Tityri Vergiliani subdere possim: Quantum lenta solent inter viburna cupressi. Picus Garsias Vergilius

Sunt ergo actus eorū demeritorij: quare ipsi adhuc sunt obligati ad præcepta: & si non demereantur nouam pœnam/tamen demerenť eandem multiplicius.

ALIA DEFENSIO VVILHELMI OCCHAM XXI

Quod si hoc minus cui videtur quod & ipse Occham non patiatur se ita defendi: imo hijs plane aduersetur quæstione decimanona secundi. Alia via incedat & dicat: Damnatum bene deobligari pręceptis positiuis, aut etiam pręceptis secundę tabulæ, si ita opus sit: non tamen deobligari a præceptis primæ tabulę in quocunque statu viatoris vel non viatoris: quoniam illa non sunt dispensabilia nec reuocabilia: & ite obligant quemcunque rationis capacem pro quocunque statu. Et illud apparet esse communis sententia doctorum: & est theorica melliflui Bernhardi de dispensatione & præcepto. Non tamen me præterit quomodo hic digladientur doctores, Vuilhelmo de Occham met dicēte, deum de absoluta sua potentia posse deum præcipere odiū sui meritorie: ita affirmat in centilogio conclusione quinta. Cui subscribit dominus cardinalis quæstione decima quarta primi. contra Gregorium Ariminensem distinctione quadragesima secunda quæstione prima articulo secūdo: & ita dispēsare posset deus circa omnia præcepta, excepto præcepto obedientiæ. Non enim posset deus præcipere, vt quis non obediret sibi: nam hoc non solum implicaret/ sed etiam explicaret contradictionem. Herueo Britone e regione multum subtiliter (vt adsolet) contendente/nullum decem præceptorum esse dispensabile vel reuocabile. Sed est præter propositum nostrum vt hunc sinum enauigemus/quin potius recto traijciamus nauigio. Occham Bernhardus Occham Aliacensis Ariminensis Herueus

TERTIA RATIONIS OCCHAM DEFENSIO XXII

Illud videtur apud omnem viam multum probabile/ ꝙ ista lex de diligendo deū sit nobis insita: & ita de lege naturæ quēadmodum multa alia: & propheta regius hoc nobis insinuat quærens: Quis ostendit nobis bona? & respondet: signatum est super nos lumē vultus tui domine: vti largiter in quæstione nostra vesperiali conscripsimus. Et. D. Georgius Northofer vbi adprobat tractatum celeberrimi viri Vldrici Zasij in legali sapientia pręceptoris nostri de paruulis Iudęorum baptisandis hoc non neglexit. Demus ergo & concedamus optimo præceptori nostro Georgio, qui mō bene viuat, cuiusꝗ laudes obiter ꝑ temporis angustia, oratione funebri pro eo habita non infœliciter perstrinximus: Demus inquam damnatos malis etiam eorum actibus non demereri mortaliter/sed venialiter: sicut Robertus Holcot. q. iiij. secundi imponit doctori subtili allegans eum dis. vij. secundi: quæ quidem allegatio apparet mihi esse remissio ad forū Iulij: aut potius ad græcas kalendas, aut latinas Neomenias. Non enim in ista distinctione, nec alibi quod meminerim Scotus allegatum adfirmat. Sta Eckius Northofer Zasius Holcot Scotus

bit ergo obligatio præceptorum nobis natura rusticorum, etiam in damnatis: quod rationem Occham validabit.

QVARTA RATIONIS OCCHAM DEFENSIO

Hibernicus Adam Holcot Occham Sed vtrumque sit, dictum tamen Hibernici ab Adam & Roberto Holcot euocati, excusaret rationes Vuilhelmi Occham: puta q̄ damnati cōtrauenientes præceptis diuinis natura sibi insitis, peccant quidem/ sed non demerentur proprie aliquam pœnam: quia non sunt viatores: & ideo actus eorum non sunt demeritorij/ sed damnatorij. Istam esse communem sanctorum sententiam asseuerat Stephanus Brulifer dist. I. quarti. ita enim inqnit a Bonauētura recedens: Nā sicut sancti continue laudabunt deum: ita damnati continue blasphemabunt deum. Et non solum vellent peccare/ sed etiam actu peccabunt: & ita erunt obstinati in peccato sc̄d'm Psalmigraphum: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Et licet semper peccent/ non tamen semper demerentur. Sed illa voluntas peccandi est eis pro pœna secundum quod dicit sacra anima in Apocalipsi capite vicesimo secundo: Qui in sordibus est/ sordescat adhuc. Concordat Dionysius Cistertiensis. q. i. prologi. arti. ij. & distinctione septima secundi articulo prio. Et hijs vijs potest ab iniuria vindicari venerabilis inceptor. Hoc solo addito/ q̄ ratio sua primo loco adducta est frigidiuscula. Nam nō præcise: quia exercetur ab aliquo iustitia, ille diligendus est ab eo in quem exercetur. Sed potius si ex liberalitate, misericordia, magnificentia, aut pietate aliquid remittitur, ibi succedit in locū iustitiæ gratitudo & amor mutuus. Si duobus sum deuinctus in ære alieno contracto diluendo, vnus ex mititate suam portionem remittit: alter iure me conuenit: & iustitia exigente condemnor huic ad satisfaciēdum q̄uis ille sit vsus iure suo, nec fecerit mihi iniuriam: quis tamen esset ita inops rationis/ qui diceret me debere plus diligere illum/ aut æque, qui per iustitiā exigeret suum/ q̄ illum misericordem mihi liberaliter debitum condonātem: Sed satis circa illam rationē exspatiati sumus. despitiamus iam alias rationes.

Brulifer

Dauid

S. Ioannes

Dionysius

TERTIA DVBII RATIO

Reprobatus debet laudare deum propter summam eius benignitatem/ q̄ ipse ex mera bonitate sua creauit animas ex nihilo tam pulchram & deiformem imaginem: & voluntate antecedente ad beatitudinem: vt cum deo viueret, cum deo regnaret, deo frueretur/ & bonis eius æternaliter. Quod q̄uis non eueniat/ creatio tamen non est iu causa/ sed praua voluntas superueniens/ facit animam addici damnationi. Accipe analogiam: Mihi donatur equus/ qui postea mea culpa efficitur morbosus, nihilominns congruit vt sim gratus erga donatarium

XXIIII

QVARTA RATIO DVBII

Cur reprobatus debeat laudare deum, Est q̄ agat gratias deo pro diuina iustitia, & eius in mundo relucentia. Nam licet homo debeat sibi velle & optare salutē: nihilominus debet deum laudare: quia iustus est, & iuste malos condemnat/ ac si decorē & ordinē vniuersi cōseruat. vñ si talis aīa dānati esset bona grās

ageret deo/ꝙ etiam ipsa damnata esset obiectum diuinæ iustitiæ. Oremus tamen deū, inquit Vuilhelmus Vorrilon, vt custodiat & præseruet nos a tali gratiarumactione. Quia vt dicit Bonauentura noster dist.xlviij.primi.ad litteram, separationem ęternā a deo per culpā nullo modo anima recte velle potest: imo semper tenetur velle contrarium, vt iam supra deduximus. Idem voluit. D. Alexander de Ales doctor irrefragabilis, separationē a deo per culpā nullus recte velle potest: secus de separatione per pœnam: vt de sancto Faustolo narratū est — Vorrilon; Bonauentura; Ales; Fortunatus

QVINTA RATIO DVBII

Est desumpta ex diuina sapientia, qua deus nouit ex malis elicere bona meliora vti iam centies diximus. Nam si nullus ex damnandis fuisset creatus, si nulli mali fuissent/ quis voluisset CHRISTVM tam acerba & amarulenta morte affecisse: quis martyrum aureolas crudelitate procurasset. Tanta enimuero bona deus optimus maximus ex malo elicere pōt: vt beatus Gregorius magnus & sanctitate conspicuus, peccatum Adę protoplasti (ꝗuis illiusipsius sententia grauissimum & omni posteritati damnosum) nō dubitarit fœlix nominari. Fœlix inquit culpa, quæ talem meruit habere redemptorem: vti alio loco diximus. Addendum prædictis quod ex pessimis parentibus sępe optimi filij nati sunt: vt ille patientiæ antesignanus Iob descendit ex Esau reprobato. Ezechias optimus rex Achab facinorosum inter progenitores computat. Sancta Barbara & sancta Katharina virgines inuictę impios habuere parentes. Impiū habuit sanctus Martinus. Ex quibus omnibus (vt si non singula/ tñ vniuersa iuuent) concludimus reprobatū etiam debere deū laudare, & potissimū hoc verum est pro statu viæ — XXV; Gregorius; Iob; Ezechias; Barbara; Katharina; Martinus

DOMINVS PRAEPOSITVS M.GABRIEL

Ita perorat iuxta hanc dubitationem: Vnicuique parti melius est bonum totius ꝗ bonum proprium: sicut manus se obijcit pro defensione capitis: & aqua anteꝗ patiatur fieri vacuum/ mota a natura vniuersali ascendit sursum: vti declarat Nicholaus Lyranus primi Regum octauo. Quis nonnihil controuertat illam propositionem doctor subtilis in tertio commentariorum Theologicorum distinctione vicesima septima. Cum autem damnatio tendat in bonum vniuersale & decorem totius vniuersi: ideo bonum est damnando creari etiam sub hac habitudine: ꝗuis fortasse ipse vellet oppositum. — Præpositus; XXVI; Lyra; Scotus

POSSET Corroborari ista domini prępositi sententia per notabile A. Augustini verbum: Si esset mundus inquit, in quo nullum esset malum/ talis nō esset ęque perfectus sicut mundus iste: quod profecto ratione mali præcise dictum esse inquit: Sed ratione bonorum emergentium ex malo. Et in illo Augustali libro de ciuitate dei libro.xi. exprimens causam cur deus sinat mala fieri, respondet: Deus vniuersum quasi quibusdam antithetis honestauit & exēplificauit in sermone & picturis. In sermone sicut apostolus vtitur.ij. ad Corinthios sexto: Per arma iustitię a dextris & a sinistris per gloriam & ignobilitatem/ per infamiā & bonā famā &c̄. subdit postea: Sicut ergo ista cōtraria cōtrarijs opposita sermonis pulchritudinē reddunt: ita quadam non verborū/ sed rerū eloquētia, contrariorū oppositiōe sęculi pulchritudo componit̄: & infra post multa dicit: — Augustinus; Augustinus

Nec mala voluntas: quia naturæ ordinē ſeruare noluit: ideo iuſti dei leges om- nia bene ordinantis effugit. Quoniam ſicut pictura cum colore nigro loco ſuo poſita: ita vniuerſitas rerum ſi quis poſſet intueri, etiā cum peccatoribus pulchra eſt: q̄uis per ſeipſos conſideratos ſua deformitas turpet: Multa hijs ſimilia illo

Auguſtinus libro. xi. prodit diuus Auguſtinus. Et in libro confeſſionum inquit ad deum: Tu cui omnino nihil malum/ ſed nec vniuerſæ creaturæ tuę: quia nihil eſt extra te quod corrumpat ordinem quē impoſuiſti. Quod equidem dictum non in- telligitur de ordine particulari, cum ab illo praua voluntas ſępe recedat: ſed acci

Bœotius piendum eſt de vniuerſali ordine totius vniuerſi. Inde ait Bœotius: Sola diuina vis eſt cui quęque mala bona ſunt. Adde Auguſtinū libro. xiiij. de ciuitate dei. c xxvi. in fine. &. c. xxvij. Laudetergo deus optimus & ſapientiſſimus in omnibus.

DVBIVM DECIMVMOCTAVVM SI DEVS PRAESCIVIT HVNC DAMNANDVM, CVR DEBET CONARI AD BONA OPERA: CVM PRAE SCIENTIA DEI SIT IMMVTABILIS

Iſtud dubium eſt ſimia huius quod ſuperius effinximus de prædeſtinatione ſi ſum prædeſtinatus/ faciā quicquid voluero, ſaluabor: Eodem enim pacto

XXVII argumentatͬ reprobatus: Si ſum præſcitus, fecero quicquid voluero, damnabor Vn̄ oīa adnotata in priori dubio, volo hic habere ꝓ repetitis: ſed vltra p̄dicta

Mayronis FRANCISCVS MAYRONIS Inducit hic plures interrogatiōes: & reſpō- dendo ad illud dubium/ dicit ꝙ præſcitus adhuc debet conari ad bona opera. Primo: quia talis per bona opera minuit ſibi indirecte pœnam futurā: nam gra uius puniretͬ ad minus ꝓpter peccatum omiſſionis, ſi omitteret ea bona ad quę tenetur de præcepto, ſiue diuino/ ſiue poſitiuo: & de hoc ad quid proſint ope-

Bonauentura ra bona ex genere peccatoris. Vide Bonauenturā graphice hoc tangentem diſt. xv. parte. i. q. vi. quarti. Illa prima ratio de alleuiatione pœnæ eſt doctoris ſancti

Thomas Gorris Thomæ: ſed reprobatur a Francisco & Vuil, Gorris: quoniam ſicut deus nouit damnationem huius ſiue pœnā futuram, ſic nouit & gradum pœnę, imo pun- ctum: ergo nulla ſit alleuiatio pœnæ præſcitę.

XVVIII SECVNDA RATIO Datur: quia deus propter ſeipſum, quia ſummum, ſumme eſt diligendus: ſic etiam bonum virtutis & eius exercitiū propter ſe ap-

Ariſtoteles Claudianus petendū eſt inq̄t Ariſto. & Claudianus in conſolatū Manlij Theodori cecinit:

Ipſa quidem virtus pretium ſibi ſolaq̧ late
Fortunæ ſecura nitet: nec faſtibus vllis
Erigitur: plauſu ue petit clareſcere vulgi
Nil opis externæ cupiens/ nil indiga laudis.
Diuitijs animoſa ſuis, immotaq̧ cunctis
Caſibus: ex alta mortalia deſpicit arce.

Nam ipſa virtus ſibijpſa ſatis magnum præmium eſt: eſto ꝙ nihil aliud conſi-

Syllius deretur/ cuius obtutu agatur: vt Syllius Italicus inquit:

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

Ex naturali ergo rationis dictamine, adhuc faciendum eſt bonum ſine quacūq̧

relatione ad poenam vel gloriam: q̄uis nullus hoc vereri debeat/ deū aliquod bonum permittere irremuneratum. Diligat ergo adhuc reprobatus deum super omnia/ & virtutes amplectatur propter se, & vitia fugiat: quia suapte natura fugibilia. Sicut bonus ille Seneca moralissimus inquit: Si scirem deos ignoscituros, & hoīes non noscituros/ adhuc peccare erubescerē ꝓpter peccati vilitatē. Seneca

TERTIA RATIO Est, quia deus nouit mutare sententiam/ si vis mutare delictum inquit Augnstinus. Vnde deus nō ita sentētiauit immutabiliter, nec praescit: quin possit oppositū facere: & faceret/ si tu mutares delictum. Et si dicas, ergo non praecognouit deus tunc me condemnandum/ quia tunc saluabor. Dicit Franciscus Mayronis, imo quia conditionate. Sed huic modo loquēdi dudum nuncium remisimus, vti supra quoq; patuit. Aliter ergo dicēdum concedendo illatum: neq; ab ęterno tunc ille fuit praescitus, sed praedestinatus: & nulla imaginatio fallit arguentem/ nisi q̄ praeteritionem ponit in praedestinatione & pręscientia, cuius oppositum supra docuimus. Vnde licet illa consequentia sit bona Ille est praescitus, ergo damnabitur: tamen tā antecedens q̄ consequens sunt cōtingentia: & ita est ibi necessitas consequentiae/ non consequentis. Augustinus Mayronis

ADDIT Prędictis frater Pelbartus Vngarus factum sancti Fortunati, cui dū Angelus dei manifestasset eum fore reprobatū a deo, Respōdit bonus & vere fortunatus pater, malle se pro bonis operibus damnari a bono deo/ q̄ damnari pro malis operibus, quibus diabolo subijciar: & sic meruit saluari. XXIX us Pelbartus Fortun

DVBIVM DECIMVMNONVM AN ALICVI POSSIT REVELARI CERTITVDINALITER SVA DAMNATIO?

DEcreueram ego & ita apud me constitueram de reuelatione paucula hic addere ad modum aliquorum doctorum, & ea breui manu soluere: sed ecce dum vrceolum formare volui/ amphora facta est. Tanta se obtulit dicendi materia, ita sturnatim reuelationis dubia inciderunt/ & se ingesserunt, vt obturatis auribus praeterire nequiuerim, ita me stentoris voce acclamabāt. Volo ergo eis ꝓ virili satisfacere/ quantū ingeniolum meum suppetit, & studiosa multorum doctorū lectio iuuat. Praemittamus ergo generalia.

PRIMO VIDEAMVS reuelationē aliquando vsurpari communiter pro ostensione rei alꝭs incognitę per signum extrinsecū vel assensum internū, siue de praeterito/ siue futuro: quomodo & Moysi facta est reuelatio ꝓphetica de creatione mundi. Nam praenotionem & praedictionē illam ꝓpheticam esse etiam de praeterito pulchre astruit post Lyranū nobilis princeps & decus litterarum Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus primo prenotionum libro, ostendens hoc institutis etiam philosophorū Aristotelis, Auerrois, Macrobij, Hippocratis & Cornelij celsi non aduersari: quod & Epimenides Cres diuinationē futurorum respuebat: & praeteritorū quae occulta erat solum amplexabatur. Et Vergilius Maro praeteritorū notionē ad vatē pertinere voluit, dū de Protheo loquēs cecinit: Nouit namq; omnia vates XXX F. Picus Aristoteles Auerrois Macrobius Celsus Epimenides Vergilius

Quae sint, quae fuerint, quae mon ventura trahantur,

Strictius autem interdiu accipitur reuelatio/vt dicit ostensionem alicuius de futuro, quomodo tractabimus reuelationem in nostra materia. Illa distinctio po
Dionysius nitur a Dionysio Cistertiensi dist. xli. primi.

XXXI Holcot ADHVC Biuariam accipi reuelationē ostendit Robertus Holcot. q. ij. secūdi Possumus enim vti isto termino reuelare, pro causatione noui assensus in intellectu creaturę mediate vel immediate respectu alicuius veri: & si assentit sine formidine/tunc dicit̃ reuelatio scita: non tamen scientia demōstratiua. Alio mō vtimur illo termino ꝑ causatione alicuius assensus in intellectu alterius de nouo.

COROLLARIVM. Reuelatio primo modo accepta est contingenter reuelatio: & potest non esse reuelatio, imo nunq̄ fuisse reuelatio: imo quod deus reuelauit/potest nunq̄ reuelasse: ita ponit Occhā in Centilogio conclusione. lxxxi
Occham Patet: quia cum sit de futuro contingenti, quod potest absolute nō euenire, tunc illa ostensio cū non fuisset de vero/non fuisset reuelatio. Sume analogiā de fide Fides est respectu veri: si non subest verū/iam nō est fides/sed perfidia. Accipe mō iudęū tēpore quo CHRISTVS saluator hic fuit in terris/credentē circūcisionem ꝑficuā: manente autē illo habitu in iudęo vsq̄ post ꝑmulgationē euangelij/tunc ille habitus primo fuit fides: & tamen post ꝑmulgationē euangelij non fuit fides/sed perfidia, quia amplius non fuit de vero. Et ita pulchre dicit
Aliacensis cardinalis Cameracensis Petrus de Aliaco. q. i. primi/ꝙ fidei pōt subesse falsum sed cū iam subest falsum/iam non est fides. Idem est de reuelatione: quoniam exigit vt manifestatū sit verū: quod quia potest esse falsum/ipsa poterit non esse
Adam reuelatio. Hoc corollariū ponit̃ p magistrū Adam Goddam Minoritā qui legit Parrhisij anno gratiæ. M.CCC.LXIX. vt elicit̃ ex quæstione quinta tertij.
Alphonsus Sed Alphonsus Toletanus dis. xlij. primi voluit oppositū corollarij: q̄m reuelatum tanta necessitate sit reuelatū/ꝙ non possit esse non reuelatū: rationes tñ eius de facili diluunt̃: & quid sit tenendum/latissime in posterioribus explicabimus

XXXII Ebraco TERTIO Tene menti quod dominus Chunradus de Ebraco dis. xli. primi. adnotauit triplicē esse reuelationē scd'm tres modos cognitionū positos ab A.
Augustinus Augustino. xij. super Genesim. Primo fit reuelatio per res corporales obiectas sensibus exterioribus: sic Baldasar vidit articulos manus scribentis in pariete Daniele desyderiorū viro exponente quid significabat illa scriptio. Secundo fit re-
S. Petrus uelatio ꝑ res spirituales internas/tñ sensibiles: vt S. Petrus vidit vas quatuor linteis alligatū/submitti de cœlo plenū varijs animalibus: vñ post hoc habuit aliā
Augustinus reuelationē quid significasset illa visio. Attende tñ quid sentiat diuus Augustinus super istis visionibus. Tertio fit reuelatio per visionē incorporalē rei, quæ
Paulus Moyses Augustinus est intellectualis. Et ita Paulus in raptu vidit essentiā dei, & similiter Moyses/vt tenet Augustinus de videndo deū. c. xiij. & in quæstionibus ad Orosiū. q. xlvi & xij. super Genesim. licet non appareat mihi vnq̄ purum viatorē habuisse noticiam dei intuitiuā: nec simpliciter/nec ad tempus contra cōmunem scholā. Pro me est Brianso in quarto: sed hoc legent aliqñ studiosi in singularibus nostris.
Augustinus Hæc visio tertia iterū partit̃ apud Augustinū in vespertinā & matutinā: alij addunt tertiam/meridianā. Sed quia hęc non ꝑmouent ad dicendorū intelligen-

tiam:ideo remitto ad locos ordinarios. Cardinalis Cameracensis.q.xij.primi. Cameracensis
posuit solum duo genera reuelationum:scilicet interiorem & exteriorem.
QVARTO PRAEMITTENDA Est reuelationis diffinitio, quam tradit XXXIII
prędictus Ebraco. Reuelatio dicit, est manifestatio qua intellectus a deo vel ab Ebraco
angelo ducit, vel aptus natus est duci ad assentiendum alicui vero de futuro. Et
ꝓbat illam diffinitionē ex Cassiodoro super principio psalterij dicente ꝓpheti Cassiodorus
am esse noticiam verā & immutabilem, quę falsa esse non possit: multa alia dicit
sed hęc in itinere quasi aliud agētes tumultuarie exscripsimus/dū in patria bibli
othecā doctoris Iodoci contionatoris Memmingensis perlustrarē, vbi eū inter Iodocus Memmingē.
reliquā suppellectilem librariā offendi. In diffinitione ferme concordat Hugo Hugolinus
linus/inquiens: Reuelatio est indicatio vel notificatio diuina de re conplexa fu-
tura contingenter: creaturę cui indicat ignota, & per quam deus vult significare
qualiter erit. Et sic reuelare nihil aliud est/nisi intellectum creatū ad assentiendū
alicui vero de futuro inducere, cui talis intellectus prius nō assensit. Et prę omni
bus adde Richardū Minoritanæ familiæ antistitē dis.xxiij.art.viij.q.i. vbi mi- Richardus
rifice declarat quid prophetia, & quotuplex: ex quibus tu qui aperis ingenium
faciliter venari poteris varia genera reuelationum.
EX HIIS Chunradus elicit aliquas propositiones. Dionysius Cistertiēsis ne- Dionysius Ebraco
dum sententiam/sed & verba tenet Chunradi: idem facit ponendo corollaria.
PRIMVM: Omne reuelatū a deo est verū. Probat: quia alias nō esset reuelatū.
SECVNDVM: Bene sequit A nō erit: igit a fore nō est reuelatum fore. Patet
TERTIVM: Nulla creatura potest alteri reuelare futurū contin (ex primo.
gens/nisi sit prius reuelatum. Probatur: quia nulla creatura potest scire firmita-
te adhæsionis futurum/nisi prius illud futurum fuerit ei præmonstratum.
QVARTVM: Non quęlibet creatura potest sibi reuelatum cuilibet alteri re-
uelare. Patet: quia non quilibet angelus potest causare noticiam sibi reuelati in
intellectu cuiuscunque angeli vel hominis.
QVINTVM: Ad hoc ꝙ aliqua ostensio sit reuelatio/requirit ꝙ ille cui reue-
lat assentiat reuelato tanꝙ vero: alias non esset plus sibi manifestū post reuelatio-
QVINTO ADDENDVM Vt innuit Richardus dis.xxxviij (nē ꝙ ante Richardus
primi. adhuc duplex est reuelatio. Vna est absoluta. Alia vero cōminatoria seu
cōditionalis: quā b. Eustachius Bonauētura vocauit ꝓpheticā, vti supra etiā me- Bonauentura
minimus. SEXTO etiā hoc præmittamus/duplicē esse casum hoīs. Vnū re
parabilē qn̄ excidit viator a gratia per peccatū, quā pōt recuperare/& iterū asse-
qui per pœnitētiam. Aliū vero casum esse irreparabilē scdm legem cōmunē: &
est casus finalis impœnitētię. Nam tunc lignū vbi ceciderit/ibi manet, inquit Sa
piens. Sic concedit Adam in.q.viij quarti. solutione.ij. aliquod esse peccatū de
quo peccator non possit conteri, patet de finali impœnitētia: si enim de ea conte Adam
rat/iā non erit finalis impœnitētia. Istis sic vt leuis armaturæ militibus præmis-
sis/venimus ad resolutionem dubij per propositiones.
PROPOSITIO PRIMA: Casum reparabilem in peccatū mortale/deus pōt XXXIIII
reuelare etiam existenti in charitate. Ista ꝓpositio ꝓbat de sanctissimo Petro,

Saluator cui reuelauit Christus casum/ dicēs: Amē dico tibi, quia in hac nocte anteq̄ gallus cantabit/ ter me negabis: Mathei. xxvi. Similiter & omnibus discipulis prædixit: Omnes vos scandalū patiemini in me ista nocte. Modo negatio Petri fuit mortalis sc̄dm Augustinū, vt est in decretis canonicis dis. l. ca. fidelior. Et affatim ostendit Richardus cordiger quotli. i. q. xviij. Diuus tamen Ambrosius libro decimo super Lucam satis extenuat peccatum & negationem Petri. Argumenta autem quæ militant in contrarium inferius discutiemus.

Augustinus Richardus Ambrosius

PROPOSITIO SECVNDA. Probabile est multis/ casum irreparabilem deum nō posse simpliciter reuelare. Ita existimat diuus Bonauētura noster dist. xlviij. primi. ad litterā. Subscribit Richardus dis. xxxviij. primi. Nā impossibile est alicui reuelari absolute suā dānationē: Cū enī deus sit summe bonus/ casum alicuius irreparabilē non reuelat illi creaturæ sub certitudine & absolute, ne desperare cogat. Pro illo facit. b. Augustinus super Genesim ad litterā: Deus nulli reuelat casum suū/ ne cogat desperare: alioquin sequeret hoīem existētē in via, constitui extra statū viatoris, qd' implicat: & istā dicit esse rationē Varronis pręceptoris Scoti: sicut eum allegat Georgius Zingel antecessor meus in lectura.

Bonauentura Richardus Augustinus Varro Zingel

XXXV PROPOSITIO TERTIA. Casus irreparabilis bene pōt alicui pr̨dici conditionaliter seu cōminatorie ad modum loquendi Richardi, seu prophetice ad modum loquendi Bonauentur̨ dist. xxxviij. primi. Patet illa ꝓpositio. quia talis pr̨dictio fit salua libertate arbitrij nostri: sed nō est reuelatio: siue quia talis non credit pr̨dicēti, sicut iud̨i nō crediderūt Christo pr̨dicenti excidiū vrbis Hierosolomitan̨: aut etiā cum pr̨dixit eis eorū damnationē/ Ioannis. viij. Moriemini in peccatis vestris. Siue q̄ intellectus intelligat illam reuelationē de alio sicut vbi scriptura sacra dicit infideles damnādos, & h̨retici iud̨i aut alij nō credunt q̄ ipsi sint de numero illorū male credentiū. Ita audientes q̄ aliqui ibunt in ignē ̨ternū, non credunt se esse de numero istorū. Aut q̄ nō aduertat quid dicat sibi reuelans: sicut Iudas ꝓditor iam obstinatus/ non aduertit tam pias & dulcedinis plenas IESV admonitiones. Hæc & multa similia possunt obuiare, q̄ ille cui obuiat talis reuelatio nō perdat libertatē arbitrij. Nam vt Vuilhelmus Altisiodorēsis in summa sua inquit lib. ij. c. xcvij. Nullus pōt licite habere firmā adhæsionē q̄diu est viator, qnacūq; pr̨nūtiatione facta de sua finali damnatione q̄ damnabit: quacūq; enim pr̨dictione seu reuelatione facta/ habet rationabiliter dubitare an huiusmodi pr̨ostēsio sit reuelatio vel nō: aut si sit reuelatio, vtrū sit sub conditione sibi nō expressa/ vel reuelatio absoluta. Etiā habet dubitare an sit reuelatio a deo/ vel illusio diaboli. vnde quicquid sibi reuelet/ nihilo minus debet cauere cauenda, & adimplere implenda: & indubitāter sperare q̄ si sic faciat/ saluabit: ad quod etiam diuinū auxilium imploret. Exemplum huius propositionis patet in Sancto Fortunato, vt supra recitauimus.

Altisiodorēn.

Thomas COROLLARIVM. S. Thom̨ dis. xlviij. q. vltima: Nulli reuelat sua damnatio absolute. Vnde nec angelis fuit reuelatus casus eorū ante factum (de quo tñ controuertunt doctores in secundo) si tñ reuelaret/ posset semper arbitrari dictum sc̄dm comminationē, non sc̄dm pr̨scientiā: modo ꝓphetia sc̄dm commi

nationem no semper impletur: vt patet de Niniuitis & Ezechia.

COROLLARIVM SECVNDVM. In casu aliqs licite posset in casu discredere CHRISTO, angelo, ecclesiae, & sacrae scripturę. Patet de prescito: cui si pponeret a quocunq; istorū damnatio sua finalis/haberet discredere: nam talis haberet credere reuelationē sibi factam esse conditionatā, vel se intellectum reuelantis nō posse intelligere, vel quid aliud simile. Vide Dionysium Cistertiēsem hic & melius lib. ij. q. i. art. iij. dub. vlti. Istis supradictis ppositionibus cōiter antiqui doctores conueniūt, & sunt apud eos indubitatae veritatis de potentia dei ordinata: sed dubiū est de potētia dei absoluta: p quo audiat sequēs ppositio. Dionysius

PROPOSITIO QVARTA. Sine dubio tenendum est/q deus pōt de potentia sua absoluta hoi siue in charitate/siue extra charitatē existēti/ casum suū in peccatū mortale/& etiā suā determinationem finalem adsolute reuelare reuelatione interiori. Illa est ppositio Petri de Aliaco. q. xij. primi. Consentit dns Gregorius dis. xlviij. primi. Magister Adam. q. vi. tertij. Dionysius dist. xli. primi. Brauardinus/Hibernicus & Syrēsis ad hoc citant ab Adam. Robertus itē Holcot. q. ij. secundi. frater Paulus Scriptoris in fine primi. & diuus Thomas non reijcit vt omnino impossibile. Nam quicquid nō includit contradictionē fieri, hoc deus potest facere: sed nullam implicat contradictionē fieri talem reuelationem: ergo deus potest eam facere. Non enim videtur difficilius/q̄ q Christus prędixit Petro casum suū: alioquin deus nō posset plus certificare damnandum de sua damnatione/q̄ ego vel alius homo: quod non apparet. XXXVII

Aliacensis Ariminensis Brauardinus Hibernicus Syrēsis Adam Holcot P. Scriptoris Thomas

ILLVM Autē assensum impressum sic intelligo: quia deus posset in Iuda immediate imprimere vnā credulitatem seu assensum firmū cum exclusione om̄is dubitationis, sic q nullo modo posset dissentire, sed firmissime crederet se damnandum: ipso tñ nō coagente vel conprincipiante illum actum seu assensum: & sic patet responsio ad dubiū affirmatiue. Sed hic difficilima exoriuntur dubia Gordio, etiā nodo indissolubiliora. Nam in illa materia se exercuerunt vt palaestritae valentissima Britannorū ingenia, Robertus Holcot, Hibernicus, Syrēsis, Cato, Galtherus, Brauardinus, Hosbertus, Adam, Vuilhelmus Occhā, Richardus, Armacanus, Dionysius, Petrus Aliacensis Gallus, Gregorius Italus, Marsilius Germanus: qui materiā ita spinosam reddiderunt acutissimis eorū subtilitatibus/vt intellectus vix capiat. Conabimur tñ a longe sequi tot heroes & pręstabiles viros, vt si non assit effectus/non desit tamen affectus prodesse studiosis. Veniamus ergo ad alia dubia

Anglici ingeniosissimi Galtherus Hosbertus Occham Armacanus Marsilius Dionysius

DVBIVM VIGESIMVM
AN REVELATIONI SEMPER SIT CREDENDVM?

ISTVD Dubium plus ambiguitatis in se habet q̄ prima fronte aperiat: sed expediamus primo ad mentem Adę & Cardinalis Cameracensis. q. xiiij. primi. vbi secundario pertractat hanc sententiam. Sit ergo

Adam Aliacensis

PROPOSITIO PRIMA

Data quacunq; reuelatione/nullus assecurat & certificatur reuelatū sibi esse reuelationem/nisi deus imprimat adhęsionem vel credulitatem/q ita erit: vel q sit XXXVIII

Adam a deo facta huiusmodi prenūtiatio. Ista est ꝓpositio Adę.q.iiij.tertij. Sed facta
tali impressione assensus/ nō est in potestate sic assentiētis dissentire reuelato:qa
sic essent contrarij assensus in eodem. Et natura fieri non pōt vt existente contra
rio in subiecto/creatura cōproducat aliud in eodem. Et ergo tali reuelationi il
le indubitanter credit. Idem dicit.q.ix.tertij. Talem impressionē de qua loquit̄
Holcot Adam & Holcot reor esse eandem cū lumine ꝓphetię, de quo sane pulchra po
F. Picus nit Franciscus Picus in.ij.lib.prenotionū:vbi attestat̄ hoc quod iam diximus
Lyra inquiens:Sed nec putamus aliud intellexisse Nicholaū, cum in commentarijs in
Danielem scripsit reuelationē impressionē quandam esse diuinæ scientiæ. Agit
Gerson enim, inquit Ioannes Gerson, vt sapore quodam intimo & illuminatione qua
dam experimentali sentiat homo differentiā inter veras & falsas reuelationes:sic
Nathan Nathan primo fantasia sua deceptus/ iussit templū a Dauid ędificari: sed lumi
ne illustratus diuino/ palinodiā cecinit, & per Salomonē hoc faciēdum edidicit.
In controuersum ergo est huic reuelationi credendum ab eo cui fit talis impres
Gregorius sio. Eam vero impressionē non esse permanentem docet b. Gregorius de Heli
seo qui Sunamitis merorem non cognouerat:propterea inquit: Anima eius in
amaritudine est:& dominus non indicauit mihi.

Daniel COROLLARIVM De illa reuelatione verū est quod ex Daniele sumit̄: Vi
sio non fit sine intelligentia:hoc est ꝓphetę intellexerunt ea de quibus ꝓpheta
Cayphas runt:secus de alijs nō ita lumine collustratis:vt de Caypha qui ꝓphetauit cū di
xit:Expedit vobis vt vnus hō moriat̄ ꝓ populo/& nō tota gens pereat. Subdit
Ioannes Ioannes Euangelista:Hoc autē a semetipso non dixit:sed cū esset pontifex illius
anni ꝓphetauit, quia IESVS moriturus erat pro gente. Et sic intelligo beatum
Gregorius Gregorium libro vndecimo moralium mihi paragrapho quinquagesimo pri
mo/ dum inquit:Cum enim aliquid ostenditur vel auditur, & si intellectus nō
Pharao tribuitur/ prophetia minime est. Vidit namq; Pharao per somnium quæ erant
Aegypto ventura:sed quia nequiuit intelligere quod vidit/ propheta non fuit.
Baldasar Sic aspexit Baldasar rex articulum manus scribentis in pariete, sed propheta nō
Iob fuit:quia intellectum rei quam viderat/ non accepit. Vt igitur beatus Iob pro
phetiæ spiritum se habere testetur, non solum vidisse & audiuisse/sed etiam in
Lyra tellexisse se om̄ia asserit. Vide notata per Lyrā in primo capite Danielis, & nos
in singularibus nostris latissime tangimus materiam luminum scilicet naturæ,
prophetiæ, fidei, Theologiæ & gloriæ.

XXXIX SECVNDA PROPOSITIO. Quando reuelatio fit per signa exteriora ab
angelo vel ab homine in re licita, aut saltem dispensabili:& constaret de reuelan
te ꝙ haberet autoritatē dei vel per opera aut alia signa euidētia/ tunc tali est cre
Aliacensis dendum in sua reuelatione. Ita ponit Aliacensis.q.xiij.primi. Patet propositio:
quia aľs non teneret̄ credere iudiciū extremum futurū, aut resurrectionē mortu
orum, & similia tradita a Christo & apostolis:quia in nobis deus nō impressit
talem reuelationē vel assensum. Et satis ꝓbat̄ ꝓpositio ꝑ historiā quæ legit̄.iij.
Reg.xx. vbi ꝓpheta dixit ad sociū suum in sermone dñi, percute me:at ille no
luit percutere, cui ait:Quia noluisti audire vocem dñi, ecce recedes a me: & per

cutiet te leo:cumq́ paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo atq́ percussit: sed & alterum inueniens virum/dixit ad eum, percute me: qui percussit eum & vulnerauit. Et creditur fuisse Micheas propheta. Ecce hic propheta praecepit vnum quod erat contra legem de non percutiendo, contra pręceptū secundę tabulae, non occides: per quod prohibetur om̄is iniuria & lesio in corpore proximi: & tamen ille cui reuelabat tenebatur ei credere/quia sciuit eum esse ꝓphetā. Nam textus dicit ꝙ fuerit sotius eius: & ideo debuit sibi credidisse: quod quia non fecit/propter peccatum inobedientię fuit percussus a leone. Nam cum deus sit dominus vitę & necis/potuit hoc praecipere per prophetam suum. Micheas

SIMILITER De Christo cui reuelanti mysteria legis euangelicae iudęi tenebantur credere, & non credentes reuelationibus suis peccauerunt: quia ex operibus eius & om̄i eorū scriptura/& euētu debuissent cognouisse eū autoritatē habere a deo patre qui miserat eum: sicuti aperte tangit illam rationem cur sibi credendum fuit Christus apud Ioannem.c.xv. Si nō venissem inquit, & loquutus eis fuissem/peccatū non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatū non haberēt Debuerant ergo ex operibus cognoscere eius autoritatem/ꝙ ipse esset ille promissus eis in scriptura, & ita credere reuelatis per eum. Idem etiam procedit de apostolis & alijs discipulis cum attestatione miraculorum/legem euangelij pręдicantibus: quia a virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis IESV Christi domini nostri: & gratia magna erat in illis, ait Lucas in actibus: & ideo gentiles qui eis non crediderunt peccarunt mortaliter, non solum quia credebant idolis/sed etiam quia non credebant discipulis. Saluator Lucas

TERTIA PROPOSITIO XL

IN Praeceptis dei quae obligant indispensabiliter pro statu viae non est assentiendum cuicunque, quantumcunque videatur habere autoritatem a deo, si reuelat oppositum talium praeceptorum, etiam si talis reuelatio esset a deo/arbitrari debet fore vnam illusionem: vel ꝙ sit conditionalis: aut ꝙ habeat alium sensum ꝙ̄ ipse intelligat. Ista ꝓpositio est satis clara ex verbis apostoli ad Galathas scribentis: Etiam si nos aut angelus de coelo euangelizet vobis praeterq́ quod euangelizauimus vobis/anathema sit. Vbi dicit Nicholaus eam fuisse apostoli mentem: Non solum falsi apostoli non sunt audiendi/sed nec etiam veri apostoli, neque angeli si hoc praedicauerint &c̄. Patet etiam propositio ex dictis in dubio priori. Paulus Lyra

QVARTA PROPOSITIO. Quaecūq́ reuelatio non respitiens vel dictans aliquid faciendum per eum cui fit reuelatio, sed solum exprimens aliquid futurum vel non futurum, nō obligat ad mortale peccatum/nisi addat͂ pręceptū. Illa propositio tamen non sit asserta/sed solū posita vt detur materia latius cogitandi super ea. Nam eam videt͂ tacitus voluisse magister Adam.q.ix.tertij. solutione primi principalis, vbi distinguit inter reuelationē exteriorē cum pręcepto & sine praecepto. Probat͂ ꝓpositio: quia tale mihi reuelatū est impertinēs mihi, XLI

possum nullum actum habere circa talem reuelationẽ. Additũ est in ꝓpositiõe non respitiens vel dictans &c. al's nõ credendo peccaret per secundam ꝓpositionem, vt ꝙ Iacob seruiuerit septem annis pro Rachel/respicit me: quia est in canone bibliae quã teneor credere: quod cũ iam sciã in biblia contineri, nõ credendo peccarem mortaliter. Sic Zacharias pater sancti Ioannis peccauit, quia nõ credidit angelo generationẽ Ioannis praedicenti: cui tñ vt autoritatem habenti tenebaẽ credere: visis multis circũstantijs & tot signis veritatis cõcurrentibus. Nam angelus apparuit ei in loco sacro/& existenti in ministerio diuino, nũtiabat ea quę erant ad gloriã dei, & salutẽ hoim, & ita signate recensuit singula: ex quibus omnibus debebat constare Zachariae eũ esse bonũ angelum: & ergo pro incredulitate sua fuit punitns. Si placet latius excutere peccatum Zachariae, vide Armacanum de quaestionibus Armeniorum libro tredecimo capite quinto

Iacob Rachel — Zacharias Ioãnes — Armacanus

DE RISV Sarae idem dicit ꝙ peccauerit: quia angelo reuelãti natiuitatẽ Isaac ipsa non credidit: cui exprobrans dñs/dixit ad Abraham: Quare risit Sara vxor tua dicens, num vere paritura sum anus/ nunquid deo quicꝗ̃ est difficile? Secus fuisse cũ Abraham: qui etsi gaudio exultationis riserit/nõ tñ dubitando, sed admirando dixit: Putasne centenario nascet̃ filius, & Sara nonagenaria pariet filium. Si enim Abraham dubitasset/increpatus etiã fuisset a dño sicut vxor

Sara Isaac Abraham

HEC de obligatione credulitatis adhibendę reuelationi: Sed praeter dicta multum notabiliter decidit hãc materiã Ioãnes Gerson cancellarius in dicato libro huic negotio: cui potest quis addere Franciscũ Picum in fine praenotionũ. Notentur ergo propositiones. PRIMA PROPOSITIO

Gerson F. Picus

XLII Nullus angelorũ sanctorũ siue ꝓphetarũ/quicquã esse futurũ prenũciat, quin veraciter futurũ sit in sensu quẽ ipse vel spiritussanctus intendebat: sic nõ est de responsis dęmonũ/qui fallunt & fallunt. Probat dñs Cancellarius illam ꝓpositionem per ea quę legunt̃ Deutronomij. xviij. Si tacita cogitatione respõderis quõ possum intelligere verbũ quod loquutus est dñs, hoc habebis signũ/ꝙ in noie dñi propheta ille pędixit, & non euenerit, hoc dñs loquutus non est/ sed per tumorem animi sui confinxit. Si contra istam propositionem obijciatur de Nathan, Iona, Esaia, diluito per sequentem propositionem.

XLIII PROPOSITIO SECVNDA. Si idipsum quod angelus aut ꝓpheta pędixit non eo modo eueniat quo vocaliter pętendebat̃/plus super hoc reuelationem a spiritusancto accipiet de ꝓphetia sic vel sic intelligenda conditionaliter, mystice aut litteraliter: & sic factum est de Iona & Esaia: al's enim deberẽt fuisse lapidati scd'm legem vbi supra positã. Et illę duae ꝓpositiones, vt dicta Gersonis extendam, satis luculenter manifestarunt oracula idolorũ fuisse vana & daemoniaca/ ꝓpter mendacia ab omni excusatione remota: ꝗ̃uis diabolicus Apollo hęc duo, mendaciũ & silentiũ ꝓcul abesse a se ad sextũ superbiter dixerit. Nã multa mendacia immiscuerũt pędictionibus suis: aliqñ oracula dabant ex toto falsa: interdum inuersis & amphibologicis loquutionibus fallebant; vt illud de Pyrrho apud Enniũ: Aio te Aeacida Rhomanos vincere posse.

Apollo Sextus

Et illud de Cręso Lydorum rege,

Ennius Pyrrhus

Intrepidus si Crę̨sus halyn transmiserit amnem — Crę̨sus
Imperium perdet magnum regnumq́ superbum
Ea de re multi in Apollinis oracula inuectiuas scripserũt, vt nobilis comes Frã- — Picus
ciscus Picus quarto prænotionũ libro recenset Oenomaũ, Aristophanum, Luti — Oenomaus Aristophanes Lutianus
anum, & Aesthylum. Conplura illic offendes amice lector pro hac sententia. — Aesthylus
PROPOSITIO TERTIA. Nihil bonis moribus aut synceræ fidei contrariũ — XLIIII
angeli sancti & ꝓphetæ prędicunt: non sic dęmones vel antichristus, quorũ si-
gna dicunt̃ signa mendacij: quia ad credendum mendaciũ inducunt. Probatur
Deutronomij. xiij. Si surrexerit in medio tui ꝓphetes/aut qui somniũ se vidisse
dicat, & prædixerit signũ atq́ portentũ, & euenerit quod loquutus est, & dixe
rit tibi: Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiemus eis: nõ au
dies verba ꝓphetę illius aut somniatoris. Notet̃ qd dicat ibi Lyra. &. c. xij. Nu- — Lyra
meri de duplicibus falsis ꝓphetis. Si obijcit̃ de imolatione Isaac reuelata Abra-
hæ. pro hoc sit PROPOSITIO QVARTA — XLV
Reuelatio angelica siue ꝓphetica super aliquo obuiante bonis moribus/nisi di
uina interueniret iussio siue dispẽsatio, taliter circũstantionata est/vel esse debet,
ꝙ de ea reuelationẽ accipienti/vel eis ꝓ quibus reuelatio fit/dubitare nõ liceat:
oportet enim vt tam clare cognoscat̃ reuelatio esse a deo/ꝙ clare scit̃ aliquid es-
se conforme sacræ scripturę vel rationi. Suffragat̃ huic ꝓpositioni Franciscus Pi — F. Picus
cus Theoreumate tertio de fide/vbi inquit: Necesse inquam fateri alio lumine
Abraham didicisse: & extra omnẽ controuersiã certiorẽ effectum, se rem aduer-
sam illi quam naturę lumine nouerat facere oportere: Lumenq́ ipsum nouum
& naturali præualere lumini, & clarius illucere, & certius etiã atq́ securius: quo
fretus/naturæ lumen minime sequendũ iudicaret ea in parte qua nouo ipsi di-
uinitus infuso lumini videret̃ aduersum: & illud lumen quietat eũ cui fit reuela
tio. Sed dicis: qd ad alios nõ habẽtes tale lumẽ? Audi eundẽ dñm cancellariũ in — Gerson
declaratiõe quadam circa veritates necessario credendas gradu. iij. & ꝓ hoc sit
PROPOSITIO QVINTA. Homines quibus non est facta talis reuelatio — XLVI
non tenent̃ credere nisi per miraculum dei, sacram scripturã, seu per ecclesiã, aut
al's autentice det̃ certitudo. Sic Ioannes baptista missionem suã ostendit per scri — Ioannes
pturã ꝓpheticã: ego inquit sum vox clamãtis in deserto &c̃. Sic CHRISTVS — Saluator
misit iudęos ad sacram scripturam. Scrutamini inquit scripturas: ꝙuis Ioannes — Reuchlin
Reuchlin minus apposite exponat de glossematibus. Sic apostolus Paulus con- — Paulus
tulit euangeliũ cum Petro & alijs apostolis, nõ ꝙ ipse aliquo modo dubitaret
de sibi reuelatis, alioquin non dixisset: Si angelus de coelo aliud vobis euangeli
set/anathema sit. Sed ista euangelij collatio solũ expectabat istum effectum/ vt
approbaret̃ per ecclesiã ad credulitatẽ aliorũ. Et ergo nihil contulit ei Petrus &
cęteri: sed cũ cognouissent gratiã dei, quę data erat sibi datis dextris discesserũt,
vt historia in actibus apostolorũ legit̃. Has ꝓpositiones dñs Cancellarius vo
cat conditiones veræ reuelationis: & multũ ꝓderunt ad cognoscendum an prę
dictio aliqua sit reuelatio: sed ad certius discerniculum habendum ex parte per-
sonæ quæ dicit se habere reuelationes, sub summagio Gersonis tractatum enar

rabimus/quantū conducere poterit tractatui nostro.

SVMMA TRACTATVS Est veram visionē seu reuelationē (quia illa ꝓ

Thomas eodē hic accipio: ꝗuis.S. Thomas dicat reuelationē vltra visionē addere intelli gentiā.ij.Corinth.xij.) ꝓbari ex quinqꝫ:scilicet humilitate, discretiōe, patiētia, & charitate dicentis, & veritate dicti.

XLVII

HVMILITATE

Probatꝰ reuelationis veritas, cū non iactanter ꝓferat reuelationes:laudis & vanę gloriæ minime cupidus: indignū se reputans qui præ alijs mirabiliter a deo re uelatione visitetꝰ, non satis confidens sibijpsi se simile quid pati, ac phreneticum seu lunaticū arbitretꝰ. Profecto si est elusio/euacuabitꝰ:si vero est a deo/magis ꝓ parabitꝰ. Vnde dicit autor fortalicij fidei lib.v.consideratione.ix.cōmuniter de siderantes habere visiones & reuelationes/decipiuntꝰ a diabolo: quia tale deside rium raro est sine radice superbiæ & prę̨sumptionis/seu vanę curiositatis. Talis humilitas fuit in Moyse qui se reputabat minus ydoneū ad reuelationē sibi fa ctam enarrandam Israelitis & Pharaoni:ideo dixit ad dominū: Obsecro domi ne/mitte quē missurus es. Talis humilitas fuit in Hieremia: ꝓpterea inqt: A a a, dn̄e deus ecce nescio loqui, quia puer sum ego. Talis humilitas erat in Heremi ta, cui dum dęmon in spetie CHRISTI apparuisset/ille clausis oculis dicebat se indignū videre Christū in hac vita/sed cōtentū si in ęterna gloria posset eius be atificis obtutibus fœlicitari. Hęc virtus est ꝓbatissimū signū/vt non lapidis Ly dius certius notificaret. Nam huc accedit/ꝙ in recēsendo reuelationē ipsa humi litas bene conijci potest:aduertat enim an res de qua fit reuelatio sit vtilis fidei, ad bonos mores, ad rempublicā, ad diuini cultus honorē & augmentum:aut si sit superuacuis rebus immixta, inutilibus, parum offitiosis, anilibus fabulamen tis & stultis, quę omnia derogāt autoritati reuelationis:sicut prima conferunt.

Fortalicium fidei

Moyses

Hieremias

DISCRETIONE

XLVIII

Probatꝰ reuelationis veritas: quę sic relucet, si talis habeat ꝓmptitudinem ad cre dendum consilijs bonorum & peritorū virorum, non ambulet in mirabilibus supra se/sed in via regia, simplici corde. Carent hac virtute quibus placet ꝓpria sētētia: ambulantes in adinuentionibus suis capitosis: ieiunijs se supra modum macerant: ꝓtendunt vigilias: oratiōibus vocalibus se exhauriūt: lachrymis plus ꝙ̄ decet cerebrū perturbant. Et dum hæc faciunt/nullius credunt monitis: consi lio nullius acquiescunt/vt tēperantius se gererent: doctores in lege peritos sper nunt. De talibus ꝓnuntio, inquit dn̄s Cancellarius, quia cito ꝓlabuntꝰ in omnē dęmonum illusionē. Meminit mulieris cuiusdam Atrebatensis ieiunantis aliqn̄ per duos integros dies, aliquādo quatuor: in qua comperit meram superstitio nem/ac vanam superbiā. Allegat Ioānem Climaci de gradibus pertingendi ad deum/dicentē: Homo arrogans/& seipsum ducem sui constituēs, non indiget dęmone tentante: quia factus est sibijpsi dęmon. Hominis ergo se ita indiscrete gerentis/reuelationes merito sunt suspectæ: nam dęmon scit hijs excessiuis ope ribus naturā destrui & turbari: atqꝫ magis aptā effici impressiōibus suis ac illusi onibꝰ: vt pulchre autor fortalicij declarat li.v.consideratiōe.xi. Fa ꝓpter in ma gicis supstitiōibꝰ īmoderatā prę̨cipit abstinētiā/vt illi aptiores sint ad illudēdū

Gerson

I.Climaci

Fortalicium fidei

de quo pulchre Nicholaus Magni in tractatu diuinationũ, & Iacobus Sprenger de maleficis, Petrus Eistettensis de superstitionibus, & alij multa tetigerũt. N. Magni I. Sprenger P. Eistetteñs

PATIENTIA

Dinoscit̃ vera reuelatio/dum talis asserens factam sibi reuelationẽ per ꝓbra & contumelias pulsat̃: & si ex manifestatione reuelationis reportat irrisionẽ quam patienter fert: tunc est bonum signũ ꝙ non quærit gloriã suam vanã in hijs reuelationibus: ꝗ̃uis hoc ꝓgnosticũ nõ sit infallibile/ꝙ aliqui de industria simulant se patienter ferre ista conuicia/vt postmodum gloriari possint de illa eorũ tolerãtia in perpessione detractionis: de qua tanꝗ̃ imitatores Christi tunc videri volunt. Ita ab vna magnæ famę & opinionis muliercula, mirificæ vitę (existimatione multorũ) Augustensis diocesis hijs auribus audiui: quod mihi adprime displicuit, ita iactabunde se beneficã in detractores gloriari, & tñ occulte vindictam quęrere. Decepit hoĩes Anno millesimo quingẽtesimo decimo quarto Auguste

VERITATE

Reuelatio vera a falsa discernit̃, qñ ita euenit sicut fuit prædictũ & intentũ a prędicente vel a spiritusancto. Ista particula superius est discussa/ꝓpterea non moror. Sed hic obijcit̃ de Iona & Esaia sicut sępe meminim⁹, & semel solutio facta est: placet tñ recensere Gregoriũ Arimineñ. qui dis. xliij. addit aliqd cõi solutiõi Arimineñsis

DE IONA Dicit ad modum cõmunẽ prędictionẽ illam fuisse cõminatoriã, vel conditionalem: nõ conditiõe expressa/sed subintellecta: videlicet si Niniuitæ non pœniterent. Ita esse sequens textus innuit/quo ait Ionas: Nunquid non est hoc verbum meũ, cum adhuc essem in terra mea: ꝓpter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis: scio enim quia tu dñs clemens &c̃. quasi diceret: Sciebam ꝙ si pœniterent/ignosceres: & per consequẽs potius cõminabat̃ si non pœniterent, ꝗ̃ excidiũ absolute prædicens: & sic patet ꝙ deus absolute non dixit falsum. Si autẽ prædictio fuit absoluta, adhuc deus nõ dixit falsum: quia per illa verba nõ falsum/sed verũ significauit futurã scilicet malorũ morũ in ipsis Niniuitis subuersionem, quę vtiꝗ̃ secuta est. Et hęc est solutio glossematis ex Augustino desumpti. xxi. de ciuitate dei/vbi ait: Niniue subuersa est/quę mala erat: & bona ędificata est quæ non erat: stantibus enim mœnibus atꝗ̃ domibus/euersa est ciuitas in malis moribus. Ac sic ꝗ̃uis ꝓpheta fuerit contristatus, quia non est factum quod illi homines timuerunt futurũ illo ꝓphetante: factum est tñ quod fuerat deo præsciente prædictum: quoniã nouerat qui prædixit quomodo in melius esset implendum. Eandem sententiam repetit Augustinus super psalmo qnquagesimo/in illis ṽbis: Incerta & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi &c̃ Ionas Augustinus Augustinus

DE ESAIA Primo dat solutionem cõmunem/ꝙ fuerit cõminatio. Alio modo potest dici ꝙ fuerit absoluta prędictio, & ad intellectum loquẽtis vera: quoniam deus per illa verba non intendebat significare ꝙ illo tẽpore moreret̃/sed ꝙ illo tempore mori merebat̃, quod vtiꝗ̃ verũ erat: & hoc est illud quod dicit b. Gregorius. xij. Moraliũ: Per prophetam inquit deus dicit quo tempore ipse mori merebat̃: per largitatẽ vero misericordiæ illo eũ tẽpore ad mortẽ distulit, quo ante sęcula ipse pręsciuit. Nec ꝓpheta ergo fallax qa tẽpus mortis innotuit quo vir ille mori merebatur: nec dñica statuta conuulsa sunt, quia vt ex largitate Esaias Gregorius

dei anni vitæ crescerent: hoc quoq; ante sæcula præuisum fuit. Vnde sc̃dm hoc sensus illius ꝓphetiæ est, Morieris & non viues: id est mori & non viuere meręris. Patet ergo ꝙ per neutrũ deus falsum dixit: quia per neutrũ falsum/sed verum significauit. Vnde cum deus sit autor illarum prædictionũ: & ꝓpheta solum sit scriba vel notarius inquit Armacanus libro primo de quęstionibus Armeniorũ: ideo intẽtio dei est principaliter respicienda, & non ipsius dicentis. patet in Caypha.

Armacanus

CHARITATE

LI Demum separat̃ vera reuelatio a falsa. Præsumendum est enim citius de eo qui apparet esse in charitate & ignitus amore diuino/ꝙ̃ de homine nequam & scelerato. Multa hic ingerit de certitudine charitatis & de eius ꝓpinquitate cũ dilectione carnali, sed parum conducunt ꝓposito. Hoc affirmauerim in præsentia Illud signũ currere de communi lege, tamen nec esse sufficiens/nec necessarium. Non necessariũ: patet de Caypha qui fuit malus & simoniacus Ioannis.c.xi. Idẽ de Balaam Numeri.xij. Q̃ vero non sit sufficiens/patet de Nathan, qui ex frequenti vsu ꝓphetiæ visionis, credidit ꝓpriam estimationẽ esse ꝓphetiã/ dum ipsi dauid quærenti de ędificando templo/respondit: Fac quæcunque habes in corde tuo: dominus tecum est. Postea tamen a deo admonitus ꝓhibuit Dauid ędificare. Nathan vir sanctus, charitate conspicuus, quam tamen pretendebat reuelationem/non erat vera reuelatio. Hæc ꝙ̃ breuissime ex Gersone per conpendium electa sunt/paucis pro declaratione additis, vt sciamus quando dicenti & manifestanti suas reuelationes credendum sit/nec ne. Et in vniuersum qñ reuelationi credat̃. Sed hęc leuiora fuerũt/nunc ad grãdiora nos ordo tractãdi vocat

Balaam

Dauid Nathan Gerson

DVBIVM VIGESIMVMPRIMVM AN SALVA CERTITVDINE REVELATIONIS NON TOLLATVR CONTINGENTIA REVELATI FVTVRI?

LII Volo ostendere difficultatem huius dubij/vt attentior factus lector intelligat hanc rem non esse leuiusculam, sed quæ doctissimis viris cerebrũ commouerit. Sumamus exempli gratia Petrũ, cui reuelauit Christus suã negationẽ, nunc simus in tempore intermedio/& quæro, An Petrus contingenter sit negaturus Christum/nec ne? Si negas contingenter fieri, quia reuelatio tollat contingentiam rei, iam Petrus negando non peccasset actuali & mortali peccato cõtra superius probata. Sin aliter respondeas, cum scilicet contingenter negaturũ, poterit ergo non negare. Ponat̃ ergo ꝙ nõ neget, sequens est Christum falsum dixisse: & vel Christũ decepisse Petrum/vel deum decepisse animã Christi: quorꝫ neutrum tollerant aures pie fidelium, maxime ꝙ fuerit in potestate Petri facere quod Christus dixerit mendaciũ. Vnde pulchre & notabiliter dicit Robertus Holcot.q.ij.secundi: Omnis difficultas istorum argumentorũ (loquitur in ista materia) facile soluerer̃/si posset solui istud cõmune argumentũ de reuelatione facta Petro. Accipe aliud: Deus reuelauit nobis duos articulos fidei: scilicet resurrectionem mortuorũ/& extremum iudiciũ. Vel ergo reuelatio tollit contingentiã: & sic iam deus post reuelationem necessitaret̃ ad resuscitandum & iudicandum me in nouissimo die. Si vero non tollit contingentiã: ergo deus po-

Holcot

test facere vt nō eueniat sicut significat̄ per istos articulos:ad quod multa videñ tur sequi inconuenientia. Primo ꝙ homo fidelis rationabiliter dubitaret ꝓpo sito quocunque articulo an ita sit futurū vel non/sicut per eū significat̄. Secūdo hoc emergeret ꝙ aliquis falsa fide & credulitate mereret̄:cū credendo reuelatio ni de futuro iudicio mereret̄, & tñ illud nō esset futurū. Tertio hoc item seque retur/deum decipere homines volendo & obligando ad credendum reuelato quod tamen ipse nollet euenire. Hęc & similia multa poterunt accumulari, quo rum plura ex sequentibus patebunt. Sum satis anceps super ordine & modo ꝓ cedendi ęque ac super tota materia Sed agedum, hoc pacto ꝓcedamus: Primū instruat̄ exercitus ꝓfligendus, & castris eruat̄: dein duę acies ꝓgredient̄ quęq; fortissimo milite stipata: neutra neutri cedens/sed pari marte decertans.

OPINIO PRIMA Est/ꝙ nec deus nec CHRISTVS potuit aliquod futu rum contingens absolute & simpliciter reuelare/sed solum sub aliqua conditio ne: quæ etsi non fuerit expressa/ semper tamen apud deū subintellecta, puta ꝙ a erit, nisi aliud obstet/vel simile: & illa opinio faciliter respondet ad dubium, reuelationem non tollere contingentiā rerum futurarū: cum omnis talis sit con ditionata. Videt̄ hæc opinio affinis modo loquendi Bonauenturæ LIII Bonauentura

IMPROBATVR Illa opinio cōmuniter: quia sicut deus infallibiliter scit rem esse futuram vel non futurā, ita ęque infallibiliter scit an illa conditio ponat̄/aut nō: ergo poterit reuelare an aliqua conditio sit impeditura/vel nō: als̄ esset prō cessus in infinitū in illis conditionibus. Et arguit Adami. q. v. tertij: Si deus non Adam posset absolute reuelare, sed solum sub conditione/sequeret̄ ꝙ non posset plus certificare aliquē de futuro contingenti/ꝙ̄ ego: quia isto modo constat me pos se reuelare futurū. Si dicis respondendo/ꝙ deus potest sub aliqua certa singula ri conditione/sub quali ego non possum. Contra hoc, aut deus potest absolute certificare de illa conditione/& habet̄ ꝓpositū: aut non poterit absolute/ sed so lum sub conditione reuelare, tunc quęro iterū de illa vt prius: & sic erit ꝓcessus in infinitum. Gerhardus Nouariensis

SECVNDA OPINIO LIIII

Vult saluare veritatē reuelationis/& contingentiā rei eueniēdę ꝓpter multipli citatem sensuum oraculi ꝓphetici. Nulla enim reuelatio de futuro est determi nata ad vnū sensum: quia pręter sensum litteralem quem series verborū prætendit, sunt ibi alij sensus & modi intelligendi ad quos referenda est locutio, si sen sus litteralis non est verus. Aliquando ergo intelligit̄ litteraliter, aliquando pa rabolice, allegorice vel tropologice, aliquando sub conditione, aliquando abso lute. Patet illa ex sensu dato per diuum Augustinū supra de Niniuitis. Sic illud qđ Christus iudęis dixit: In peccatis vestris moriemini. Similiter illud ad disci Saluator pulos: Ascendite vos ad diem festum hunc, ego non ascendam. Itē quod Centu rioni dixit: Veniā & curabo eum. quod erat intelligendum/si volueris: aut veni am per virtutem & operationē. Et quod admirabilius est/ Gerhardus Nouari ensis in sua summa dixit, Gregorio Ariminensi renarrante, ꝙ omnino possibi Ariminensis bile est illud dictum non fuisse significatiuū, aut non illius significati quod for sitan ille cui facta est reuelatio seu prædictio primo intellexit.

Dionysius IMPROBATVR Iste modus loquendi per Dionysium tanq̃ insufficiens: quia deus scit determinate in quo sensu hoc est futurũ, & in quo sensu prædicit ergo poterit reuelare quod scd'm illum sensum erit futurũ: & tñ adhuc contingenter est futurum illud reuelatũ a deo. Adam addit istam viam reddere prophetiam omnino inefficacem. Nam ꝑpheta bene certificaret̃ ꝙ reuelatio sibi facta haberet aliquem sensum verũ/ sed nesciret quem: quod est absurdum dicere de omnibus ꝑphetis, cũ sic periret valor & vtilitas cuiuslibet oraculi ꝑphetici.

LV Cato contemporaneus Occham TERTIA OPINIO Traditur esse cuiusdam Catonis Anglici, distinguente biuariam posse creaturã certificari per locutionem sibi cõmunicatã a deo. Vno modo potest ꝑuenire locutio ex hoc ꝙ deus scit A. fore. Alio modo ex eo ꝙ scit causam rei de qua est sermo, esse talis conditionis/ꝙ ex ea ꝓcedet A. De cõmuni lege per a intellige futurum contingens: modo ex illa reuelatione secũdo modo facta/ nulla tollit̃ contingentia rei. Declarat̃ ista sententia in exemplo communi de negatione Petri quæ fuit reuelata a Christo: quia ista reuelatio vel ꝓcessit ex hoc ꝙ Christus sciuit Petrum negaturũ: & tũc dicit antecedens esse contingens: nam mere contingenter Christus præsciuit Petrum negaturũ, sicut Petrus contingenter negauit. Si vero reuelatio ꝓcessit ex eo ꝙ Christus præsciuit animam Petri esse talis conditionis/ꝙ in tali casu sequeret̃ negatio de communi lege: & ita fuit necessariũ Christum hoc prædixisse, quia de præterito verũ, Petrum tñ negare adhuc erat contingens. Nec tamen ex hoc infert̃ Christum dixisse falsum, Si Petrus eum non negasset: quia Christus solum asseruisset animã Petri esse talis conditionis/ꝙ in tali angustia constitutus de communi lege negaret dominum suum: & hoc fuit verum siue negasset/ siue non.

LVI Adam IMPROBATVR CATO Communiter a iunioribus: quia quærit ab ipso Adam/ vtrũ deus potens reuelare illo duplici modo ꝙ A erit, possit etiã illum cui faceret reuelationẽ certificare/ quo istorũ modorũ facit ei reuelationem/ vel non: Si non poterit iterũ omnis certitudo ꝑphetica, ignorante ꝑpheta vtrum deus velit absolute dicere/ꝙ A erit: vel an esse ipsius A scd'm communẽ cursum talium causarũ dispositarum inferat̃ naturaliter. Si vero dicis ꝙ sic/ quæro per quid: an per reuelationẽ illum certificabit: quæro de illa reuelatione/ vnde sciet talis illam reuelationẽ esse ex præscientia dei, vel ex conditione causarum: sic iterum de tertia fiat argumentum, sic procedendo in infinitum.

SECVNDO ita repellit̃ Catonis sententia: quia licet deus aliquãdo fecerit reuelationem intelligendam scd'm dispositionẽ naturalem causarum in ordine ad effectum, sicut fuit ista: Vade & dic Ezechiæ &c: vt supra notatum est. Tamen istud in paucis dictis propheticis habet veritatem/ ꝙ prenunciata a prophetis raro eueniebant scd'm communẽ cursum naturę. Nullę enim consequentiæ naturales poterant facere ꝙ virgo pareret: vel ꝙ resurrectio generalis erit: & igitur illa euasio nõ sufficit. Vnde sicut prædictio facta Ezechiæ regi erat scd'm cõem cursum, ita secũda huic contraria erat præter legem cõmunẽ & cursum naturæ.

TERTIO ita milito aduersus Catonẽ: Nihil iuuat eum quod dicit de dispositione vel conditione animę Petri: quia quocunq; modo se habeant res extrariæ

ad animã Petri/adhuc ipſa eſt libera conditione ſuę naturę. Vnde quantũcunq; quis ſciat illa accidentia de tanta anguſtia, neſcit adhuc an ꝓpter illum metũ ſit negaturus Chriſtum/vel nõ, ſi non aliunde abſolute ſciat. Nam Romani ſæpe fortiſſime oppetierunt ꝓ inculumitate reipub. & gloria apud poſteros propaganda. Notiſſima ſunt duorum Deciorũ facinora/quõ ſe dijs manibus deuouerũt ꝓ ſalute exercitus. Nota eſt Attilij Reguli/Mutij Cordi & aliorũ Romanorum conſtantia. Comprobat negotiũ quod ęque contingens fuit ac liberũ, Petrum in hanc deuenire anguſtiã: quoniã & iudęi libere hac nocte exiuerũt armati in montem olĩueti/vt caperent IESVM: poterant ergo omnino non exiuiſſe & ſanctum Petrũ in illam anguſtiã non impuliſſe. Nihili pendenda eſt ergo Catonis in hac re ſententia, quæ parum explicat, diluit nihil. Hęc tres opiniones conueniunt in eo ꝙ reuelatio non tollat futurorum contingentiam

Decij
Attilius Regulus
Mutius Cordus

QVARTA OPINIO GALTHERI ANGLICI

LVII
Galtherus
Adam

Is Adam referente/cũ nonnullis alijs arbitraẽ poſſe quidem deũ abſolute reuelare futura: facta tñ reuelatione abſoluta/nõ poſſe oppoſitũ reuelatorũ euenire, nec poſſe euentũ impediri. Tollit ergo reuelatio Galtheri arbitratu contingentiam futuri reuelati. Credit enim iſte doctor/ꝙ q̃uis abſolute conſiderando potentiam dei, vt eſt potẽtia, ſine quacunq; ordinatione deus poſſet facere reſurrectionem mortuorũ/& poſſet illam nõ facere: quia nõ eſt aliquis defectus vel inſufficientia ex parte potentię dei: tñ conſiderãdo potentiã cum tali ordinatione, tunc deus etiã de potentia abſoluta nõ poſſet non facere reſurrectionẽ mortuorum: poſſe enim cõtra veritatẽ/non eſt poſſe. Adducit ꝓ concordante huic opinioni Richardum lib. i. de trinitate: Cũ omni confidentia dicere poſſumus, dñe ſi eſt error/a te decepti ſumus: nam tantis ſignis & ꝓdigijs confirmata ſunt: & talibus/quæ non niſi per te fieri poſſunt. Facit pro eo quod diuus Auguſtinus lxxxiij. q. q. xiiij. dicit de corpore Chriſti vero: Eodem modo potuiſſet Richardus dixiſſe: Si reſurrectio mortuorũ nõ erit: feſellit ergo Chriſtus: aut quõ ſtabunt conſequẽtiæ per apoſtolum formatę. i. ad Corinth. xv. Si reſurrectio mortuorũ non eſt, nec Chriſtus ſurrexit: & cętera ibi dicta: cum antecedens ſcd'm aduerſam opinionẽ poſſet eſſe nunc verũ & ꝓ omni tempore, cũ conſequẽs ſit de pręterito falſum & impoſſibile. Adducit & deuot⁹ doctor Anſhelmus in libro Cur deus homo. c. xvij. & in hac opinione recitãda magiſter Adam. q. iiij. tertij eſt ſatis ꝓlixus: enumerat enim ſubterfugia illius opinionis in enodandis rationibus contrarijs. De quibus tñ dicit/ꝙ reſponſio illius doctoris concedat tam magna inconuenientia/ꝙ non oportet conari ad maiora.

Richardus
Auguſtinus
Anſhelmus
Adam

LVIII
Hibernicus
Syrenſis
Adam
Aliacenſis

IMPROBATIO GALTHERI Laute fit per Hibernicũ quem refert Aliacenſis: & per Syrenſem quem refert Adam. Illa inquiunt non videnẽ bene ſapere/quę excuſant Iudam in ꝑditione, Petrũ in negatione, & milites in crucifixione Chriſti a peccato, & omnes tales quorũ peccata ante euentũ fuerunt reuelata: Sed iſta Galtheri poſitio hæc om̃ia facit: ergo eſt a Chriſtiano explodenda. Aſſumptũ prioris partis ita patefit: quia nullus peccat in eo quod vitare nõ poteſt (intellige nouo peccato actuali) ſcd'm Auguſtinũ. iij. de libero arbitrio. c. xxviij.

Anſhelmus

Sed Iudas peccauit tradendo, iuxta illud euãgelij: Vę homini per quē filius hominis tradet̃ &c̃. & similiter Petrus negando: ergo nõ necessario/sed contingenter ille tradidit/& iste negauit, nõ obstante reuelatione: ergo absoluta reuelatio nõ tollit contingentiã reuelato. CONFIRMATVR: Quoniã animę Christi reuelatũ est de omnibus qui sunt saluati & electi. Si ergo reuelatio tollit contingentiam/iam isti pręcise & necessario saluabunt̃: & nullus ex eis posset finaliter peccare & damnari: cuius oppositũ tenet vniuersitas doctorũ. Antecedens de facili ꝓbat̃: nam Christus frequenter orauit ꝓ electis, & eos cõmendauit deo patri. Et ita testat̃ apud Ioannē: Ego cognosco oues meas: Ioan. x. & iterum: Pater sancte serua eos. & alibi: Ego scio quos elegerim: Ioan. xiij. Reuelatum ergo fuit Christo qui essent prędestinati: & tamen contingenter saluantur.

Saluator

LIX PRAETEREA Si post absolutã alicuius futuri reuelationē non posset nõ ita euenire sicut reuelatũ est, iam deus necessario ageret aliqd ad extra/scilicet istud reuelatũ: & si omnia reuelaret sicut de facto credit̃ fecisse Christo/ iam oĩa futura de necessitate euenirent: quod sancta fides & religio nostra respuit, & ethnicę philosophastris cõcordaret Democrito Heraclito Carneadi & similibus. etiã Aristoteli dicenti deũ necessario agere ad extra. Q; si soluēdo dixerit opinator aduersarius/diuersum sensisse Aristotelem ab eo: quoniã Aristoteles affirmarit deũ sic necessario agere ad extra/consequi essentiã & naturã eius: sed ipse ponat & cõcedat deũ necessario agere ad extra ex suę voluntatis determinatione & ordinatione: quia enim voluntas dei disposuit se hoc acturã: igit̃ ex determinatiõe sua hoc necessario agit. Et pro hoc allegat̃ modus loquēdi Anshelmi libro primo Cur deus homo. c. xxij. Sed hæc solutio est cassa nuce inanior: nam primo illud non est receptum a bonis Peripateticis quod Galtherus ꝓponit. Aegidio Romano in primo de generatione dicēte Aristotelē existimasse deũ necessario ꝓducere ab ęterno quicqd immediate ꝓduxerit: quę quidem necessitas ꝓueniat ex diuina determinatione: idcirco illa sic ꝓducta esse incorruptibilia: cętera vero quia mediate & contingenter ꝓducat fore corruptibilia. Sed id obscurius tetigit Romanus: clarius expressit magister Marsilius de Inghen in primo sententiarum Theologicarũ: quē studiosus põt euoluere. Dato autē quod adfert, adhuc in nihilo ei suffragaret̃ ista solutio. Nam vt Adam inquit, ista secunda via quõ deus necessario agat ad extra/est minus cõueniens ꝙ prima Aristoteli imposita. Minus enim est dissonũ rationi inquit/ ꝙ deus ex natura sua necessario habeat agere quę agit/ꝙ ꝙ contingenter fiat actiuus necessario. Hæc ratio fortasse nõ arcte stringit aduersariũ: sed illa instruat ratio: si reuelatũ necessario eueniret/rediret opinio Hosberti & Brauardini: quos renarrat Dionysius, puta ꝙ deus oĩa necessario faceret ad extra. Nam ab ęterno deus ita bene determinauit quęcunqꝫ per eũ facienda/ sic illa quæ reuelat. Si ergo determinatio voluntatis diuinę facit deũ necessario agere ad extra, tunc oĩa necessario faciet. Vide Dionysiũ. dis. xxxviij. primi. qui nimirũ per oĩa concordat cũ Chunrado de Ebraco

Democritus
Heraclitus
Carneades
Aristoteles

Aushelmus

Aegidius R.

Marsilius

Adam

Hosbertus
Brauardinus
Dionysius

CETERVM Sic confodit̃ aduersa opinio: Si facta tali reuelatione absoluta, necessario euenit illud reuelatũ vt asseueras/peto ex te certior fieri, qd tũ necessi

tet ad euentū rei:aut sciētia dei/aut aliqd extra? Non sciētia,quū ęque illud de⁹ pręsciat ante reuelationē/sicut post:& confesso oīm (qd' & supra arbitror me liquido cōmonstrasse) scientiā dei nō imponere necessitatē rebus.Et Marcus Cicero q̄uis impie ꝓuidētiā a deo negauerit respectu horū inferiorū/vt supra sępe meminimus/tū assumptū illud nō respuisset,sicut inqt de fato:Si fatū non esset/oīa euenirēt vt nunc eueniūt:qd ergo attinet inculcare fatū/cū sine fato ratio oīm rerū ad naturā fortunāue referat:etsi impia & ꝓphana sit illa Cicerōis sententia,tū fatū non plus necessitare cū sit/q̄ cum nō sit:& Laurentius Valla de libero arbitrio, vbi tū plurimū fœde labit, in hoc tū recte ratione cōplexus est: sicut scire illud fuisse/nō facit illud fuisse:& scire aliquid esse/nō facit illud esse:ita nec pręscire aliquid futurū est causa/vt illud necessario eueniat. Neq̄ aliquid extrarium pōt esse illius necessitatis causa,alioquin deus cogeret & necessitaret per aliquod extrinsecū quod adeo est a veritate alienū/vt non indigeat improbatione. Adducit prӕterea cōtra Galtherū diuus Augustinus.xv.de trinitate dei.c.x. Non obstāte enim reuelatione/adhuc deus potuit mundum per aliū modum q̄ per incarnationem filij sui redemisse. ET Ne habeat aduersa opinio quo hijscere possit, sic ratiocionat Dionysius contra eā.Si enim ipsa esset vera/sequeretur q deus posset se facere nullipotentē:sed hoc est impossibile: ergo & opinio impossibilis ex qua tantū inconueniens sequit.Sequelam istam adfirmat tali aut consimili casu:quia destruat deus oēs creaturas excepto Gabriele cui reuelet deus se nihil de cętero ꝓducturū:quo sic reuelato/iā per te deus esset nullipotens:quia cū reuelatū per te sit necessariū/ nihil amplius posset deus creare. Vnde propter istam rationē commendat Cardinalis Cameracēsis dictum Adę q ista via sit magis irrationabilis/q̄ negare absolutas reuelatiōes esse possibiles

Cicero

Valla

Augustinus

Dionysius

Aliacensis Adam

QVINTA OPINIO Solemnior & cōmunior concedit reuelationes absolutas fore possibiles contra tres primas opiniones, & negat reuelatiōnē tollere contingentiam reuelati aduersus quartam:& hoc quidem est summarium istius opinionis:sed digeramus eam in partes/quo fiat explicatior:sunt enim iuniores omnes ferme ομοψηφοι id est eiusdem opinionis & sententiӕ. LX

PROPOSITIO PSIMA. Deus pōt aliqua futura contingentia reuelare, & hoc de facto sępe fecit.Ista ꝓpositio nō habet dubiū apud fideles. Patet Danielis.ij.Reuelatū est mysteriū Danieli &c̄.Itē de Paulo.ij.ad Corinth.xij. Scio hominem/nescio an in corpore vel extra corpus nescio,deus scit:raptū huiusmodi vsq̄ ad tertiū cœlū &c̄.& audiuit archana verba quę non licet hoī loqui &c̄.Itē alibi:Datus est mihi angelus Sathanę qui me colaphiset,ne me extolleret magnitudo reuelationū. Idem ꝓbat de anima Christi/& breuiter: als tolleret omnis ꝓphetia.Addit tū ratio huic ꝓpositioni:Quicūq̄ veraciter pręuidet & prӕscit futura/seu vera contingentia de futuro,& est oīpotens/pōt per aliqua signa extrinseca/vel per seipm̄ intellectui creato talia reuelare:sed deus oīpotēs hoc mō ꝓuidet futura:ergo pōt ea reuelate.

Daniel Paulus

SECVNDA PROPOSITIO Omne futurū contingens verū,imptinens reuelationi/pōt a deo reuelari intellectui creato:& voco impertinēs scd'm Ebraco,cuius reuelatio nō tollit veritatē

Ebraco

Aliacensis illius pſciti:aut clarius ſcđm Aliacēſem/ꝙ non cadat vel habeat reflexionē ſuper ipſam reuelationē/aut actū mētis, ſine q̄ eſſe nō pōt:ſed ſolū ſup extrinſeca de ſu turo cōtingēti:vt iſta nō pōt reuelari Sorti:Tu nihil intelligis,qa reuelādo intel ligeret:& ita intelligeret & nō intelligeret,q̄ cōtradicūt. Sic de illa: Nihil tibi re COROLLarium. Aliqđ futurū cōtingēs verū/nullo mō pōt reuela (uelabiť ri creaturę rationali.Probať:qa ſic eſt de facto ꝙ eckiberto nihil reuelabiť: & tñ de⁹ nō pōt hoc reuelare Eckiberto:qa ſic aliqd ei reuelareť/qđ repugnat priori

LXI TERTIA PROPOSITIO.Talia futura de facto aliqñ abſolute ſunt reuela-ta:aliqñ ſub cōditiōe,nō qdē expſſa/ſed a deo reuelāte cognita & ſubintellecta. Iſta ꝓpoſitio multiuariā eſt ſupi⁹ explicata de Iona,Eſaia,& ſīlib⁹/ꝓpterea nō moror.COROLLARIVM.Cū in volūtate & ptāte dei ſit reuelationē quā fa cit eſſe abſolutā vel cōditionatā/neceſſario in ỽitate reuelationū recurrēdū eſt ad ſenſum quē de⁹ voluit & intēdebat.Pondera iſtud corollarīū:qa inferi⁹ erit no

Anglici bis adiumēto nō paruo aduerſus cōem Anglicoꝝ ſentētiā.Declarať aūt corolla riū ſic:qm̄ de⁹ cōſenſu oīm eſt pria ỽitas & ſumma:& ſicut eſt ỽitas diuina no-ticia,ita eſt intellectui diuino ꝓpoſitio vera:& ita de⁹ eſt ꝓpoſitio icreata:vt fu

Aliacenſis ſius declarat cardinalis Cameracenſis.q.primi.Et maxime hoc eſt verū de noti-cia diuina practica, id eſt de ea qua nouit ſe aliquid facturum aut productu rū.

Ebraco Dionyſius VNDE Pulchre adnotauit hic Chunradus de Ebraco,quē ſeqť Dionyſi⁹ diui Bernhardi ſacerdos/eſſe quedā ordinē & ſubordīatiōnē veritatū:quē graphice in hāc ferme deſcribūt ſentētiā.Nā ỽitas enūciatiōis vocalis vel ſcriptę ſubordi-nať loquutiōi mētali:q̄ in ỽitate iterū ſubordinať rei p eā ſignificatę,aut cōplexo

Ariminenſis ſignificabili ſcđm Gregoriū.Rurſus ỽitas rei ſubordinať ỽitati increatę. Nā tū ꝓpoſitio vocalis eſt vera,ſi ſua mētalis ſit vera vel eſſet vera,ſi eſſet formata. Iſta aūt ỽitas ſigni depēdet a veritate rei creatę,q̄ rurſus depēdet ab icreata. De pria

Ariſtoteles ſubordinatiōe loqť Stragyrita lib.i.περιερμηνειας. Sūt aūt voces eaꝝ q̄ ſunt in aīa paſſionū notę. Secundā teſtať in Categorijs,ſcđm ꝙ res eſt vel nō eſt oratio di

Dauid citur vera vel falſa.Tertiā aſtruit diuinus pſaltes Pſalmo.cxlviij.Quoniā ipſe di xit & facta ſunt.habent ergo ſe iſta quatuor per ordinem in ſubordinatione

Vox 1 Conceptus 2 Res 3 Deus
1 2 3 4

LXII QVARTA PROPOSITIO.Talis reuelatio de futuro cōtingēti facta creatu rę ratiōali in eo ſenſu in q̄ eſt facta/reddit eā certā & ſecurā citra oēm ambigui-tatē de euentu.Illa ꝓpoſitio eſt manifeſtaria cū ex multis,tū ex eo maxie:qm̄ ad integritatē beatitudis reqriť ſecuritas:vt pulchre ꝓbat illa docta aīa Ioan. Scot⁹

Scotus in di.xlix.q̄rti.vi.Sed quō pōt aſſecurari S.Paul⁹ de ſua beatitate ppetuo duratu ra ꝗꝫ p reuelationē.Nā hinc reuelatiōes dicunť ſcitę ſuo mō,vt ſupra q̄qꝫ memi nim⁹,ꝙ tātā ingerūt reuelato certitudinē:q̄re illud lumē ꝓphetię aut reuelatiōis dixim⁹ pcellere lumē naturale,alioqn Abrahā pter lumē naturę nūq̄ꝫ voluiſſet filiū vnicū imolare.Additū fuit ꝓpoſitiōi,citra oēm ambiguitatē:nec abs re:nā cū ſit certitudo q̄dā neceſſitatis/alia euidētię,q̄dā itē firmitatis ſeu adheſionis/ in hoc ſolo ſenſu recipiať ꝓpoſitio/vt dicit certitudinē firmitatis/nō neceſſitatis ſcu

euidẽtię.Ita certũ ſe fuiſſe teſtat̃ apl̃s/& ſupra examinauim⁹:Certus ſum ꝙ neqꝫ Paulus
mors/neqꝫ vita/neqꝫ angelus &c̃.ſepabit nos a charitate dei &c̃. hoc ſolũ adie-
cto,certitudinẽ vltra firmitatẽ includere veritatẽ.Illo em̃ nõ exiſtẽte vero nõ ad-
eſt nec reuelatio/nec certitudo. COROLLariũ Petri de Aliaco/ꝙ q fuit cert⁹ Aliacenſis
põt nõ eẽ cert⁹ de aliq̃ futuro,imo nunqꝫ fuiſſe cert⁹:& illa notitia q̃ fuit certi-
tudo põt nunqꝫ fuiſſe certitudo:qa q̃uis ĩpoſſibile ſit certitudinẽ eẽ falſam: tñ
certitudo põt eẽ falſa.Accumula tales ꝓpoſitiões q̃tq̃t volueris/tu q es peritus
QVINTA PROPoſitio.Propt̃ nullã reuelati (in ſenſu cõpoſito & diuiſo. LXIII.
onẽ factã aut factibilẽ de⁹ neceſſitat̃ ad aliqd faciendũ vel ꝓducẽdũ. Nã da op
poſitũ,iã eris cõſors Ariſtotelis & Auicẽnę/ꝙ deus agat ad extra neceſſitate:cui
aſſertiõi doctores dãt repudiũ.Periculoſa em̃ eſt Hoſberti opinio & fidei con Hoſbertus
traria/deũ neceſſario ꝓducere qcqd ꝓducat ad extra.Nam multũ ſignate dixit
ꝓpheta regi⁹:Oĩa q̃cũqꝫ voluit/fecit.COROLLAriũ.Reuelatio futuri cõtin- Dauid
gẽtis nõ tollit cõtingẽtiã in reuelato: & illud corollariũ eſt reſpõſiuũ ad dubiũ
motũ:& ſatis patet:qa facta q̃cũqꝫ reuelatiõe/de⁹ põt illud nõ facere:ergo illud
cõtingẽter eueniet:qa ad nutũ & volũtatẽ dei potẽtis illď ponere/vel nõ ponere
COROLLARIVM aliud ad mẽtẽ iſtorũ doctorꝫ:Oĩs noticia creata de futu
ro cõtigẽti eſt fallibilis. Fallibilis eſt:qa põt eẽ falſa.Illď faciliter deduci põt ex
ſupioribus⁹:qa ſi põt aliter euenire q̃ꝫ fuerit reuelatũ,tũc ꝓpoſitio ſignificãs ita eẽ
ſicut fuit reuelatũ/põt eẽ falſa,cũ poſſit alit̃ eẽ q̃ꝫ ipſa ſignificet. nã noticiã eẽ
infallibilẽ eſt peculiare diuinę noticię apud illos doctores:ꝙ infra dijudicabim⁹
Vñ infert Aliaceñ.COROLLariũ.q̃uis reuelatio poſſit nõ fuiſſe reuelatio: tñ
nõ põt nõ fuiſſe iudiciũ aut iudiciaria adhęſio.Pria pars:Licet Alphõſus Tole- Alphonſus
tan⁹ diſ.xlij.primi teneat reuelationẽ nõ poſſe eẽ nõ reuelationẽ,tñ ꝓpoſitũ ꝓ
bat:qa illa noticia poterit eẽ falſa ex p̃dictis,ergo poterit eẽ nõ reuelatio. tenet
cõſeq̃ntia:qa reuelatio nõ eſt niſi de v̾o. Ratio diuerſitatis in corollario eſt iſta
q̃tũ videre poſſum:qa ꝙ noticia ſit reuelatio/eſt ab extrĩſeco cõtigẽti vero futu
ro:ſed ꝙ ſit noticia vel iudiciũ/eſt qdditas intrinſeca hui⁹ q̃litatis formalit̃,mõ
res nõ põt ſepari a ſua ꝓpria qdditate.Sed aduerte q̃tũ ad alterã partẽ corolla-
rij diuerſum eẽ i deo a creatura:nã ſicut illa p̃ſciẽtia q̃ p̃ſciuit antichriſtũ futurꝫ
põt nũqꝫ fuiſſe antichriſti noticia aſſenſiua (nõ loq̃r de ſciẽtia ſimplicis viſionis)
ita iudiciũ q̃ iudicauit antichriſtũ futurꝫ/põt nũqꝫ fuiſſe iudiciũ:q̃ oĩa ſecus con
tingunt in creatura. Iſta corollaria ſunt poſita ad mẽtẽ Petri, Adę, Holcot, Dio Aliacenſis
nyſij, Ebraco &c̃. Sed hic iam veniũt argumẽta q̃ dudũ ptimeſcebam⁹.Si enim Adam
venire põt oppoſitũ reuelatorꝫ/ iã de⁹ decepiſſet/vel decipe poſſet eũ cui reuela
uit hoc abſolute futurũ:& idẽ argumentũ forti⁹ vadit de Chriſto.Si em̃ oppoſitũ euenire
potuiſſet ei⁹ ꝙ ipſe dixit/iã potuiſſet dixiſſe falſum, & ſic mentiri/periret fides noſtra, flu-
ctuaret in reuelatiõib⁹ poſita nihil certi haberem⁹ & firmi.Vt excutiam⁹ iſtos dubiorũ an
fract⁹ duo ponam⁹ in cõſultationẽ:vnũ de deo alterũ de Chriſto:qb⁹ expeditis/cætera pa
tebunt.Sit ergo primũ iſtud DVBIVM.XXII.

AN DEVS POSSIT FALSVM DICERE ET HOMINEM DECIPERE? LXIIII

HIC PRAEFARI Volo in iſto dubio me ſumma cum modeſtia & reuerentia locutu-
rum in hac materia: Nam ſcio laudabilem eſſe verecundiam, & & eam præcipue ſacris &
religioſis rebus adhibendam:Nam & Socrates in Cratillo inquit:Deos iam mittamus per Socrates Ariſtoteles
deos obſecro:nam de hijs differere vereor.Et vt Ariſtoteles & Seneca præcipiunt: Nunqꝫ Seneca

nos verecũdiores eſſe decet/ꝙ cũ de dĳs agit̃:ne qd temere/ne qd ĩpudẽter, ad do etiã ne qd inſciẽter in reb⁹ religioſis audeamus, Q̃ ſi Ethnici ingenuo illo timore & reuerẽtiali vſi ſunt erga ſuos nũcupatos deos,q̃s verius dęmones dixe ris:quãto magis decet nos chriſtianos in familiã & ſortẽ dñi cõſcriptos/cũ ſum ma modeſtia & humilitate tractare diuina, Quare ſi q̃d durius offendes amice lector/noli temeritati aſcribere:quippe quę in me nulla eſt, & quã in primis re fugio ac deteſtor. Sed dictũ accipe vel inq̃ſitiue/ſeu arguitiue,aut vt nonnunꝙ eueniet ab alĳs doctoribus (q̃s ſedula lectione vt facile vides/pluſtrauim⁹) vel aſſertũ/vel recitatũ. Hoc præfato/nos fortunę committimus:& dicamus primo

Ariminensis FALSVM DICERE Põt multipliciter ſcd'm Gregoriũ Arimineñ. diſ. xliiĳ. primi. Vno mõ dicere falſum/eſt ꝓferre ꝓpoſitionẽ falſam,ſeu formare enũti ationẽ falſam ſcd'm ſe. Alio mõ dicere falſum/eſt ꝑ enũtiationẽ falſam ſignifica re falſum:qd'iterũ põt biuariã accidere. Vno mõ aſſertorie affirmãdo & aſſeue rando. Alio mõ nõ aſſertorie/ſed ſolũ recitatiue. Aſſertorie adhuc biuariã vſuue nit. Nam põt ꝑciſe aſſerere,aut cũ hoc põt habere intentionẽ ꝙ alter cui dicit/ ei aſſentiat̃:& ſic dicere falſum habet ſex modos q facillter ab inuicẽ diſcernunt̃ vt ille doctor ad ſatietatẽ explicat. Sed hoꝝ diſcrimẽ facile ex ꝓpoſitiõib⁹ colliget̃

Holcot Addit t̃n Robertus Holcot. q. ĳ. ſecũdi/ꝙ ad aſſertionẽ reqrat̃ exterior ꝓlatio, & velle ꝙ audiẽs credat eſſe verã:nõ aũt reqrit̃ ꝙ ip̃e aſſerẽs credat illud aſſertũ eſſe verũ:q̃a multi aſſerũt falſum qd'ſciunt eſſe falſum: & ideo mentiunt̃. Scd'o

LXV diſtinguẽdũ eſt de potẽtia dei. POTENTIA DEI Cõiter dicit̃ eſſe duplex ſcilicet abſoluta & ordinata:eſt vulgatiſſima diuiſio Theologorũ/& paſſim de clarata. Potẽtia dei abſoluta extẽdit ſe ad oĩa illa q̃ non implicant contradictionẽ fieri. Potẽtia v̾o ordinata eſt cõformis legi ordinatę/q̃ nobis cõſtat ꝑ ſcriptnrã vel reuelationẽ. Nõ ĩtelligas ꝙ ſint duę potẽtię diſtinctę in deo,nolo tã rudẽ au ditorẽ,ſed de⁹ ꝓpt̃ duplicẽ modũ agẽdi quẽ habet vel hr̃e põt duob⁹ noĩb⁹ ap COROLLariũ. In re eadẽ eſt potẽtia dei ordĩata & abſoluta:q̃re vna (pellat̃ nõ eſt maior res q̃ alia. Potentia t̃n abſoluta extendit ſe ad plura ꝙ potentia or dinata:id eſt aliq̃d põt deus de potentia abſoluta/quod non põt de potẽtia or dinata. Videtis nunc dñi mei ꝙ infantiliter ſecernat potentiã dei abſolutã a po

Armandus tentia ordinata dñs Armandus in tractatu de declaratione difficilimu termino rũ Theologię ac philoſophię. Arbitrat̃ bonus Armãdus potentiã dei abſolutã eſſe poteſtatẽ dei nõ reſpitiẽdo ad aliquod attributũ dei. Ecõtra vero potentia dei ordinata dicit̃ ꝙ ſit ordinata ad aliq̃d'attributũ/vel iuſticiã/ vel clemẽtiam, vel miſericordiã &c̃. quaſi aliq̃d eſſet factibile a deo nõ habendo reſpectum ad potentiã, quę eſt attributũ dei:Quaſi eſſet aliq̃s effectus poſſibilis a deo fieri,in quo nõ reluceret veſtigiũ trinitatis:& per conſequẽs ordo ad attributa diuina. Sed pergamus ad inſtitutũ/& ponamus primo propoſitiones cõiter conceſſas: dein deſcendamus ad eas in quibus eſt controuerſia. Deſideraſſem aliquos qui Anglicis aduerſant̃ fuiſſe latiores ſcribendo/ꝙ fuerint:in materia al's facili ſępe

Euclio ꝓfuſiſſime ſcribũt:& hic ſunt Plautino Euclione partiores:ſed conabimur ena

Vergilius uigare vtcũꝙ/illd'Vergilĳ meditãtes:O paſſi grauiora dabit de⁹ hĳs q̃ꝙ finẽ

PROPOSITIO PRIMA. Deus pōt dicere falsum improprie:& aliqñ sic dixit falsum, accipiendo primo modo ꝓ eo ꝙ est falsum dictum ꝓferre. Patet in Tropis, in Tronia, in metaphoris. Nam Genesis. iij. inqt: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis: quę ꝓpositio scd'm se & ꝓpriā significantiā fuit falsa: & ꝑ consequens deus isto modo ꝓtulit falsum. Verū quia per istud dictum nō intendebat significare Adam factum esse sicut deū/sed intendebat significare oppositum, quod vtiq; erat verum: Sic Christus talia dicta metaphorica frequenter protulit, quibus non falsum/sed verum significauit. LXVI Saluator

COROLTARIVM Sic dicens falsum/nō conceditᷣ falsum/sed verū dixisse. Istud denotabā in ꝓpositione cū dixi, improprie, nolui enim ita ruditer loq; vt plęriq;. Quis ēm ferret Christū falsum dixisse/dū inquit: Ego sum vitis/& vos estis palmites, etiā in sensu litterali: vt exasse declarat magnus ille Magister Paulus Burgensis in illo eruditissimo ꝓlogo biblię, qui est oīni laude supior. Attestatᷣ huic corollario diuus A. Augustinus in libro contra mendaciū: faciēs eīn de illis tropis mentionē/inquit: In talibus vera/non falsa dicunᷣ: quoniā vera, nō falsa significanᷣ. & prius dixerat: Non est mendaciū qñ ad intelligentiā veritatis aliud ex alio significantia referunᷣ. Burgensis Augustinus

SECVNDA PROPOSITIO LXVII

Recitatiue seu nō assertorie de⁹ pōt dicere falsum. Probaᷣ: qa multi sunt passus sacrę scripturę, qui hoc nobis ostendūt: vbi per integrū sensum/qui est assertus habeᷣ veritas: & per partialem sensum non assertū habeᷣ falsitas, vt illud psalmi: Dixit insipiēs/nō est deus. Certū est tibi assertū esse verū/ sed inclusum partiale recitatū esse falsum/scilicet nō est deus. Idem euenit in conditionalibus veris ambabus partibus existentibus falsis. Sic de Christo vbi dixit iudęis apud Ioannē: Si dixero vobis nescio eum, ero similis vobis mendax: tota conditionalis asserta est vera, neutra parte existēte vera. hic potes formare simile corollarium priori. Dauid Saluator

TERTIA PROPOSITIO. Indirecte & de per accidens deus vera dicendo pōt aliquos decipe/& sentētia eorū falsum dicere. Patet: pōt enim deus aliqd dicere & facere, quę alij nō recte intelligentes/crediderūt falsum: & ipsi sunt decepti: licet deus hoc nō intendebat. Illa est ꝓpositio valētis illius Gregorij di. xlij primi. sequiᷣ Ioannes Maioris. Exemplificat de Christo qñ dixit iudęis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. quod iudęi audiētes/intellexerunt de tēplo materiali Salomonis: Christus intellexit de tēplo corporis sui. Similiter cū diceret apostolis: Lazarus dormit, inferebant ipsi: ergo sanus est: sed ne manerent in falsa sententia/dixit eis dein manifeste: Lazarus mortuus est. Similiter cū dixit: Heli heli lamazabatani: Math. xxvij. putabant ipsum vocasse heliam. Sed in hijs oībus deus nō decepit illos/sed decipiebāt seipsos: qa Christus in hijs benedixit/& verū ꝓtulit: sed ipsi nō bene intellexerūt: & ita quasi per accidens & indirecte dicunᷣ decepti a deo. In illis tribus ꝓpositionibus nō est altercatio apud doctores, dempto eo quod diximus in prima ꝓpositione de sensu litterali: quia ibi digladianᷣ Paulus Burgensis, & Mathias Doring Burgēsi mastix. Siliter Chuuradus de Ebraco in principio quarti sup eodē cōtendit aduersus cōcurrētē ordinis diui Dñici, q tñ veriorē apparet mihi amplecti sententiā LXVIII Ariminensis Maioris Saluator Doring Ebracensis Dominicus

LXIX QVARTA PROPOSITIO. Deus de potentia sua ordinata nulli dicit fal
sum assertorie & directe: sicut nullum directe decipit, nec per se/ nec per alium
autoritatiue: quod alij dicunt nec mediate/nec immediate: & loquor hic de fal-
so dicere vltimo modo, vt scilicet talis dicens intendit ꝙ alter assentiat̃ & credat
sibi: quod tñ scit vel credit esse falsum. Illa ꝓpositio pro sui prima parte est in-
Augustinus controuersa: sed pro secunda parte ꝓbat̃, & clare liquet ex Augustino in libro
de symbolo super illo articulo primo: Credo in deum patrẽ omnipotentẽ, vbi
dicit: Deus omnipotens est, cum sit omnipotens/mori non potest, falli non põt
mentiri non põt: nam si mori posset/non esset omnipotens: si mentiri, si fallere,
si falli, si inique agere posset/nõ esset omnipotens: quæ verba Augustini ad mi
nus ꝓcedunt de potentia dei ordinata: ꝙuis inferius etiã ostendemus ea intelli
gi de potẽtia dei absoluta. Confirmat̃: deus non põt prauũ operari: ergo nec fal
sum dicere/aut decipere. Tenet consequẽtia per ꝓphetã: Fidelis deus in omĩb⁹
verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: vbi æquiparãt deũ sanctum in
opere, & fidelem in verbo. DICO in ꝓpositione: Nec per se/nec per aliũ au
toritatiue: quia non est contra legem ordinatã/ꝙ deus decipiat per creaturam
permissiue aut partialiter concausando: nã vt in euidentialibus secundæ opinio-
nis secundi articuli dictum est/tunc deus est causa oĩm partialis: & ita etiã cuius-
libet erroris vel deceptiõis est causa partialis vniuersalis. Permissiue sæpissime fit
vt in superstitiõibus/vbi plura permittit ad fallendum fallaces: vnde pro ꝓpo-
Augustinus sitione facit expresse illud Augustini. lxxxiij. q. q. v. deus per seipsum neminẽ de
cipit, nec per angelũ bonũ/nec per hoĩem bonũ cui non cõuenit ꝑsona fallaciæ.
LXX OBIICITVR CONTRA Secũdam partem per multos validos doctores
Adam credentes deũ non solum ꝑmittendo/sed etiã præcipiendo & autorisando pos-
Holcot se præcipere/ vt vnus decipiat aliũ de potentia ordinata. Ita sentit & vult Adam
Aliacensis Robertus Holcot, Petrus de Aliaco præceptor magni illius cancellarij Ioannis
Hibernicus Gersonis, Hibernicus, Syrensis, Elephat, Almachoti & aliorum inquit Ebraco:
Ebraco quam tñ illorum doctorum sententiã Alphonsus dicit potius esse errorem/ ꝙ
Alphonsus opinionẽ. Primo ergo obijciunt: Deus decepit Isaac per Iacob & Rebeccã, quã-
Isaac do Iacob simulauit se esse esau, & ita venit frandulẽter vt Isaac testabat̃ postmo-
Rebecca dum ad Esau: hoc autem fecit Iacob deo autore & inspirante, quare impetrauit
Iacob benedictionẽ: ergo deus ordinata potentia põt aliquem decipere autoritatiue.
Esau

RESPONSIO SCOTI

Illud contrariũ est forte/& doctores desudant in eo: tamen accipe breuiter tri-
plicem solutionẽ, & eam amplectere quã melius tueri poteris. Primo respõdet
doctor subtilis in tertio dis. xxxviij. ꝙ licet aliqui conent̃ multum saluare Iacob
& aliquos patres veteris testamenti non fuisse mentitos, cũ tñ in alijs concedant
eos habuisse legem imperfectam & gratiã modicam respectu patrũ noui testa-
menti: qui & legem habuerũt perfectam/& gratiã superabundantẽ: & tñ de no
stris non negat̃ aliqñ mentiri vel mentitos esse. Non videt̃ ergo multũ rationa
bile negare illos qñꝙ fuisse mẽtitos/vel potuisse mentiri. hęc Scotus. Accedit ei
Vorrilon Vuilhelmus Vorrilon ead. dis. & Nichola⁹ de Orbellis. Subscribit Nicholaus
Orbellis

de Lyra super Genesim.cap.xxvij.Dñs prępositus Gabriel in tertio. Posset ista Scoti solutio corroborari:qa ad hoc induebat pelles caprarũ/quia erat hõ lenis & frater Hispidus,nõ ob aliud nisi vt patrẽ deciperet:maxime quia primo me tuit induere pelles/ne videret̃ patri illudere,& reportaret maledictionẽ.Confir mat hoc senex Isaac cũ dixit ad Esau:Venit frater tuus fraudulenter.Et de matre Rebecca quæ eũ induxit & instruxit in toto negotio dicit Vuilhelmus Gorris: Non est inconsuetum mulieribus mentiri·

Lyra Prępositus Isaac Gorris

IMPROBATVR SCOTVS

Ista solutio cõiter non placuit doctoribus in scholis:q̃uis scribentes rarẽter tã xent Scotũ.Apparet tñ mihi dictum Scoti longe a sanctis patribus alienũ.Nam primo q̃ Iacob sit excusandus a mẽdacio hic/est textus expressus in.c. gaudem⁹ extra de diuortijs.vbi dicit Innocentius tertius:Nec vlli vnq̃ licuit insimul plu res vxores habere/nisi cui fuit diuina reuelatiõe concessum:qui mos quandoq̃ interdum etiã phas censet̃:per quam sicut Iacob a mendacio,Israelitę a furto, & Sampson ab homicidio:sic & patriarchę & alij iusti viri/q plures legunt̃ simul habuisse vxores ab adulterio excusant̃.glossema ibi allegat ꝓ concordantię para graphũ itẽ opponit̃.xxij.q.ij.& sunt verba diui A.Augustini ex quæstionibus super Genesim desumpta:vbi plane dicit eum nõ mentitũ.Si es didymus/ vide textum & rotundam litterã. Contra doctorẽ subtilem est etiã Petrus Longo bardus dist.xxxviij.tertij collectanei sui:qui citat ad hoc verba diui Augustini, quę tu studiose lector reperies in libro cõtra mendaciũ cap.x.quod totũ posset huc euocari,vt patrocinaret̃ Iacob aduersus maculam ei a Scoto & assectis impi ctam.Verba magistri sunt hęc.Solet etiã quęri de Iacob q se dixit esse Esau, ali ter animo sentiens vtrũ mentitus sit.de hoc Augustinus inquit, Iacob quod ma tre fecit autore vt falleret patrẽ,si diligenter attendat̃, videt̃ nõ esse mendacium, sed mysteriũ.Intendebat enim matri obedire/quæ p spiritũ nouerat mysteriũ & ideo ꝓpter familiare spiritussãncti consiliũ quod mater acceperat/a menda cio excusat̃ Iacob:hæc magister.Habes ecce duos insignes A. Augustini locos, vnũ ex Genesi per Gratianũ ad decreta summorũ pontificũ euocatũ: alterũ ex li bro de mẽdatio per Germanũ fratrem Gratiani Petrũ Longobardum ad eius sententias citatũ.Et vt de tribus omne dicat̃/adde elegantem locũ ex.xvi. lib.de ciuitate dei cap.xxxvij.vbi post alia dicit:Quis est dolus simplicis,quę fictio nõ mentientis,nisi ꝓfundum mysteriũ veritatis?cętera quæ ad rem cõducunt/ dñi mei ipsi videte.Obstat pręterea doctori subtili mellifluus ille & eloquẽtissimus ecclesię antistes diuus Ambrosius vti eũ Eustachius Bonauentura noster renar rat:de quo multa eleganter & graphice reperies apud eundem Ambrosiũ li. ij. de Iacob & vita beata,quẽ omnino vide.c.ij.& tertio. Conferũt enim ad digni tatem prędestinationis/& eius prioritatẽ:quę alij doctores nõ tetigerunt.Men datij q̃q̃ insontẽ arbitrat̃ Iacob esse doctor irrefragabilis par.ij.q.cxxxix.mem. vi.parte itẽ.iij.q.xxxvij.mem.vi.Diuus Thomas in tertio dis.xxxviij.q.iij. & in secunda secundę.q.centesima decima.arti.iij.in solutione tertij. Noster insignis Bonauentura in tertio:quibus adde Richardum eadem dis. tertij si placet

Innocentius Augustinus P.Longobardus Augustinus Gratianus Longobardus Augustinus Ambrosius Bonauentura Ales Thomas Bonauentura Richardus

Cum ergo tot proceres & heroes Romanus pontifex cum suis columnis Iacob insontem statuunt & immunẽ faciunt a mendacio/malo in hac parte ab ista sententia Scotica desciscere,& opinioni sanctorum patrũ adhęrere: essem enim lapideus si Papam,si Augustinũ,si Ambrosiũ & cęteros nõ pœnitendos doctores
Eckius aut negarem/aut desererem.Hoc tñ addo/Ioannem Scotum in hoc fuisse amicum veritati/ꝙ existimauit patres veteris testamenti aliquando peccasse, cũ hoc idem concedatur de viris euangelicis excellentioribus.Sed explosa illa responsione Scoti/alias eferamus solutiones.

LXXI Aliacensis

RESPONSIO ALIACENSIS ET SVORVM

Ad illud factum cũ Iacob nonnulli aliud subterfugiũ quærunt, & ad dispensationem velut asylum & sacram ancorã confugiũt:quos si adamussim & penintime intelligo/hoc ferme dicere volunt:Primo non abnegant Iacob falsa dixisse: neqꝫ eunt infitias eũ habuisse intentionem fallendi,sed nec peccasse/nec mentitũ esse:quia ita dixerit & fecerit ex familiari cõsilio spiritussancti. Contẽdit ista opi
Augustinus nio ex verbis diui Augustini iam primũ adductis/fuisse cum Iacob dispensatũ vnde nitiẽ ad hoc vt intelligas fundum negotij/ꝙ mendaciũ,vt sonat in vitium non dicat solum falsam vocis significationem cũ intentione fallendi, sed requirat vna inordinatio vel iniusticia quæ in Iacob deo dispensante non fuerit quũ spiritussanctus cõsilio suo hac vice in eo legem sustulerit:alioquin stante lege falsa dicendo/cum intentione fallendi peccasset:sed solutus fuit ab obligatione le-
Holcot gis.Ista responsio est de mente Roberti Holcot.q.ij. secundi dicentis: Similiter Rebecca & Iacob de singulari consilio deceperunt Isaac.Alludit Cardinalis Cameracensis.q.xij primi.art.iij.Eorumqꝫ contubernales omnes superius adnota
Præpositus ti.Dominus præpositus intertio ab illa solutione non abhorret: & vehementer desyderassem doctores hic nodos Adę & Cameracẽsis enodasse/ vt me hac angustia qua laboraui/liberassent:sed ego cogor experiri fortunã/& ingenij periculum facere.

IMPROBATVR ALIACENSIS CVM SVIS

Hæc solutio concedit ꝓpositũ,deo videlicet autore quem posse aliũ decipere: quare aduersatẽ secundę parti ꝓpositionis nostræ ęque vt argumentum ipsum. Obsistunt ergo huic solutioni adducta in ꝓpositione quarta, & inducenda ꝓpositione quinta.Prędicti etiã doctores qui iam primũ contra Ioannem Duns militarunt,non solum negant Iacob peccasse/sed etiã falsitatem,intentionem itẽ fallendi defuisse volunt. Hinc ille sensus mysticus tam amplis verbis dilatatur: Ius primogenituræ itẽ ad Iacob pertinere iudicatẽ,non ob aliud nisi ostendant Iacob nec falsum quidem dixisse.Et ꝙ funditus corruat ista solutio/accedat di-
Augustinus uus Augustinus contra mendaciũ supra allegatus/vbi in fine sic dicit de isto facto Iacob:Sed nimis longum in hac significatione ꝓphetica enudeate cuncta rimari/in quibus palmã veritas tenet: quia vt significando prænunciata sunt/ ita consequendo claruerunt.Si ergo veritas triumphat,Iacob triumphans non falsum dixit/nec decepit in eo quo prophetam se gessit

LXXII Rabi Salomõ

TERTIA SOLVTIO Est rabi Salomon/ qui ad saluandum Iacob ne mentiretur aut falsum diceret/excogitauit istam viam respondendi, ꝙ in verbis Ia-

cob essent duæ propositiones: vna: Ego sum. altera: Esau primogenitus tuus: & vtraque istarum propositionum erat vera: ita quod non erat vna cathegorica cuius prædicatum esset hoc totum: Esau primogenitus tuus

IMPROBATVR SALOMON

Lyra

Nicholao de Lyra non satisfacit Rabi Salomon: vnde inquit, nõ refert qua arte verborum quis decipiatur: propterea dat aliam solutionẽ communẽ/ quod Iacob intellexerit dictum suũ: Ego sum primogenitus tuus Esau: id est ego sum ille cui debetur ius primogenituræ Esau/ licet non sim Esau in persona. Ioannes Maioris ille Parrhisianus non Eckius, reprobat Lyram: quia ex illo modo respõdendi fefellisset patrẽ caliginose sub vmbra verborũ/ intelligens ea in vno sensu/ & pater in alio: & hoc constabat patriarchæ Iacob: ergo replica Nicholai concludit contra seipsum, si aliquid valet contra aduersariũ quod concedimus: & dico si vna solutio potest defendi, eadem est defensio alterius: sed neutra earum imponit extremam manum argumento: hæc Ioannes Maioris. Tamẽ ex dicendis apparebit Nicholaũ non perperam in hoc dixisse, si in hoc fixisset pedem eius/ sed ipse relicto fortalicio transfugit ad Scotum in fine, vt supra meminimus. Maioris

SOLVTIO QVARTA BONAVENTVRAE

LXXIII

Communiter etiam sic diluit argumentũ, Iacob nullo pacto mẽtitũ. Non enim vnum protulit in voce/ & assentiebatur opposito in mente: quod tñ importatur per mentiri: Iacob assentiebat se esse Esau quo ad habendum ius primogenituræ, quia super illo sensu contendebat: modo secundum Augustinũ libro. lxxxiij. q. circumstantia scripturarũ illuminat intellectum: & dictorum intelligentia sumẽda est ex causis dicẽdi. Vt autem ex ordine litteræ & ordine rei gestæ luctabatur pro illo sensu inter Esau & Iacob, Isaac & Rebeccam, sicut Saluator dixit de Ioanne baptista: Ipse est Helias: Mathei. xi. Concordat Augustinus & legit in dicto paragrapho opponit. xxij. q. ij. Iacob inquit dicendo se esse primogenitũ Esau, nõ est mentitus. Non enim dixit se primogenitũ nascendo/ sed ius primogenituræ illo vendente rite adeundo. Sic & Christus dixit Ioannem esse Heliam nõ persona/ sed imitatione virtutis. BONAVENTVRA Noster multũ luculente aperit illam solutionẽ dis. xxxviij. tertij ad litterã: Iacob vir simplex non est mentitus: & quantũ ad id quod dixit verbo, & quantum ad id quod fecit facto. Verbo enim dixit, & facto simulauit se esse Esau: quantum ad verba non intendebat patrẽ fallere/ sed dirigere: non intendebat etiã dicere se esse Esau in persona/ sed in dignitate primogenituræ & benedictionis quã sibi a deo vendicauerat: & hoc nõ propria autoritate/ sed matris imperio/ & spiritussancti consilio dicebat: qui quidẽ spiritussanctus in vno eodemque vocabulo multiplicẽ habet intelligentiã. Quantum ad factum simulando se esse Esau/ non peccauit: quia secundum Ambrosiũ de Iacob & vita beata, factum illud figurã præferebat futurorũ. Vnde excusatur Iacob propter rectam intentionẽ, futurorũ præfigurationem, & spiritussancti dirigentis inspirationem. Non ergo decepit patrem, nec dispensatũ est super mendacio: quia quamuis vnum prætenderet/ aliud tamen figurabat: & spiritussanctus illud quod præfigurabat/ principaliter intẽdebit: & Rebecca præcipiens, & Iacob

Bonauentura · Augustinus · Augustinus · Saluator · Bonauentura · Ambrosius

obediens. Cuius signum est/ꝙ ipse Isaac post benedictionem datam, per spiritumsanctum in extasim eleuatus, & futurorũ intelligens præfigurationẽ: postꝗ etiam deprehendit eum esse Iacob, non solum ei non maledixit/ sed etiã benedictionem datã confirmauit, dicens ad Esau postꝗ expauisset/ac stupore vehementi, & vltra ꝗ credi potest admiratus fuisset: Quis igitur ille est, inquit, qui dudum captam venationẽ attulit mihi: & commedi ex omnibus priusꝗ tu venires: benedixiꝗ ei, & erit benedictus. Credendum est etiam Rebeccam (quæ a domino consulente certior erat facta) ꝓ magna familiaritate & amore detexisse Iacob eum fore, in cuius semine omnes gentes benedicẽdæ forent: maxime cum timuisset Iacob maledictionem, ipsa eum confortans/ inquit: In me sit ista maledictio fili mi &c̃. Hæc Bonauentura: paucis additis, aliquibus immutatis.

OBIECTIO CONTRA SOLVTIONEM

LXXIIII Sed contra arguitur: Calliditate verborũ circumuenit patrem: ergo eum fefellit. Antecedens probaẽ: quia vidit patrem capere in vno sensu, & ipse capit dictum
Aristoteles suum in alio sensu: modo loquẽdum est vt plures. ij. cœli. alioquin licebit mihi vti simili duplicitate: & sic nihil stabilitatis erit in loquela: cum tamẽ voces apud
Plato omnem nationem, Platone in Timeo attestante, debent esse nuntiæ mentis.

ISTVD OBIECTVM ita diluitur/ꝙ Isaac qui ex diuina autoritate volebat benedicere. debebat etiam intellexisse sensum quem intendebat Iacob: quia tota controuersia erat super primogenitura. Sciuit ergo Isaac se benedicturũ primogenitũ, & hoc ex spiritusancto: sed in persona ad eius intelligentiã ipse errabat. Vnde nihil probat obiectio/ nisi ꝙ Isaac scd'm sensum humanũ decipiebaẽ indirecte: sicut apostoli non intelligentes Christum recte quãdo dixit: Lazarus dormit, decepti sunt per accidens, credentes Lazarum non esse mortuũ: cum tamen ex arduitate negotij debebant coniecisse, de qua dormitione Christus fuisset locutus. Nam propter dormitionem somni sorores non ita properanter misissent ad IESVM. Sic etiam Isaac potest concedi fuisse deceptus indirecte: & ideo sicut Christus postea ostendit discipulos non recte intellexisse, aperiens eis quomodo Lazarus esset mortuus: sic spiritussanctus edocuit Isaac/ quomodo deus hanc benedictionem voluit Iacob: & in quo sensu ipse esset primogenitus. Et ne
Augustinus quis arbitretur hæc esse nostra meditata ac commẽta, accedat diuus Augustinus xvi. de ciuitate dei dicens: Miraẽ & quisnam ille sit percunctatur: nec tamẽ se deceptum esse quærit: imo confestim reuelato sibi intus in corde magno sacramẽto deuitat indignationẽ, confirmat benedictionẽ: & infra. quis hic non maledictionẽ expectaret irati? si hæc nõ supna inspiratione/ sed terreno more gererenẽ

ADDE PRAEDICTIS vt omnis scrupus ambiguitatis tollaẽ/ꝙ Iacob proferebat vnam ꝓpositionẽ plures, quæ habebat duos sensus: quorũ vnus erat ꝓ prius scd'm ꝓcessum sacrę scripturæ: & alter impropri⁹/ sed apud vulgariter loquentes/ & ministeriũ non intelligentes seu ponderantes, erat proprius: sed Iacob assentiebaẽ huic sensui proprio, & ita non mentiebatur.

AD INDVCTA PRO Scoto/ Respondeẽ primo de pellibus, negando ꝙ
LXXV Iacob induerit pelles ad fallendum patrem / sed duplici ratione induebat. Pri-

mo vt vnum verum occultaret quod non tenebat tunc patri dicere: & hoc erat licitũ per doctores in illa distinctione. Secundo induebat cõsilio matris vt esset expressior figura/hædinis pellibus, humanitatem Christi designantibus, aliena peccata portantẽ: vt ait Augustinus in illo Augustali libro.xvi. de ciuitate dei. Augustinus

AD SECVNDVM Admittit Iacob timuisse primum induere pelles: quoniam adhuc nouitius & diuinorũ mysteriorũ inscius: sed a matre edoctus fuit, quæ erat a domino certiorata/ꝙ benedictio debebat ipsi Iacob. Istud colligit, (ne quis dicat nos diuinari) ex serie textus Genesis.xxv. Nam vbi Rebecca conceperat/collidebant in vtero eius paruuli/quæ ait: Si sic mihi futurũ erat/ quid necesse fuit concipere: perrexitꝗ vt consuleret dominũ/qui respondens ait: Duę gentes sunt in vtero tuo, & populi duo ex ventre tuo diuident: populusꝗ populum superabit, & maior seruiet minori. Arbitrat Nicholaus de Lyra eam accessisse Melchisedech, qui fuit Sem filius Noe/habent spiritũ ꝓphetiæ qui adhuc erat inhumanis. Paulus Burgensis existimat Rebeccã non consiluisse aliquẽ ꝓphetam/sed eã consuluerit in loco secreto & deuoto: & deus respondit ei vel per angelos, aut occultam inspirationẽ: de quo nõ est mirandum, cũ agar Aegyptia & ancilla Sarę ꝓpheticas reuelationes ꝑ angelos habuerit. Vtcũꝗ sit/fatendum est Rebeccã edoctam consilio dei, filiũ etiã instruxisse/qui donũ sibi dispositiõe dei conferendum negligere noluit: sed omĩ conatu niti ad id habendũ ad quod a deo fuit electus & prædestinatus. Lyra Burgensis

AD TERTIVM Respondet Nicholaus de Lyra/ꝙ hebręi interpretent: venit frater tuus prudẽter: quia dictio hebraica ibi posita est ęquiuoca, cum significet & fraudem/& prudentiã/seu bonam cautelam. Burgensis clamitat in contrarium, dictionem hebraicã eo loco positam semper significare dolum: & tunc respondet ꝙ Isaac cõfirmat benedictionem Iacob: sed vt paululum liniret iram Esau contra seipsum/protulit amphibologice vnam ꝓpositionẽ ęquiuocam, capiendo tamen fraudulenter in bonam partem: sicut dolus etiã aliquis bonus dicitur: alioquin apostolus non scripsisset secunda epistola ad Corinthios.cxij. Cũ essem astutus dolo vos cepi. Et excusat Isaac a mẽdacio & deceptiõe sicut Iacob. Lyra Burgensis

COROLLARIVM. Sequitur ex dictis non conuenienter dicere Richardum illa dis.xxxviij.tertij. Quod Isaac primo ita dixerit, & etiam estimauerit se deceptum per Iacob, sed postea a spiritusancto aliter fuerit edoctus. Oppositum patet ex ordine litteræ: quia primo ratificauit benedictionem datã Iacob: & dein cõsternato Esau & irrugiente clamore magno/ac benedictionẽ petẽte, tunc primum dixit Isaac venisse Germanum Esau fraudulenter: ergo non tunc/ sed prius fuit edoctus a spiritusancto. Diuus Ambrosius in libro secundo de vita beata habet: Et venit frater tuus cum dolo &c. Richardus Ambrosius

REPLICA AD SOLVTIONES

LXXVI

Sed adhuc fortiter oppugnat fundamentum solutionis: quia si sic, licebit mihi dicere viro quærenti alium ad mortem, & roganti an Eckebertus quem quęrit sit in domo: licebit inquã mihi respondere, Non est hic: intelligendo tertiã personam ab edo: imo me vellem sic purgare a mendacio, quando dicerem ad cre

ditorem: Pecunia non est in possessione mea, intelligendo est pro comedit. Sed illa omia sunt absurda: Nam cũ A. Augustinus in libro de mendacio dixisset in quirendo: Non nullus gradus est ad diligẽdam veram ac sempiternã salutem, cum quisque misericorditer etiã pro alicuius, cuius mortalis, salute mentit: tamẽ sexto & duodecimo capitulis apte docet ꝑ nullius vita corporali mentiẽdum. Vulgaris autem modus loquendi habet illum decipere/ qui sic amphibologice loquit: & videt aliũ capere in vno sensu, & ipse accipit in alio sensu. RESPONDETVR faciliter ex dictis: tamen Ioannes mihi omionymus soluendo interimit sequelam: quia in vno concurrit deus spetialiter, non autem in alio. Deo instigãte sufficit ꝓferre verũ de virtute sermonis scd'm materiam subiectam, esto ꝙ audiens intelligat in alio sensu. Habes exemplum in ꝓpositione tertia/ quando dixit Christus: Soluite templum hoc &c. Ioan. ij. nec oportet illi sensum aperire. Secus est de vulgaribus loquutionibus vbi loquẽdum est vt plures, nisi sit aliquid scitum priuilegiatum: vt de illo qui scit aliquid in confessione: & tamen dicendo se illud nescire/ non mentit. Sed contra, ergo deus dispensat cũ deceptione & mendacio. Respõdet Ioannes Maioris deum nunꝙ dispensasse deceptionem fieri a creatura: sed deo disponente aliqd potest esse non deceptio/ quod alioquin reputatũ fuisset pro deceptione. Tu dic scd'm notata in supioribus: ne nouam ex solutione tua incidas charybdim. Et tantum de illo ꝓlixo argumẽto.

LXXVII SECVNDO OBIICITVR Principaliter contra ꝓpositionẽ quartam, Q; deus de facto autoritatiue iusserit deceptionem, & probatur: quia deus decepit Aegyptios per iudęos: nam iubente domino/ petierũt ab Aegyptijs vasa argentea quasi redituri, cum tñ non essent redituri: in quo falsum dicebant/ & Aegyptios decipiebant. Confirmatur per diuum Augustinũ octuaginta trium quęstionũ. q. liij. dicentem: Quapropter cũ Aegyptij deceptione digni essent: & populus Israel pro illa ętate generis humani, in tali adhuc morũ gradu cõstitutus, vt non indigne hostem deciperet. Factum est vt iuberet dominus, vel potius ꝑ illorũ cupiditate permitteret/ vt vasa aurea & argentea quibus adhuc terreni regni appetitores inhiabãt vt peterent ab Aegyptijs nõ redituri, & acciperẽt tanꝙ redituri.

RESPONSIO QVO AD FACTVM

Q; iudęi qui hoc fecerunt non habentes inordinatã intentionem/ non peccauerunt, nec fecerunt furtum (sicut testatur Augustinus super psalmo) sed deo iubente ministeriũ prębuerunt. Infirmi autem qui ex cupiditate Aegyptios deceperunt/ magis permissi sunt hoc facere illis qui iure talia passi sunt/ ꝙ iussi. Hęc est mens magistri dis. xxxvij. tertij. Sed quęris quomodo hoc poterant facere sine peccato? Respondet Herueus Brito excellens doctor/ ꝙ illa spoliatio non fuit nocumenti illatio/ sed fuit acceptio sui: quia illa quę ipsi acceperunt erant sua: vel ratione laboris quem in ędificando passi erant: vel ratione donationis factę a vero domino, scilicet a deo qui est principaliter dominus omnium, & cũ mandato illa bona acceperunt. Et ita etiam dicit Bonauentura distinctione. xlvij. primi. ꝙ deus transtulerit dominum illarum rerum amotarum in iudęos.

ADDE ALEXANDRVM De Ales doctorem irrefragabilem parte. ij. q.

xxviij.membro.i.art.v.notabiliter hoc determinantem/& dicentē:In facto Israelitarum pluribus rationibus potest intelligi fuisse ęquitas.Primo:quia intelligitur fuisse donatio gratuita ab Aegyptijs facta.Astipulaţ textus Exodi. iij. &.xi. vbi ait deus:Daboq; gratiam populo huic coram Aegyptijs.Secundo certa scientia excludit dolum.Aegyptij autem sciebant iudęos abituros, & tamen voluerunt eis dare iocalia.Istæ duę rationes possent fortasse calūniari. Prima:quia dederint accomodato/non dono.Secunda:quia licet acciperent abituri,tamen sperabant post sacrificium triduanū in deserto redituros.Tertio fuit ęquitas ex eo quia ius & potestas est domini ad dispensandum de rebus sicut vult, cum domini sit terra & plenitudo eiuspotuit: ergo deus dominium trāsferre in quem voluit.Quarto lex talionis hoc suadebat:quia Aegyptij tenebanţ eis mercedem laboris.Non fuit ergo iniquitas/sed recōpensatio laborum in quibus iudęi seruierunt ipsis.Patet ergo de facto quomodo non habentes inordinatā intentionem a peccato furti excusanţ dispensatione dei,quæ fuit rationabilis propter labores præteritos.Habentes vero malam intentionem/non veniunt excusandi. Contra Alex

RESPONSIO QVO AD DICTVM LXXVIII Ariminensis

Dicit valens ille Gregorius Ariminensis magnus diui A.Augustini cultor dis. xliiij.q.ij.primi.ꝙ si textus attendaţ diligenter/non habetur deum directe decepisse Aegyptios mediantibus Israelitis,nec decipere voluerit,nec ꝙ aliquid iusserit ad quod per se & directe deceptio sequi debeat,Sic enim scribitur in Exodo dixisse dominum Moysi:Dices omni populo/vt postulet vir ab amico suo & mulier a vicina sua vasa argentea/& aurea, & vestem: dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs:Exodi.xi. Constat autem ꝙ deus istud potuit præcipere,& populus exequi sine omni simulatione mutui,& cuiuscūq; fictione mendacij.Et deus potuit absolute illis petētibus facere/vt Aegyptij postulata præberent.Si autē populus simulauit aut expressit se mutuo petere quasi redditurū:& Aegyptij decepti se recepturos præstita putauerunt:hoc deus permisit/non iussit.Vnde indubitatum hoc mihi apparet ꝙ deus potuit præcipere vt peterent vasa ab Aegyptijs.Si ergo Hebræi petierunt sub noīe mutui vel accōmodationis,non est dicendū ꝙ deus fefellit:sed populus sic ꝓcedēs peccauit

AD AVGVSTINVM RESPONDETVR,ꝙ quo ad deceptionem fuit mens Augustini ꝙ illud magis fuerat permissio/nō iussio. Illud est quinquagesimum dictum Francisci Mayronis super Augustino in loco prædicto. Probatur:quia dicit diuus Augustinus,vel potius pro eorum cupiditate permitteret:nemo autē negat deum permittere deceptiones:sic enim permittis mala omnia.Si autem solum permissiue decepit Aegyptios per Hebræos,iam non autoritatiue decepit.Et etiam vbi apud eum vel alium inueniretū verbum iubendi in hac materia/debet intelligi permissiue:quia videlicet permiserit eis propter infirmitatem eorū.Hoc latius explicare placuit & plenis velis enauigare, eo quod Adam cum suis corriualibus multum imitantur huic loco diui Augustini.Probaţ ergo quod diximus ex præcedentibus,ex sequentibus & similibus.Ex præcedentibus:qa dixit Augustinus:Quapropter deus neminē decipit per seipsum LXXIX Augustinus Mayronis

est enim pater veritatis & veritas,& spiritus veritatis,dignus tamē digna distri buens:quoniā hoc quoq; ad iusticiā pertinet & veritatem:vtitur animis pro me ritis & dignitatibus,quæ sunt in gradibus earum:vt si quisquam dignus est de cipi:non solum per seipsum non decipiat/sed neq; per talem qui iam congruen ter diligit,& custodire persistit/sit in ore vestro est,est:non,non. Neq; per an gelum cui nō conuenit persona fallaciæ:sed aut per talem hominē qui se nondū huiusmodi cupiditatibus exuit:aut per talem angelū qui pro suæ voluntatis per uersitate vel ad vindictā peccatorū,vel ad exercitationē purgationēq; eorū qui secūdum deum renascuntur in infimis naturæ gradibus, ordinatus est.Ex hijs ver bis Augustini clare patet q̄ per nullum bonum decipiat:neq; per hominē,neq; per angelum:sed tantum per malos:quod solum fit permissiue.

Augustinus SECVNDO Patet ex subsequētibus/vbi ait Augustinus: Non itaq; deus de ceptor est/quod credere nephariū & impium esse quis non intelligat? sed meri torum ac personarū iustissimus distributor,faciens quędā per seipsum, alia per seruientem sibi creaturam integerrimis legibus pro meritis ordinatam:quędam eorum iubens,quædam permittens vsq; ad passerū administrationē.& in fine: Non ergo mirum si hostem decipi dignū/decipere iussi sunt, qui adhuc erant digni hostem decipere.Non enim erant iam idonei quibus diceretur, diligite ini micos vestros:sed tales erant quibus tantummodo dici poterat: Diligas proxi mum tuum/& oderis inimicū tuum.Adhuc enim ille proximus q̄ late intelli gendus esset/non erat temporis tradere.hęc Augustinus vbi supra. Tertio ex si milibus,habetur enim permissio de vsura Deutronō.xxiij.Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniā,nec fruges/nec quamlibet aliam rem/sed alieno. Super quo tū verbo est magna contentio apud doctores/sed nolo in præsentia discu tere.Idem dicunt aliqui de repudio Deutronomī.xxiiij.

LXXX Micheas Achab TERTIO OBIICITVR Principaliter de Achab,cui cōsulenti, Micheas pri mo dixit vel per ironiam aut optatiue/non assertiue: Ascende & vade prospere &c̄.Sed adiuratus dixit/non prospere successurū sibi in prælio. & postea decla rauit modum deceptionis:quia dominus dixit:Quis decipiet Achab regem Is rael/vt ascendat & cadat in ramoth Galaad.Egressus est autem spiritus, & stetit coram domino/& ait:Ego decipiam illum:cui loquutus est dominus, in quo? & ille ait:egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius: & dixit dominus:Decipies & præualebis,egredere & fac ita.Ergo habetur/ q̄ dominus præcepit deceptionē & mendacium.Illud argumentū ponderat Car

Aliacensis dinalis Cameracensis.q.xij.arti.iij.dub.iij Et dicit q̄ licet aliqui intelligant hæc dicta permissiue seu prænunciatiue,tū textus hoc non prætendat,Sed q̄ deus il lam deceptionē imperauit ad punitionem malorū,nec hoc videatur improbabile RESPONDETVR HVIC Prætensæ obiectioni secūdum dominum Grego

Ariminensis rium/q̄ istam deceptionem non imperauit/ sed permisit deus. Et ita illa verba egredere & fac,non fuerunt ad intentionem dei imperatiua/sed prænuntiatiua dumtaxat:sicut illud Ioannis secundo:Soluite templum hoc &c̄.Et aliud eiusdē cum ait Iudę:Quod facis/fac citius &c̄.vtrobique enim secūdum glossas & sanctos

loquutus est CHRISTVS non imperatiue/sed prænunciatiue, vt Theophilus & Chrysostomus testantur. Est ergo sensus, egredere & facid est egredieris & facies: sicut dixit, decipies & præualebis. Facit ad rem diuus A. Augustinus in libro octuaginta trium quæstionū.q.liij. legimus deceptum regem falso vaticinio pseudo prophetarum. Et ita legimus vt neq; sine diuino iuditio factum inueniamus, quoniam dignus erat sic decipi: neq; per eum angelum quem deceptionis offitium suscipere non deceret, sed per angelum erroris qui sibi vltro tales partes imponi cum leticia postulauit. Cum ergo malus fuerit spiritus, deus nō iussit/sed permisit deceptionem. Vnde vehementer miratur Ariminensis de Hibernico & Syrensi/q; pro se adducunt Augustinum in præmemorato loco quum eis non modo non suffragetur/sed plane refragetur, vti pulchre & prolixe deducit: sed nolumus agere acta. Magnus etiam ille Gregorius libro secundo Moralium testatur illum angelum fuisse malum.

Theophilus Chrysostomus Augustinus

Hibernicus Syrensis

Gregorius

QVARTO OBIICITVR PRINCIPALITER

LXXXI. Iudith Holofernes Nabuchodonosor

De Iudith quæ ornauit se ad decipiēdum Holofernem principem Assyriorum & per multa falsa ei retulit quod fugisset ab Hebræis, quoniam futurum agnouisset q; darentur Assyris in deprædationem. Item in hoc quod dixit Nabuchodonosor dominari omnibus. Item sibi a deo prædictum de triumpho Holofernis aduersus iudæos: & q; ductura esset eum p medium Hierusalem, & alia multa falsa quæ describuntur Iudith capite nono, decimo & vndecimo. Et tamen deus videt cuncta approbasse. RESPONSIO

Quod istud cōtrarium est difficile. Nam difficultas est ex parte facti, & ex parte dicti. Ex parte facti: quia ornauit se vt illiceret Holofernem, & ipse concupiscentia exarderet in eam. Nam omnibus ornamentis suis ornauit se. Super quo multiuariam respondet. PRIMA VIA

Dicit enim doctor subtilis distinctione tricesima octaua tertij. quia ipsa se ornauit ea intentione vt Holofernes caperetur aspectu suo: iuxta illud Vergilij

Scotus

Carpit enim vires paulatim vrique videndo
Fœmina. Et illud item Propertij
Qui videt, is peccat: qui non te viderit, ergo
Non cupiet: fati crimina lumen habet.

Vergilius Propertius

Vnde ipsa voluit Holofernem velle peccare secum mortaliter. Sed velle alium peccare mortaliter/est peccatum mortale. Vnde non videtur omnino certū q; Iudith excusata sit ab omni peccato mortali. Assumptum vero quod hoc voluerit, quia etiam ad dominum pro illo orauit, cum inquit: Capiatur laqueo oculorum suorum in me: & percuties eum ex labijs charitatis meæ. Si vero obijcitē contra Scotū q; illud factum recitetē ab ecclesia tanq; laudabile. Et beatus Hieronymus in ꝓlogo ad Paulum & Eustochiū inquit: Accipite viduā Iudith &c. Hāc. em̄ non solū fœminis/sed & viris imitabilē dedit: q castitatis eius remunerator virtutē ei talē tribuit/vt inuictū oib⁹ hoib⁹ vinceret, & insuperabilem superaret. Illud obiectum non impendio dissoluit doctor subtilis, ex cuius & diui Tho-

Hieronymus

mæ sententia talis conflatur responsio, Duo esse in Iudith conspitienda. Vnum affectio magna ad liberandum populum de manu Holofernis & cultū diuinū conseruandum: & istud fuit licitū/sanctum/& religionis plenum: pro quo etiā se morti exposuit, Holoferni caput abscidit: quod fuit fortiter & viriliter factū, ac imitatione dignum. Aliud est quod ex hac affectione secutum est, in quo peccauit multa illicita, quæ nec licet/nec laudantur, scilicet ardorem libidinis excitari in Holoferne: & ꝙ se ornauit ad hoc & plura mendacia dixit cum Holoferni,

Thomas tum militibus suis, quæ omnia erant illicita. Vnde dicit Sanctus Thomas in secunda secundę. q. cx. art. iiij. Quidam commendant in sacra scriptura nō propter perfectam virtutem/sed ꝓpter quandam virtutis indolem, scilicet quia apparebat in eis aliquis laudabilis affectus ex quo mouebant ad quædam indebita facienda. Et hoc modo Iudith laudat: non quia mentita est Holoferni/sed ꝓpter affectum quem habuit ad salutē populi: pro qua se periculis exposuit. Subscri-

Vorrilon bit huic Vuilhelmus Vorrilon Minoritanæ familiæ celebris doctor.

Lyra IMPROBATVR Hæc positio per Nicholaum Lyranū super Iudith capite nono. quia capite decimo dicitur: Cui etiam dominus dedit splendorē: quoniā omnis ista compositio non ex libidine/sed ex virtute pendebat. Non ergo videtur in eo peccasse Iudith in quo deus ei spetialiter & misericorditer cooperabatur amplians eius pulchritudinem & decorem

LXXXII SECVNDVS MODVS Loquendi de facto Iudith, est eam non peccasse nec verbo/nec facto: quia aliud præuiderit/aliud intenderit. Intēdebat enim se sic gratam fieri Holoferni/vt cum eo posset esse familiariter ad eius interitū perpetrandum: quod erat licitū & bonum, cum esset aduersarius dei/& populi sui prēuidebat autem cum hoc amorem illicitum Holofernis erga se: propter illud autē annexū nō debuit omittere bonū, sicut nec deus omittit peccatoris punitionem quando vidit eum ex pœna deteriorari, sicut patet de Pharaone.

Lyra IMPROBATVR Ista via per Lyram vbi supra: quoniam eadem est intētio finis/& eorum quæ sunt ad finem, quando apprehenduntur vt ordinata ad finem: sicut mobile mouet eodem motu in medium & terminū. Iudith autem intendebat mortem Holofernis tanꝗ finem ad quē tendebat pertingere per priuatam familiaritatē cum ipso: & hanc familiaritatē intendebat adipisci per ardorem malę concupiscentiæ Holofernis in ipsam. Et ideo concupiscentia Holofernis fuit peccatū mortale. Et cum sit malum ex genere/oportet consequenter concedere ꝙ petitio Iudith ꝗtū ad hoc & ornatus eius fuerit peccatū mortale, licet minus graue ꝗ peccatū Holofernis ꝓpter affectionē adiunctam, scilicet populi

Lyra TERTIA VIA Est Nicholai de Lyra vbi supra, qui explosis (liberationē illis duobus modis residet in hac sententia/ꝙ non fuerit intentio Iudith Holofernem allicere ad aliquod peccatum: sed intēdebat sic gratiosa apparere coram ipso/ꝙ vellet ipsam vxorē habere: quod erat licitū Holoferni, ꝗuis Iudith nullo modo vellet ei in coniugio copulari: sed per hoc intendebat cū ipso talem familiaritatē habere/ꝙ posset ipsum interficere: Nec tñ interfectio insidiosa erat peccatū: nā in bello iusto licitū est vti insidijs, sicut patet de Iosue. & stati dicem⁹

CONCLVSIO ECKII QVO AD FACTVM Eckius

Quæcunq; harum solutionum detur/satisfit argumento ratione facti: nam sub tiliter consideranti/& aperienti cerebrellum/statim apparebit Nicholaū verbis dumtaxat declinare paulisper a secunda sententia: in principali tñ sententia concordare, & nō longe euariare/nisi ꝙ est explicatior & plus fuci habet. Tu tamē amplectere duorum Theologiæ antistitū diui Thomæ & Ioannis Scoti sententiam, tantorum inquam herou dicta sequere. Et iaculum Nicholai facilime deprecaberis: nam eam in opus carnale nunꝙ consensisse quis dubitat. Ex virtute etiam pietatis seu pię affectionis constat processisse illum ornatum: Sed per hoc non euincitur quin medium peccati mortalis intenderit in alio/vt votorum suorum cōpos fieret. Nec de hoc mirādum est: qm̄ muliebre ingeniū adhuc plura nouit: nihilq; hijs in malo audaci⁹, sed valeāt. Hæc de facto Iudith: nūc de ỽbis Mollier

DE VERBIS IVDITH TRIPLEX SENTENTIA LXXXIII

Ex præhabitis nonnihil potest iudicari de verbis Iudith. Vt autē e fundo eruamus negotium/producamus doctorum diuersa sentimēta, vt oppositis coram positis veritas melius elucescat. Reperti enim sunt aliqui qui Iudith a mendacio immunem facerent: quoniam verba eius intelligenda erant scd'm statum in quo tunc iudęi erant, tradituri scilicet Hierusalem in manum Holofernis: subintelligenda tamen erat vna cōditio generalis/nisi de spetiali gratia deus intra quinq; dies eis suffragaretur. Huius sententiæ meminit Postillator.

ALTERA Huic non multum diuersa sententia est quā doctor subtilis renarrat/ꝙ ipsa in nullo mentiebatur: quia verba excessiua quæ dixit, non dixit Holoferni/sed deo. Non autem tenebaē necessario loqui extrario scd'm intentionē recipientis, maxime inimico: sed poterat loqui scd'm propriam intentionem. Secus vbi quis loquitur pręlato suo, cui teneē bona fide loqui & respondere: vbi oportet aduertere intentionē quærentis: ita ꝙ si respondendo dicat aliquā verba, quæ sint falsa directa ad audientem: vera autem si dirigantur ad deum; tunc talis non loquitur veraciter: quia in tali casu non licet alloqui deum. Lyra Scotus

TERTIO. non desunt qui verba Iudith vt a mendacio vendicent/volunt mystice ac prophetice intelligere, quodq; verbis Iudith destructio Hierusalem per Titū & Vespasianū Romanos imperatores futura significata fuerit ac prędicta Titus Vespasianus

IMPROBATIO TRIVM SENTENTIARVM

Aduersanē hijs tribus sententijs doctor subtilis & Nicholaus de Lyra. Prima enim ita oppugnaē: quia Iudith non patiatur se hoc pacto defendi: quoniā vt legitur Iudith. xi. affirmet diuinum auxiliū ab Hebræis sublatum: & ꝙ iussu dei missa venerit ad hoc annunciandum: quare non potest subintelligi ista conditionalis, si scilicet deus opituleē. Secunda via displicet Ioanni Duns Scoto. Nam hoc posito, inquit, nihil videtur certū in humana loquela: nec aliquis haberet certitudinē de loquela ꝓximi/nisi esset subditus suus: saltem nullus mentireē quicquid diceret in secunda persona, si illud dictum posset verificari dirigendo in deū/& non in extrariū: & non videē quō simplus mentiens loquēdo vni ꝙ alteri. In summa sic dicere, est dare viā & occasionē infinitis fraudibus & mēdacijs, Scotus Lyra

Tertia opinio etiam reijcitur: quia non videtur Iudith de tam remoto tempore sed de imminenti casu hebræorum loqui nõ prophetice/ sed historice: maxime cum præter sensum mysticum sit necessarium dare aliquem sensum litteralem. Concordant ergo hij ambo Iudith esse mentitam, sed nondum paribus votis.

Lyra NICHOLAO in hanc sententiã descendente/ ꝙ dumtaxat peccauerit venialiter: quoniam illa mendacia fuerint conficta ad liberationẽ populi deum colentis, & ad deiectionẽ superbi intendentis destruere cultum diuinum. Tale vero mendacium ex sua ratione est officiosum, quod ex genere solum est peccatũ veniale, vt patet per magistrum & doctores distinctione xxxviij. tertij.

Scotus IOANNE SCOTO pro meritis subtili cognominato, adhuc subtilius distinguente, Iudith offitiose quidem mentitam genti suæ cuius liberationẽ intendebat, sed pernitiose illi cui mortem per hoc volebat: ꝗuis ista officiositas præferatᷣ pernitiositati: quia bonũ reip. maxime deũ colentis pferri bono temporali priuatæ personæ maxime infidelis. Sic patet & ad factum/ & ad verbũ Iudith

LXXXIIII QVINTO OBIICITVR Principaliter contra quartam propositionem/ ꝙ deus de potẽtia ordinata possit decipere, & hoc hominibus præcipere. (responsio.

Iosue Probatur de Iosue qui fefellit illos de vrbe Hay per insidias: & hoc fecit deo instigante & docente: ergo deo autore aliqs potest aliũ fallere. Historia est clara Iosue viij. Dauid item corã rege Achis simulabat se furere, i. Reg. xxi. & Iehu. iiij. Reg. x. simulabat se colere Baal, cuius tñ cultores voluit destruere: & ita de similibus.

(Dauid, Iehu)

RESPONSIO

Maioris Ioannes Maioris Glegornensis nostra tempestate præclarus Parhisianę Achademię Theologus, quem & propter omnigenã eruditionẽ veneror: & ꝙ mihi omionymus sit libenter euoco. hic dist. xliiij. primi post Lyrã & alios doctores gnauiter hoc argumentũ destruit: in sententia & effectu ostendens Iosue bene fefellisse viros de vrbe Hay consecutiue seu indirecte/ sed non directe. Nam insidię nõ sint directe mendacia & deceptiones/ sed solum indirecte. Vnde ꝗuis in bello iniusto non liceat vti insidijs/ imo oĩno non licet bellare: tñ in bello iusto possunt fieri aliquando. vnde distinguunt de insidijs: Vno modo possunt fieri quia eis dicitᷣ falsum, aut non seruatur ꝓmissum: & hoc est illicitum: & isto modo deus non præcipit insidias fieri: quia hoc est directe fallere & mentiri.

Ambrosius Nã ꝗdam sunt iura belli de iure naturę seruãda teste beato Ambrosio in libro de offitijs, vt sunt treugę, induciæ, pacta & similia. Notabiliter tamen hoc Brocardum Vldricus Zasius iurecõsultus noster olim in Legali studio præceptor in tractatu de iudæorum paruulis baptisandis quæstione tertia mirifice absoluit quando hosti sit seruanda fides. Non est instituti nostri hæc prosequi

(Zasius)

ALIO MODO Contingit fieri insidias per hoc quod occultat verbis vel factis hosti aliquod verũ/ quod non tenetᷣ dicere hosti: & sic vti insidijs est licitũ: & maxime valet in rebus bellicis. Prodest enim sępe vafrũ exercere Stratagema.

Vegetius Augustinus Citatᷣ ad hoc Vegetius de re militari. Diuus etiã Augustinus super illo loco Iosue. viij. inquit: Si quis iustũ bellum susceperit/ vtrũ aperta pugna, an ex insidijs vincat nõ refert. Et Vergili⁹ secũdo Aeneiados inducit Aeneã ad sotios dicentẽ

Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis
Aptemus: dolus an virtus quis in hoste requirat. Vergilius

Et ita iure permittitur dolus bonus, & insidiæ in bello/sed non falsitas: vt hoc canunt nobis etiã decreta canonica.xxij.q.ij.c.vtilem.Item.xxiij.q.ij.c. dominus noster. Magnanimi tamen viri malunt aperte experiri fortunã/ vt ille orbis calcator Alexander magnus Macedo suggerente Parmenone vt insidijs vteretur, inquit: Si Parmeno essem/insidijs vterer: sed cũ Alexander sim/aperto marte vincere decreui. Alexander

EXCVSATIO IOSVE LXXXV

Iosue itaq; nõ peccasse multiuariã declarari potest. Primo: quia ponere aliquos viros post montem est licitum. Currere contra vrbem parua manu militum est licitũ iure belli. Rursus fugere ab vrbe dum incolæ maioribus copijs insequuntur/est licitũ. Deducere eos fugiendo ad viros absconditos quo facilius capiatur vrbs absq; cęde vtriusque exercitus est licitũ. Modo copulatiua conflata ex omnibus partibus licitis sibi non repugnantibus est licita: & hoc totum, & non aliud fecit Iosue ad vrbem Hay, vt patet serie litteræ.

SECVNDO Idem declaratur sic: quia recedere ab vrbe duos sensus potest facere in hoste. Vnus sensus est, timore aufugiũt. Alius sensus est ars recedunt ab vrbe: quod erat licitum. Si illi in vrbe accipiunt primũ sensum ex facto fugæ seipsos incaute fallunt & decipiunt. Exempli gratia in simili: Quis diceret Alexandrum tertium Romanũ pontificem timore Fœderici primi Oenobardi Sueui gloriosissimi Imperatoris Italiæ mallei, in habitu Mageri Venetias fugientem, male agere? Non enim tenebat dicere imperatori quisnam esset. Sic nec Ioannes ex nobilissimis ducibus Austriæ (vnde & Maxęmiliano diuo Cęsari nostro origo est) qui duodecennis patruũ suum Albertum Austrium Romanorũ regẽ in campo regio occidit: diu exulem post plurimos annos habitu & vita heremitico reuersum narrat Fœlix Hemmerlin: & nõ longe ab eodem loco vitam peregisse incognitũ, vsq; dum iam naturæ debitum esset soluturus: taciturnitate illa profecto non peccauit. Non enim tenebatur dicere se esse illũ principem &c. Concludendo in materia/dicamus: Sufficit in insidijs vti signo plures intelligẽdo in vno sensu licito. Dato q; insidiator existimet hostẽ capere in alio sensu sine præcepto dei: quanto magis cũ præcepto dei. Signa & nutus non ita syncęre repsentãt mentis conceptũ/sicut verba. In verbis statim liquet veritas & falsitas.

Alexander Papa Fœdericus Imperator I. Austrius Maximil. Imp. Albertus rex Hemmerlin

DE SIMVLATIONE DAVID LXXXVI

Per eadem respondet ad cõfirmationẽ de Dauid. Vnde doctor irrefragabilis Alexander de Ales parte.iij.q.xxxvij.memb.vi.ponit quadruplicem simulationem: scilicet cautelę, doctrinæ, significationis & duplicitatis. Exemplum primũ in Iosue qui simulabat fugam, de quo iam diximus: & talis simulatio cautelę fuit etiam illa Dauid coram rege Achis. Simulatio doctrinæ, vt illa Christi Lucæ vltimo: Finxit se dominus lõgius ire/vt instrueret & moneret discipulos ad opera misericordiæ & hospitalitatis. Simulatio significationis, qualis fuit simulatio Iacob Gen.xxvij.qñ simulauit se esse Esau, significãs minorẽ populũ iudaicũ pferẽdũ populo maiori gẽtili. Simulatio duplicitatis, vt hypocrisis vel simile Ales

Cum autem ex prędictis de Iosue manifestum sit simulationem cautelę non esse peccatum/nisi esset coniuncta duplicitati: ideo nec Dauid peccauit/ nec mentitus est. Vnde sic apud ethnicos commēdat Iunius Brutus primus Romanorū consul: vt Plinius Iunior aut quis alius libri autor, de viris illustribus meminit: qui cum eandem fortunā timeret quā frater fuerat expertus, qui ob diuitias & prudentiam a Tarquinio Superbo Auunculo fuerat occisus, stulticiam finxit a qua & nomen Bruti accepit: Iuuenibus regijs Delphos euntibus, ridiculi gratia, adscitus comes: vt verū dixisse videat Horatius: Misce stulticiā consilijs breuem. Dulce est desipere in loco

L. Brutus · Plinius iunior · Tarquinius · Horatius

Scotus

DOCTOR SVBTILIS IN Tertio scribit fusius de hac re: & ponit quintuplicem simulationē. Prima est qua quis simulat se habere aliqua bona, quę nō habet/ vt per genuflexiones & orationes multas pręter solitū & statum ostendere deuotionē vbi non est, & vocatur hypocrisis. Secunda simulatio est qua aliqs simulat mala nō inesse sibi, ostendendo signa opposita illis malis, quę tamen insunt: vt si lubricus audiens loqui de rebus venereis/ expuat, volens per hoc videri purus & castus. Tertia est qua aliquis simulat mala non inesse sibi, non ostendendo signa quę cōmuniter consueuerunt sequi ista mala. Quarta est simulatio in indifferentibus, vbi aliquis exhibet aliqua facta, quæ ex natura rei sunt signa alicuius: vt sudare est signū corporalis resolutionis aut fatigij. Quinta est simulatio iudifferentiū, vbi facta non sunt signa alicuius ex natura rei/ sed scit ea concipi a circumstantibus tanq̄ signa: sicut spumare saliua decurrente per barbam, quæ spumatio non est signū insanę mentis ex natura sua: tamen astantes cōmuniter iudicant illum furiosum in illa terra sic facientem

Esaias

NVNC Dicit ꝙ prima & secunda simulationes sint peccatum, & cōmuniter mortale, quia hypocrisis. Tertia vero simulatio nisi aliud concurrat/ non est vituperabilis: imo sicut potest esse laus in malo, tunc est laudabilis Nam peccatū suū publicare est vituperabile pręsertim in magnis viris, sicut Esaias exprobrat, peccatū suum sicut Sodoma prędicauerunt, nec tacuerunt: nam licet malum sit esse malū in corde vel in priuato. Addere tñ malū signū exterius est addere malū malo. Vnde potest accidere huiusmodi publicationē esse maius peccatū q̄ sit in se peccatum publicatum. Quarta simulatio posset forsitan interdum esse mala ex circūstantia, non tamen grauiter vt ioculatores faciunt. Quinta autem simulatio nisi aliud cōcomitet/ non est peccatū: & talis fuit simulatio Dauid. Q̄uis Vuilhelmus Altisiodorensis in summa dicat non esse mendacium in gestibus, in hoc tamen non recipit: quia scdm b. Ambrosiū, & allegat eum Alexander, non solū in verbis/ sed etiā in operibus simulatis mendaciū est. Tamen Ioannes Maioris trahit verba Altisiodorensis ad bonum sensum: ꝙ liceat sępe vti signo plures nō vocali, vbi non liceret vti signo vocali. Si quæstio fiat de verbis Dauid quando dixit ad Achimelech sacerdotem: Rex pręcepit mihi/ & dixit &c. i. Reg. xxi. non oportet eum excusare, erat mendacium officiosum.

Altisiodorēs. · Ambrosius · Alex · Maioris

LXXXVII

DE SIMVLATIONE IEHV

Scotus

Alia confirmatio rationis de Iehu elidit a Scoto: quia non opprteat eum excusa

re:nam præter simulationē, quæ alioquin forte posset excusari, adduxit mendacia/dicens: Sacrificiū magnum est mihi Baal: quod mendaciū licet ad intentionē suam esset offitiosum, quia destructiuū cultus Baal, tamē ex ratione sua erat pernitiosum non solum quia ꝓcuratiuū mortis illorū/ sed erat etiam ꝓcuratiuum ad cultū Baal. Sed ꝙ commendaꝫ/hoc est quia detestabaꝫ cultū Baal. vituperaꝫ tamen quia cultū Hieroboam secutus est: nec dereliquit vitulos aureos qui erāt in Bethel & Dan: & ita non fuit verus cultor Israel. Fiunt etiam argumenta de Abraham/ꝙ dixit Saram esse sororē suam: de Ioseph ꝙ illusit fratribus: de Raab abscondente exploratores. de obstetricibus Aegyptiorum. & Holcot. q. i. tertij adducit sedecim exempla. Sed hæc omnia ex dictis possunt dissolui, ꝑpterea sum cōtentus: quia ꝓlixior fui in oppugnanda illa ꝓpositione/ꝙ apud me primitus constituerā. Redeamus ergo ad ꝓcessum resolutiuū dubij: expediuimus enim quatuor ꝓpositiones. Holcot

PROPOSITIO QVINTA LXXXVIII

Deus de potentia absoluta non potest mentiri nec decipere immediate aut directe nec per se/nec per alium autoritatiue. Ista ꝓpositio respondet dubio: & est contra Robertū Holcot, Cameracensem, Adam, Syrensem, Hibernicū &c. Probatur autem ꝓpositio per Gregoriū: quia alˀs sequeretur ꝙ deus posset peccare aut vitiose agere aut praue, quod est blasphemū dicere. Sequela patet: quia omne mendaciū est peccatum scd'm Augustinū in Enchiridio. & in fine de mendacio ait: Quisquis esse aliquod genus mendacij putaret quod peccatū non sit/ seipsum deciperet. Et ꝑpterea dixit apostolus ad Hebræos sexto: Impossibile est deum mentiri. Et Numeri. xxiij. Non est deus quasi homo vt mentiaꝫ. Dein arguit Gregorius sic: Si deus posset dicere falsum in sensu supra dato, deus posset non esse deus. Consequens est falsum: & consequentia ostendiꝫ ex verbis Augustini quinto Confessionū: vbi Fausti mentionē faciens. v. &. vi. capitulis, potissimum redarguit eum dicentē spiritūsanctum consolatorē & ditatorē fideliū autoritate plenaria in se esse: ex eo inquā redarguit, quia plura falsa dixerit & scripserit/quod deo non cōpetat. Audite domini qui legitis Gregoriū: nam ipse assumit Augustinū ac si imposuerit Manicheo dixisse se esse spiritumsanctum. Diuus tamen Augustinus in eo loco hoc non fecit, sed attestaꝫ solum Manicheum voluisse persuadere quomodo spiritūsanctum plenarie possederit, & in se personaliter habeat: quare vti se habet Augustinus/eum induximus: quia nihil officit argumēto. Simile qd scribit, & q̄dem expressius contra epistolā fundamēti. Ariminensis Augustinus Paulus Moyses Augustinus Ariminensis

SECVNDO PROBATVR ꝓpositio sic: Si deus posset dicere falsum, quilibet fidelis potest licite credere seu existimare deū posse dicere falsum. Sequela probaꝫ: quia sicut fides catholica nulli veritati aduersaꝫ, sic nulli ꝓhibet aduersari. Probaꝫ etiam quo ad hominē: quia certū est ꝙ illi qui arbitranꝫ deum posse dicere falsum/dicerent se hoc licite posse opinari: & eadem ratione haberent cōcedere ꝙ quilibet alius fidelis hoc idem licite posset. Q̄ꝫ si hoc datur, sequiꝫ/ ꝙ quodlibet dictum diuinum non expertū, nec per se notū, vel ex notis sibi manifestum qlibet fidelis rationabiliter & licite posset habere suspectum: & de quolibet huiusmodi dubitare, & per consequens de quolibet articulo fidei & alijs

Augustinus — in sacra scriptura contentis. Sed hoc est impiũ & contra beatum Augustinũ dicentem. viij. libro de trinitate, ꝙ in hijs quæ pertinent ad fidem catholicã/ non licet dicere forte quod dubiũ importat: vnde ait: Salua fide licet dicere forte virgo MARIA talem faciẽ habuit/ forte non talem: forte autẽ de virgine natus est CHRISTVS, nemo salua fide Christiana dixerit. Ea ꝓpter in libro de fide ad Petrum per totũ semper tenet illud ꝓloquiũ dictorum suorũ, firmissime tene, Augustinus — & nullatenus dubita. Sequela autẽ secunda ita ꝓbat̃ per eundem Augustinum de mendacio: vbi disputans contra eos qui arbitrabant̃ aliq̃n mentiendum fore inquit/ ꝙ scd'm hoc omnis autoritas doctrinæ intercipit̃ & perit. Quomõ enim credendum est ei/ qui putat aliq̃n esse mentiendum: ne forte & tunc mentiat̃, cũ pręcipit vt credamus. Vnde enim sciri potest vnde & tunc habeat aliquã causam offitiosi mendacij: & postea cõcludit, stulte est credere eis quos credimus aliq̃n

CONFIRMATVR QVIA SI Deus potuit dicere falsum, (mentiri, potuit etiã per prophetas & apostolos & auctores ecclesiæ, & adhuc potest per præsidentes ecclesię ad quos spectat determinare ea quæ sunt fidei/ dicere falsum: & per consequens licitũ poterit esse cuilibet dubitare de omni determinatione ecclesiæ & dicto scripturę: imo certe verisimiliter consequutus est/ ꝙ quili-

Augustinus — bet sciens aliquid eiusmodi esse falsum, de reliquis dubitabit. Vnde A. Augustinus in epistola ad diuum Hieronymum: Si ad sacras scripturas admissa fuerint velut offitiosa mendacia, quid in eis remanebit autoritatis? quæ certa de scripturis illis sententia ꝓferet̃? cuius pondere contẽtiosę falsitatis obterat̃ improbitas? quasi diceret nulla. In fine dicit valens ille Gregorius: Et certe q̃n nulla alia ratio

Ariminensis — moueret, hęc sola deberet quẽlibet mouere ad tenendũ deũ nõ posse falsum dicere. Tertio ꝓbat̃ conclusio: quia si deus posset dicere falsum/ & falsum iurare & falsum permittere: & per consequẽs posset periurare, & seipsum negare, quę omnia sunt plena blasphemię/ & contra sacram scripturam, & sanctos patres.

LXXXIX Augustinus — CONFIRMATVR Per Augustinũ libro octuaginta triũ quęstionũ. q. liij. Sicut summa & ꝓprie diuina virtus est neminẽ decipere: sic vltimũ vicium est quemlibet decipere. Quapropter deus neminẽ per seipsum decipit: est enim pater veritatis & veritas & spiritus veritatis. & infra: Non itaq; deus deceptor est, quod credere nephariũ & impiũ esse quis nõ intelligat? Et Richardus de S. Vi-

Richardus — ctore ad deũ loquit̃ lib. i. de trinitate: Si decepti sumus/ a te decepti sumꝰ domine: quod reputat ꝓ impossibili. Nec etiã bono homini aut angelo cõuenit decipere. Quomõ ergo diuinã auderemus temerare bonitatẽ, quæ est summe bona & optima. Testis est Augustinus vbi supra/ dicens: Deus neminẽ per seipsum

Augustinus — decipit: nec ꝑ angelũ bonũ, nec ꝑ hoiem bonũ, cui nõ conuenit ꝑsona fallacię. Et

Gregorius — b. Gregorius. ij. Moraliũ Mihi paragrapho. xlij. dicit: Vnde mox fallax spiritus in mediũ ꝓsilijsse describit̃, per quẽ Achab rex suis demeritis exigentibus decipiat̃: neq; enim phas est credere bonũ spiritũ fallacię deseruire voluisse. Facit ad prædicta. c. a nobis. extra de senten. excõmu. diuiuũ iudiciũ nec fallit/ nec fallit̃.

EVASIO RATIONVM MVLTIPLEX

XC Placensis — Ad has rationes pars aduersa multiuariã respõdet, & autoritates exponit: quas

Cameracensis dicit faciliter posse glossari. Vnde primo distinguunt de mendacio Hibernicus in.q.de reuelatione, Adam in.q.v.tertij recitat Syrensem/ quem sequitur. Mendaciũ inquiunt, aliquãdo capit̃ pro falsa vocis significatione cum intentione fallendi:id est ꝙ falsum significet, cum intentione ꝙ alter habeat falsum assensum, vel erret circa sibi notificatũ:& istud potest fieri sine peccato. Et sic inquit Adam:Non video quin deus possit hoc facere,& possit præcipere alicui quod faciat, qui tunc hoc licite facere posset, nec in hoc contraueniret conscientiæ suę. Et in hoc inquit Robertus Holcot, nulli debet esse dubiũ. Ad hoc eñ nulla sequit̃ contradictio inquit Cameracẽsis:nec aliquod euidens impossibile, nec aliquam imperfectionẽ includit, imo videret̃ imperfectus deus/ si hoc non posset/sicut creatura hoc potest sine peccato:quia aliquis potest demereri vt decipiatur. Et mirabile videt̃ inquit/ꝙ deus non posset talem punire, & decipere per seipsum immediate:maxime cũ error qui esset in illa deceptione possit esse sine peccato, vt ostendit diuus Augustinus in Enchiridio ad Laurentiũ.c.xvi.ꝙ in patientia sint nobis multa nesciẽda:&.c.xvij.ad longũ argumentat̃ aliquem esse errorem bonũ/dummõ non sit in via morũ:citat versum ex carmine pastorali Vergilij. Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Hibernicus Adam

Holcot mirabilis

Aliacensis

Augustinus

Vergilius

Accipitur etiam decipere pro eo quod est fallere aliquẽ contra instinctũ legis diuinæ, aut legis naturæ, vel contra conscientiã:quo modo acceptũ nec deo conuenit, nec bono angelo/aut hoĩ:vnde tũc supplẽda est diui Augustini de mendacio diffinitio:Mendaciũ est falsa vocis significatio cũ intẽtione, scilicet inordĩata fallendi.& sic mentiri non conuenit deo. Et scd'm hoc procedunt autoritates & rationes in contrarium adductę, quia impossibile sit deum mentiri:si deus falleret/iam non esset dignus qui esset omnipotens &c̃.quæ vera sunt vt mendaciũ aut fallere includunt deordinationem vel iniusticiam.

NOTVLA ADAE. Addit magister Adam. Item quia deceptio communiter sonat in malum, non debet concedi ꝙ.deus possit aliquem decipere, nisi cum bono moderamine præexpresso in prioribus solutionibus.

Adam

IMPROBATVR EVASIO

XCI

Hanc prętensam solutionẽ retundit valens ille Gregorius/ostendens illa glossemata non habere intentionẽ textuum & autorũ:est enim violentum genus exponendi, oĩno extrariũ ap̃lo & Augustino:& primũ in sole ponit̃ de Augustino: quia ipse in libro de mendacio ad Crescentiũ (vnde desumpta est illadefinitio, quæ a parte aduersa ita tortuose exponitur) principaliter inquirit vtrum liceat aliqñ mentiri. Ad cuius quęstionis discussionẽ dicit primo videndum quis proprie dicat̃ mentiri, seu q̃d sit mendaciũ: & tunc ex cõmuni concessione sumit diffinitionẽ illam præmissam exprimentẽ quid nois mendacij, & dein ꝓcedit ad principale quęsitũ. Constat autẽ/ꝙ si in diffinitione quid nomis mendacij, quę communiter præsupponit̃ disputationibus/poneret̃ vel subintelligeret̃ de ordinata fallendi potentia, superflua & inutilis esset omnis vlterior inquisitio qua inuestigaret̃ vtrum licitũ esset aliqñ mentiri. Nam in cõtrouersum est inordinatam intentionẽ nunꝙ̃ esse licitã. Ex ipsa ergo diffinitione quę disputationi præ

Ariminensis

Augustinus

supponit/pateret statim nunq̃ licere mentiri: nec aliqua q̃stio de hoc esset reliq̃

Augustinus COROBORATVR. Quia diuus Augustinus in prememorato loco dicit esse dubiũ an omne mendaciũ sit cũ intentione fallendi: ꝓpterea ꝙ videri posset omnem falsam significationẽ cum voluntate falsum enunciandi (esto ꝙ non sit cũ intentione fallendi) esse mendaciũ: q̃uis nulli dubiũ sit/ omnẽ falsam significationem cũ intentione fallendi esse mendaciũ. Si ergo dubiũ fuit an requiratur intentio fallendi: quomodo tunc necessaria fuisset deordinatio, cũ illa per se quidem deordinata sit & peccatũ: & secludẽs posterius a priori omnẽ falsam significationem cũ intentione fallendi/ mendaciũ dicit: & omne tale mendaciũ dein astruit esse peccatum: non ergo conuenit ista interpretatio diuo Augustino.

Paulus SECVNDO ostendit̃ gipposa illa partis aduersę expositio esse contra mentẽ apostoli. Nam diuus Paulus electionis vas volens ostendere fidelibus ꝙ debeant habere certam spem salutis futuræ, dicit hoc deũ Abrahę interposito iureiurando ꝓmisisse/ vt per duas res immobiles, scilicet ꝓmissionẽ & iuramentũ: in quibus impossibile est mentiri deũ, fortissimum solatiũ habeamus, qui confugimus ad tenendam ꝓpositã spem/ quã habemus sicut anchorã animę tutam ac firmam &c̃. quasi argumentari vellet apostolus: Si deus nõ esset facturus quod ꝓmisit & iurauit/ tunc deus fefellisset ꝓmittendo & iurãdo ac fuisset mentitus, quod est impossibile. Aut ergo apostolus accepit mentiri in ꝓposito pro iurare falsum cũ intentione fallendi sine pluri (hoc est sine additione inordinatiõis) & habet̃ ꝓpositũ ꝙ deũ impossibile est sic mentiri. Aut accepit vt dicat intentionem deordinatã fallendi: & tunc sua ꝓbatio esset nulla: quia scd'm opinationem aduersariorũ, esto ꝙ deus iurasset falsum, non tñ fuisset mentitus: quia non habuisset inordinatã intentionem fallendi: quomõ ergo ex hoc fideles possent habere certã spem salutis/ si deus etiã præter vel citra mendaciũ posset non seruare ꝓmissa & iurata: maxime cũ dicat iuramentũ esse finẽ controuersię ad confirmationem apud homines: quod si non finit & terminat ac certificat apud deũ, fundamentũ apostoli erit penitus ruinosum. Patet ergo tam apostolũ/ q̃ Augustinum ambos maximos ecclesię doctores, omnem falsam significationẽ cũ intentione fallendi absolute & sine pluri vocant mendacium, quod remouent a deo. Nihil igitur valet istorum doctorum velamentum, qui extrarijs glossis quasi quibusdam nebulis & technis obnubilare nituntur veritatem.

XCII EVASIO SECVNDA ADVERSARIORVM

Adam Cameracensis Miror ꝙ Adam & Cameracensis nihil dixerũt ad illas replicas Gregorij, cum tñ dicta eius oculatissime perlustrauerint, & adamussim als examinauerint & excusserint. Nihil inquã dixerunt ad has obiectiones: quare non potest mihi non suspecta esse eorũ sententia. Confugiunt ergo ad aliud ꝓpugnaculum vt ꝓpria tueant̃, dicentes/ ꝙ si mendaciũ accipiat̃ pro falsa vocis significatione cũ intentione fallẽdi: qualiter tñ nõ existimant sumi ab apostolo & Augustino, tunc deũ nõ posse mẽtiri aut decipe/ est dũtaxat verũ de potẽtia dei ordinata, nõ absoluta

Aliacensis sicut declarauit dñs Cardinalis ꝓpositiõe sua q̃rta cõtradicẽte nr̃ę q̃ntę: & ita vagant̃ p oẽs autoritates sanctorũ & sacrę scripturę libere sine oĩ metu & hęsitatiõe

CONTRA Prætensam solutionē fortissime replicat valens ille Gregorius: & ꝓfecto apparet mihi/ꝙ suę replicæ sint gladius Alexandri Magni, vt etiā Gordium nodum dissoluere possint. Vnde ad memoriam reuocanda est diui Augustini autoritas ad ꝓpositionē quartam superius inducta, quæ non patitur illam limam Anglicorū, & hoc ex tribus. Primo quia Augustinus loquit̄ de omnipotentia dei: modo illa non attendit̄ scd'm potentiam ordinatā quæ nunc est: quoniam scd'm talem non omnia potest/sed scd'm absolutam. Cum igit̄ diuus Augustinus neget posse mentiri a dei omnipotētia, sequitur ꝙ ipsum excludat a potentia dei absoluta. Secundo: quia vniformiter Augustinus negat deū posse mentiri, & ipsum posse mori & falli: & constat ꝙ deus de potentia absoluta non potest mori vel falli: ergo nec mentiri aut fallere. Tertio hoc euincit̄ ex ratione Augustini qua ꝓbat deum non posse aliquod istorum. Nam si mori, fallere, falli, mentiri posset, iam non esset omnipotens: quoniā si hoc esset in eo/ nō esset dignus qui esset omnipotens: & est egregiū verbum Augustini inquit Ioannes Maioris. Si ergo dignitati dei repugnat mentiri, quoniā als non esset omnipotens: quoniā si hoc esset in eo/non esset dignus qui esset omnipotens, ęque & plus aduersabit̄ potentię absolutæ/ꝗ ordinatę. Et multum subtiliter scicitat̄ ab aduersario Gregorius, an deus de absoluta potētia possit ordinare se aliquādo mendacem futurū. Si non, ergo neutra potentia mentiri potest: quoniam etsi scd'm illam potentiam & ordinationē non posset omnia quę absolute posset & simpliciter: nihil tamen potest absolute quin posset ordinare se illud facere: & per consequens quin posset illud scd'm aliquam potentiā ordinatam possibilem ad bonum intellectum dicti communis de potentia dei ordinata. Si vero dicitur ꝙ deus absolute possit ordinare se aliquando mendacem vel fallentem futurum: ponatur ergo quod ordinet, tunc sequitur scd'm probationem Augustini quod ipse non erit omnipotens, nec dignus qui sit omnipotens: Deum autē esse indignum omnipotentia/est impossibile: ergo & illud ex quo sequitur. Nota & pondera illam rationem: non quia ita efficaciter stringat partem aduersam sed in hoc quomodo potentia ordinata possibilis sit eadem cum potentia absoluta. Et qd' deus potest facere de potentia dei absoluta/illud potest ordinare se facturum: & sic cuiuscunq; factibilis de potentia sua absoluta deus habet potentiam ordinatam possibilem: quod perpetuo tene menti. Addit Ioannes Maioris pro confirmatione: Non valet dicere, deus non potest fallere de potētia dei ordinata/sed absoluta. Vnde igitur tibi certū est ꝙ non velit decipere, cum simpliciter fallere posset per te: igitur nullus simpliciter credere potest sacræ scripturę. Hoc tamen dictum Ioannis Maioris non vrget aduersarium, vt videbimus.

Ariminensis

Augustinus

Maioris

Ariminensis

Maioris

TERTIA EVASIO ADVERSARIORVM XCIII

Quia in ꝓbatione ꝓpositionis assumit̄, Si deus posset mentiri vel fallere, posset etiam peccare & praue agere. Suscipiunt illud argumentū negando illatum. Nam mendaciū autoritate diuina factum non est peccatū: nec in illo aliquis peccat. Vnde deus posset alicui dare illam autoritatem, aut posset per seipsum facere, quo facto non peccaret: quod videtur rationabile inquit Aliacensis. Nec ap-

Aliacensis

paret q̃ tali autoritate data illud esset plus peccatũ/q̃ occidere innocentẽ autori tate dei:nam magis est contra instinctum naturę secũdum q̃ primũ circũscripta dei autoritate:sed neutrũ esset contra instinctum naturæ/si fieret ex præcepto vel autoritate auctoris naturæ.Exẽplum in Abraham volente immolare filiũ Isaac. Autoritas ergo dei tam in seipso/q̃ in alio excusaret mentientem a peccato.

IMPROBATIO ILLIVS SOLVTIONIS

Sed neq̃ hac parte liberabunt̃ aduersarij.Tantũ enim euincit illa ratio q̃ factũ dei/aut autoritate eius non sit peccatũ:& quis hoc iret inficias?hoc sciuimus ante q̃ Theologus nascerent̃.Nam cum peccatũ sit aliquid factum vel concupitum contra legem dei,vt inquit Augustinus:ideo in controuersum est deũ nõ posse peccare,cum sit supra legem:medulla autẽ argumenti aliunde deducit̃. Inquirit enim argumentũ quomodo deus hoc vel illud nõ possit/quia sit peccatum/ & nihilominus ipse sit omnipotens:non dubiũ est enim quin factum a deo nõ sit peccatũ.Vnde quia mendaciũ diui Augustini sententia est vniuersaliter peccatũ ergo deus ipsum non põt facere,licet sit oĩpotens:alioquin per istam fugã nihil erit tam blasphemum & criminosum quod deo non attribuere posses. Semper enim diceres,iam non est peccatũ,quia a deo factum:vbi essent tunc illa quę nominata statim habent annexam maliciã/vt inquit Stagyrita primo Ethicorũ. Si ergo velit satisfacere rationi/oportet respondentem ostendere, quare ille actus non esset peccatum propter autoritatem diuinam interpositam,cum omnes nouerimus deum nec facere/nec præcipere malum culpæ.

Augustinus

Aristoteles

XCIIII EXEMPLVM Adductum per aduersariũ confirmat & declarat hoc quod diximus:Nam deus præcepit occidi Isaac innocentẽ per Abraham patrẽ: quod non licuisset Abrahę/nisi fuisset interposita autoritas diuina:& ita a s̃ illicitũ, iussione dei factum/est licitũ.Sed dicam rationẽ huius, cur iam desijt esse peccatũ deo pręcipiente:& quidem triplicẽ/vti Richardus Minorita tangit dis.xlvij.primi.q.quarta.Prima est:quia licet Isaac esset innocens respectu Abrahę/tamen fuit nocens respectu dei.Fuerat enim aliquãdo obstrictus peccato originali,cuius sequela est mors:poterat ergo deus reposcere debitũ vti placuit,siue per ignem siue per gladium/infirmitatẽ aut aliũm repentinũ casum: interposuit ergo autoritatem is qui habuit potestatẽ super vitã hominis.Abraham vero solum fuit executor & minister iusticiæ dei.Secunda ratio est:quia cum omnia sint in manu domini:& in secundo articulo diximus deũ habere ius potentius & maius dominium in homines/q̃ habeat homo super vilissima re sua. Potest ergo cũ habuerit dominiũ mortis & vitę/facere vt placuerit,viuere/vel ĩterficere:& eandẽ exeq potestatẽ alteri cõmittere.Adde tertiã rationẽ:q̃a deus plenissime põt resarcire damnũ,si aliquid pœnale obuenit ex præcepto dei: ita potest etiã innocentem flagellare:& vt sapiens inquit:Quos diligit castigat.confert tñ illis augmentum præmij,& maiorẽ beatitudinem ex illa passione.Hoc quoq̃ verũ est/ deũ non voluisse per illa verba Isaac interficiendum/quemadmodum Abraham intellexit:sed intendebat deus sua pręceptione Abraham debere habere promptũ aĩm immolandi filiũ/vt ex hoc augeret meritũ obedientię Abrahæ. Q. si dicis

Richardus

deum præcepisse occisionem Isaac, habes iam paradoxum/ q̃ deus præcepit ali quid fieri meritorie, quod tamen noluit fieri merendo: sed hæc missa faciamus Idem potest ostendi in vasis Aegyptiorum, quæ causa subfuit transferendi do minium in iudęos sine peccato, & superius ostendimus. Si ergo respondens vo luerit autoritatem diuinam interponendam excusare mendacium a peccato, pa tefaciat rationem, & credimus ei.

SECVNDO Valens ille Gregorius eiaculatur aduersus illam solutionem ra tionem Anshelmi libro primo Cur deus homo. capite duodecimo: vbi inquit Anshelmus: Quod autem dicitur, quia quod deus vult/ iustum est: & quod nõ vult/ nõ est iustum, non ita intelligendum est/ vt si deus velit quodlibet incon ueniens minus tamen sit/ quia ipse vult. Non enim sequitur inquit, si deus vult mentiri, iustum esse mentiri: sed potius illum non esse deum. Nam nequaquam potest velle mentiri voluntas/ nisi in qua corrupta est veritas: imo quæ deseren do veritatem corrupta est. Cum igitur dicitur, Si deus vult mentiri/ non est ali ud q̃ si deus est talis natura quæ velit mentiri: & idcirco non sequitur iustum esse mendacium: nisi ita intelligat sicut cum de duobus impossibilibus dicimus si hoc est, illud est: quia nec hoc/ nec illud est. Itaq; de illis tantum verum est di cere, si deus hoc vult/ iustum est: quæ deum velle non est inconueniens: nihil ex pressius posset dixisse Anshelmus, quum ait deum hoc non posse velle, nec si vel let hoc esset iustum, quin potius infert deum non esse deum. Et vehementer mi ror hic de Cameracensi qui assumendo rationes Gregorij primo negat conse quentiam: & ad probationes dicit Augustinum & Anshelmũ non probare in tentum Gregorij, nihil aliud addit. Sed ista esset facilis via euadendi quæcunq; argumenta/ si solum voluerimus interimere & negare: & non adducere ratione aut modum cur negemus, & ostendere defectum argumẽti. Sed ad omnes au toritates passim dicere possem sine delectu/ hoc nõ ꝓbãt quod intendis. Opor tet bone vir melius condire dictum: non enim facile video posse euolui illas au toritates Augustini & Anshelmi/ quin locupletissime probent illud ad quod assumuntur. XCV Arminensis Anshelmus Aliacensis

QVARTA EVASIO ANGLICORVM XCVI

Est ad secundum argumentum principale. Et primo dicunt in casu argumenti non licere dubitare/ vbi deus præcipit credere firmiter. Et si infers deus potest præcipere mendacium, & quod assentiatur contradictorijs: quia hoc esset men tiri, dicit dominus Cardinalis quod deus non posset illud præceptũ dare: ideo ratio non valet. Domini mei hæc Cardinalis solutio non valet ad hyemem, non est enim bene vestita: ex dictis tamen Adę poteris eam expolire/ & ornatiorem reddere, adiuncto Syrensi. In primis/ quantumcumque deus daret illud præ ceptũ (nemo posset adimplere: ergo reascendendo/ deus illud non posset dare. Tenet illa vltima consequentia per verbum Hieronymi: Anathema sit/ qui dicit deum hominem ad impossibile obligari: nam assensus contrariorum sunt con trarij: quare non possunt esse in eodẽ. Sed quando in argumento assumit posse euenire oppositum reuelatorum Aliacensis Hieronymus

Syrensis Adam

RESPONDET Syrensis/quem renarrat Adam: Omnes scimus deum posse non facere resurrectionem mortuorũ de potentia dei absoluta: nihilominus firmiter credimus/& indubitanter ꝙ ipsam faciet: & ad hoc inducit vnam ꝓpositionem perpetuis diebus memorię cõmendandam, & est hæc: Potentia dei absoluta ad contrariũ non tollit certitudinem ꝓpheticam, sicut nec certitudinem fidei necessariam ad salutẽ. Cui pulchre subscribit Adam/ꝙ meritũ fidei non respicit veritatẽ præcise, necꝗ meritũ est ex ipsa ęstimatione quę potest esse/ vel potuit esse falsa: sed meritũ est ex obedientia qua sic credit sicut præcipitur sibi credere. Vnde volunt isti/ꝙ credulitas nõ sit causa principalis meriti, quia illa sint in intellectu: sed principalis ratio meriti sit per voluntatẽ vtentem illa fide & credulitatę tanꝗ ministerio. Vnde illud quod directe pro inconuenienti assumitur/ꝙ scilicet posset quis mereri falsa fide, assumit Robertus Holcot. q. i. primi. in solutione quinti principalis/concedendo: nam ad fidei meritũ nõ refert an sit verum vel falsum: sed hoc per se pertinet ad rationem meriti fidei quod voluntarie credatur sicut deus præcepit & vult credi.

Holcot

CORROBORATVR Istud dictum per factum cũ Abraham: qui credidit deo, & reputatũ est ei in iustitiã. Meruit ergo Abraham: quia credidit deo pręcipienti offerre filium suũ: licet habuerit falsam estimationẽ/ꝙ deberet eum occidere: sed ꝓpter illam obedientiam qua paratus erat obsequi deo cui credidit, ideo meruit repromissionẽ &c̃. historia legitur Genesis. xxij. Verũ est ꝙ multę tricæ hic excudunt de Abraham quid crediderit, & quid iussus fuerit, & quid rursus sperauerit: quæ omnia nos ad multa deuia auocarent/ quare missa faciamus. Mouet Robertus Holcot. q. i. tertij. arti. vij. & casus ibi incideret de vetula credenti prælato suo prædicanti heresim: imo casus communis magnæ parti fidelium: nam cõmunis simplicitas inconcusse credens quod credit ecclesia, ex pietate tñ multa sępe credit/quæ examinata inuenirentẽ falsa: ꝓpterea est frequens verbũ concionatorũ nostrorũ/qñ ascendimus cancellos, sępe immurmuramus, pie credendũ est. Mouet idẽ Robertus Holcot ead. q. ar. vi. & Mars. q. ij. primi

Holcot

☞

APPROBATIO SOLVTIONIS

Ista solutio videre meo satisfacit argumento illo, & est meliori notanda lapillo vt scias quomodo absoluta dei potẽtia ad contrariũ non tollit certitudinẽ fidei, nec veritatem sacræ scripturæ, nec certitudinẽ ꝓpheticam, nec securitatem beatitudinis: quod est notabile & pulchrũ. Vnde miror de valente isto gregorio/ꝙ illam rationem ita ponderat/vtꝗ sola deberet mouere hominem ad sibi assentiendum: cũ tamen non modo sit informior alijs/sed ęque concludat contra Gregorium & omnẽ Christianũ, si aliquid posset concludere: nisi quis esset ita ignarus logicę & metaphysicæ/sicut Laurẽtius Valla in libro de libero arbitrio. Vnde Gregorius ęque habet soluere istud argumentũ/sicut Anglici: nam ponit homines mereri, credendo resurrectionem mortuorũ: ponit tamẽ eam contingenter futuram, deus ergo posset non facere: quo posito in esse/ille falsa fide meruisset. Sed hijs non obstantibus/propter alia inducta & male soluta adhuc assentior ꝓpositioni quintę: & pro ea firmanda adducam adhuc vnam rationem.

Ariminensis

Valla

QVINTA
ARGVMENTOR SIC

Deus non pōt falli:ergo deus nō pōt fallere. Antecedens est quasi ꝑ se notū, cū deus sit oīsciens/falli non pōt. Hinc Bohetius lib. v. de Consol. Philoso. cecinit: Bœtius

Haud sic magni conditor orbis
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole resistunt
Non nox atris nubibus obstat
Quæ sint, quæ fuerint, veniantqꝫ
Vno mentis cernit in ictū
Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere solem

Sed non est opus in re tam manifesta multa adducere. Nam Ethnici, vt superius astruximus, libenter hoc opinati sunt/deum omnia nouisse: omniū rerum habere prouidentiā: a nullo posse falli vel decipi. Ita pulchre in hanc sententiam descendit Claudianus in libro primo florum, quem propterea adduco/qꝫ carmine argumentetur in vtramque partem. Versus eius sunt hij: Claudianus

Sępe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector: & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi.
Præscriptosqꝫ maris fines, anniqꝫ meatus
Et lucis/noctisqꝫ vices, tunc omnia rebar
Consilio firmata dei: qui lege moueri
Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam phœbem alieno iusserit igne
Compleri: solemqꝫ suo: porrexerit vndis
Littora: tellurem medio librauerit axe
Sed cum res hominum tanta caligine volui
Aspicerem: lętosqꝫ diu florere nocentes
Vexariqꝫ pios: rursus labefacta cadebat
Relligio: causęqꝫ viam non sponte sequebar
Alterius: vacuoqꝫ semina currere motu
Affirmat: magnumqꝫ nouas perinane figuras
Fortuna, non arte regi: quæ numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri
Abstulit hunc tandem ruffini pœna tumultum.
Absoluitqꝫ deos, iam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror, tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant. Et paulo post:
Signa quidem o sotie diuos attollere contra
Nec phas est, nec posse reor &c̄.

Concludit ergo Claudianus postqꝫ in vtramque partem argumentatus est/esse prouidentiā dei de hominibus, contra quam nō liceat attollere signa: nec etiam possint: id est quod nō possit falli vel decipi deus. Nunc redeo ad progressum argumenti: Deus non potest falli, vt etiam Pagani concesserunt: Ergo non potest fallere. Tenet consequentia per Augustinū de Symbolo qui illa ęquiparat: Augustinus

Et confirmatur: quia peius est fallere q̄ falli: ergo potius remouendum a deo. Antecedens ꝓbat: quia falli est infirmitatis, fallere vero malę voluntatis: vt testatur diuus A. Augustinus in Enchiridio. c. xviij. homines fallunt atq; fallunt̄: miseriores sunt qui mentiendo fallunt, q̄ cum mentientibus credendo fallunt̄. Et Seneca gentilis, tamen prædicatione sancti Pauli vt aiunt cōuersus, in tragœdia, quæ Thebais dicitur, illud non ignorauit cum inquit Iocasta:

Seneca

Quotiens necesse est fallere, aut falli a suis
Patiare potius ipse/ q̄ facias scelus.

Augustinus

CONFIRMATVR Iterum per Augustinū. xxij. libro de ciuitate dei, loquētem de philosophis resurrectionē esse possibilem negantibus, vbi ait: Cū de omnipotentia dei qua tot & tanta facit mirabilia iam multa dixerimus: si volunt inuenire quod oīpotens non potest/ habent prorsus: ego dicam mentiri non pōt. Credamus ergo quod potest, non credendo quod non potest: nō itaq; credentes q̄ mentiri possit, facturū credant esse quod se facturum esse ꝓmisit. Patet ex hijs verbis Augustini/ q̄ deus scd'm omnipotentiā suā qua facit mirabilia magna, & per consequēs per potentiā suam absolutā non potest mentiri, quod fuit ꝓbandū: nunc restat vt argumēta partis aduersę diluant̄, postq̄ nostra cōfirmauimus. OBIICITVR CONTRA PROPOSITIONEM Quintā.

XCVIII Hibernicus

Primo sic per Hibernicū: Omnē rem quā deus potest facere mediante causa secūda, potest immediate per seipsum. Sed deus potest errorem & deceptionem causare mediante causa secunda: ergo potest se solo deceptionē causare. Causare vero deceptionē/ est decipere: & sic habet̄ ꝓpositum/ q̄ deus possit decipere

RESPONDETVR AD MATERIAM ARGVMENTI

Quæ certe non vacat meandris. Est enim diuersa doctorū sententia de istis qualitatibus. In hoc tamen omnes conueniunt quod noticia non denominat pręcise ratione inhęsionis. Quantumcūq; enim noticia inhęreret lapidi, adhuc lapis nō esset sciens vel noscens: quia præcisa informatio (posito q̄ possit, quia est dubium) nō denominat subiectum. Dicit autem communis opinatio vltra informationem requiri immutationē vitalem potentiæ in qua est noticia. Addit tamen dominus Cardinalis quæstione tertia primi articulo primo. Et Holcot quęstione prima primi. articulo tertio. vltra prædicta requiri efficientiam subiecti: id est q̄ ipsa noticia sit effectiue ab illa potentia. In summa ad hoc q̄ sit noticia alicui requiruntur tria. Primo q̄ sit noticia causata a tali potentia. Secundo q̄ eam informet. Tertio q̄ vitaliter immutet.

Aliacensis Holcot

COROLLARIVM Istorum doctorū arbitratu, Omnem assensum/ & similiter omnem noticiā deus posset creare se solo: sed tamen si causaret non esset alicui assensus vel dissensus. Patet: quia non esset a potentia creata effectiue cui deberet esse noticia vel dissensus. Nolo adducere rationes pro ista opinione: quia sunt frigidę & nihil concludentes: sicut possem ad oculum ostendere si nō amarem breuitatem & vererer fastidium: tamē in singularibus nostris vellicabimus istam opinionem: & q̄ infantiliter aliqui nostra ętate in hac materia cæcutientes lippi prorsus aut cęci aberrauerint cunctis patefaciemus.

COROLLARIVM. Beatitudo non potest esse totaliter a deo secundum illos doctores. Oportet enim beatum actiue concurrere ad suam beatitudinem, contra Vuilhelmum Occham dist. i. primi. q. ij Gregorium & alios. Patet: quia visio causata a deo non posset esse formaliter noticia vel visio Petro, cum non esset partialiter ab ipsa potentia cognitiua Petri. Idem est de fruitione, vbi plus fuci habet & apparentiae. Nolo ego venam huius materiae excutere: sed quantum prodest ad rem argumenti, nolui eam totam praeterire. Occham Arminensis

IMPROBATVR ALIACENSIS ET HOLCOT

In praesentia hoc dictum volo, non me assentiri Cameracensi & Roberto, sed manere cum communi opinione. Rationem adiungo talem: quia deus per seipsum potest creare sapientiam & scientiam, & eam mihi infundere qua formaliter sapiam & sciam: ergo aduersa opinio minus rotunde loquitur. Antecedens liquet de facto. iij. Reg. iij. de Salomone, cui petenti sapientiam/ dixit deus: Ecce feci tibi secundum sermones tuos: & dedi tibi cor sapiens & intelligens in tantum/ vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Idem patet de apostolis, qui omniuaria doctrina praediti, & profundissima nouerunt sacrae scripturae mysteria: & non nisi a deo vel a sancto paracleto, qui docuit eos iuxta promissionem Christi omnem veritatem. Noticia ergo a deo infusa potest/ & de facto fuit formaliter noticia intellectui creato. Verum est quod Cameracensis facit multa festa/ quod alioquin lapis posset esse noticia intellectui nostro. Nimis pueriliter obsistit: quia lapis non potest vitaliter & formaliter informare intellectum. Et propterea nulla substantia potest esse formalis noticia alterius. Dicat mihi propter pium deum Aliacensis vel quicunque hominum qui spirat: si lapis etiam esset causatus ab intellectu, an in eo esset noticia intellectui creato: libenter vellem tamen scire ad quid conferret ista causatiuitas, non ad intellectionem Hercle nisi sit lapideus: sed forte foenum cornu gerit: nam Petrus est aliquando petreus. Vnde lapis iste siue petra, potest immutare intellectum vitaliter obiectiue, sed non formaliter. Deus ergo potest causare qualitatem quae est error Salomon Apostoli Aliacensis

AD FORMAM ARGVMENTI Concedit prima consequentia cum consequente, sed negat secunda. Vnde pulchre dicit Franciscus Mayronis/ quod si deus totaliter causaret actum mentiendi, ipse non mentiretur: sicut si causat actum intelligendi, per illum non intelligit formaliter. Vide Franciscum dis. xliiij. primi. q. viij Alij etiam non probant illam consequentiam, Deus potest causare deceptionem: ergo deus potest decipere: sicut in simili non sequitur, Deus potest se solo causare actum meriti: ergo deus se solo potest mereri. Et tota ratio est: quia ille actus elicitus a libera voluntate Petri est meritorius, qui idem causatus a deo non erit meritorius: & ergo esse meritorium est extrinseca denominatio actui. Ita in proposito de deceptione, de menda, falsa vocis significatio in Eckiberto copulata intentioni fallendi est mendacium, quae si esset totaliter causata a deo qui non potest habere intentionem fallendi, non esset mendacium. Et eueniret ac si de facto duo vnam propositionem falsam pronunciarent: vnus crederet esse veram, alter sciret eam esse falsam/ sed diceret animo circumueniendi proximum: in isto casu ambo dicerent falsum: sed primus per errorem/ non mentiens, secundus vero per mendacium XCIX Mayronis

Adde tamen ꝙ argumentum de errore forsitan concluderet, quia error est formaliter error: nec error dicit formaliter maliciam sicut mendaciũ/ sed bene dicit imperfectionẽ. Verũ est Ioannes Maioris post multa opinatiua inqt: Deus potest producere iudiciũ verum/non falsum: positiuũ/non reflexiuum &c. sed nõ replet aures meas: & ita de omnibus admitto quæ non habent inuolutam maliciam: quod dico propter mentiri, fallere, furari, adulterari &c.

Maioris

Ariminensis

SECVNDO Si non sit tediosum/audite solutionem valentis illius Gregorij dicentis ad Maiorem: Quicquid deus potest coagẽte creatura/hoc deus potest per seipsum nullo alio coagente. Quod illa suppleri debeat addendo huic verbo potest infinitũ: & scd'm hoc additũ erit maior concedenda vel non. Vnde si sic assumeres, quicquid potest creatura pati coagente deo/hoc deus potest se solo: nemo tibi assentiret. Vnde ad ꝓpositũ, si addis verbũ facere/ tunc cõceditur discursus: quia illam rem quæ est mendaciũ deus potest facere, sed non erit tũc mendacium. Si autem adderet in maiori verbũ dicere, tunc in ꝓpria significantia maior negaret: quia potest dicere mendaciũ creatura coagente deo: & tamen deus non potest per seipsum dicere mendaciũ, vt iam loquimur de dicere: & ita aliud est deo coagente creaturam aliquid velle vel facere: & aliud deo autore.

Eckius

ADVERTE TV Duo primo quo ad logicam sicut declaraui in fine de appellationibus, discursus istos de rigore & subtilitate logicę nihil valere, quicqd potest fieri vel facere &c. quando aliqua sic se habent/ꝙ vnũ manet altero non manẽte &c. deus fit creator, ergo deus fit aliquid &c. omnes illi discursus syllogistici vel enthimematici sunt paralogismi quando sub terminis absolutis subsumunt termini connotatiui: committit enim fallacia figuræ dictionis: vt in proposito: Quicquid creatura potest facere deo coagente/ hoc deus potest se solo. Sed creatura potest facere meritũ deo coagente: ergo deus potest se solo facere meritum. Maior est vera, & minor vera: de rigore tamẽ conclusio est falsa: quia deus nullum meritũ facit se solo: est ergo paralogismus: quia sub termino absoluto/ quicquid, subsumit terminus cõnotatiuus/meritũ. ꝙ si loco eius subsumeretur terminus absolutus/ discursus esset bonus, & consequens verum. Somnia sunt quæ recentiores adferunt, meritum potest facere deus: sed deus non potest facere meritũ. Ita de illis: Deus peccatũ facit, sed non facit peccatũ: plus enim sunt in hoc irridendi/ ꝗ̃ rationibus conuincendi: ꝗuis hoc cuilibet ꝓmptum sit & aſs largiter in artibus id exhibui. ALTERVM quod obseruabis circa maiorem, quæ nõ est in vniuersum vera. Debet ergo intelligi primo in genere causę efficientis & finalis/non in genere causę materialis & formalis. Ratio est obuia: quia ex eo est illa maior vera, quia deus ex sua perfectione supplet causalitatem creaturæ: sed causę intrinsicæ materialis & formalis ꝓprie dicunt imperfectionem, vt declarat doctor subtilis dis. ij. primi. q. i. deus ergo non potest esse materia vel forma alicuius: sic nec potest causare hominẽ sine anima, licet possit creare hominẽ sine matre & patre. Et nõ sine causa addidi de causa materiali ꝓpria: quia impropriã deus potest supplere, non ꝙ ipse fiat causa materialis: quia hoc sibi repugnat quocũꝗ modo: sed faciendo ꝙ ipsa non sit necessaria, quod

Scotus

tene menti: & sume exemplū: Albedo in pane habet pro causa materiali substantiam panis quantam, loquendo extense de causa materiali: vt patet secundo Physicorum. Modo deus potest supplere illam causam materialem, non ꝙ ipse fiat subiectum illorum accidentiū: sed quia cōseruat albedinē sine subiecto, vt patet in sacramento altaris. Secundo limita ꝙ ꝓcedat maior in absolutis/ nō in respectiuis: & illa limitatio est manifesta & cōmunis: sed pauci norunt rationē illius, Cum enim deus optimus virtualiter continet omnē rem mundi, relationē ęque sicut absolutū, quare non potest supplere vnū sicut aliud. Tu dic ꝙ ista sit ratio quia totaliter causare relationem/ includit terminare eam: & terminare relationem/ habet imperfectionem in creaturis annexam: eapropter deus nō potest eam totaliter producere, quia hoc est imperfectionis.

COROLLARIVM Ponendo relationē distingui realiter a fundamento & termino, dabile est aliquid quod non est creabile a deo non coagente creatura. Patet de paternitate, quæ non potest produci nisi existente filio & fundamēto: & tunc statim consurgit necessario & ex natura rei: de respectibus extrinsecis est aliud. hęc de illa obiectione.

OBIECTIO SECVNDA

Quod deus possit mentiri & decipere/ ita ꝓbaṫ: Ponatur ꝙ deus absolute reuelet aliquod futurū contingens alicui/ puta Eckibertū fore, & faciat illum sic assentire: tunc illa reuelatione facta/ necesse est deū huic sic dixisse, & illum sic assensisse: & tamen hoc stante/ adhuc contingens est Eckebertū fore per conclusa in priori dubio. Vnde arguiṫ sic: Deus dixit Ioanni Eckibertum fore: & Eckibertus non erit: ergo deus dixit falsum/ & Ioannem decepit. Consequentia est manifesta: & antecedens est possibile, cū quælibet pars sit possibilis/ & vna alteri compossibilis, cum iam prima ex præteritione sit necessaria sc̄d'm quid. Multa alia argumēta possunt formari: sed illa vnica ratio mouet cerebrellū hominibus doctis. Vnde mihi persuadeo ex parte aduersa multos illa ratione profligatos & cōcussos.

RESPONSIO MVLTIPLEX

Varie respondeṫ ad illud obiectum quod est forte. Sunt qui negant antecedēs ꝓpter incompossibilitatē partium: non enim stet simul deū hoc reuelasse, & illud non euenire: quia iam (eorū imaginatione) tenerent lupum auribus/ vt cogerenṫ admittere deū posse mentiri. Non curo ꝓsequi illam solutionē: quia vrgebimus eam in sequenti dubio: non enim euacuat argumentū vt quisque oculatus videre potest: nisi pergat/ & reuelationem absolutā dicat tollere contingentiam futuri, quod non consulo. Addit tamen Gregorius fucum huic solutioni, quia præteritū possit non fuisse: & ita quod deus dixit vel reuelauit/ pōt nunꝙ dixisse. Et ꝓculdubio si teneret ꝙ ad præteritum posset esse potentia/ sicut tenet cardinalis Cameracēsis. q. xi. primi. Et dicit Brulifer teneri per doctores Oxonię in Anglia: & allegat Altisiodorensem hoc idem tenentē: & Gilbertū Porretanū super Bœotio de trinitate. Si inquam hoc teneret, tunc sublata esset omnis dubitatio: Sed nō omnes arbusta iuuant/ humilesꝗ miricę. Alibi in singularibus nostris repudiū damus huic sententiæ: quod aduersetur, vt alius doctor inquit, naturaliter intellectui inclinato ad veritatem: ideo alias solutiones despitiamus.

C

Ariminensis

Aliacensis
Brulifer
Altisiodorensis.

G.Nouarien. Ariminensis SECVNDO Gerhardus Nouariēsis in tractatu de locutione ꝓphetica vt eũ renarrat Gregorius, voluit ꝙ possibile esset illud dictum non fuisse significatiuum/aut non illius significati quod est Eckibertũ fore: & similiter assensum nõ fuisse assensum seu iudiciũ de E. fore: & ita deus non fuisset mentitus: quia non aliter huic significasset/ꝙ̃ erat euenturũ. Probat hoc a simili: quia iudiciũ quo iu dico Petrũ sedentẽ sedere, si conseruaretᷣ adeo in me postq̃ Petrus surrexit, non esset iudiciũ quo iudicarem eũ sedere/sed per id iudicarem eum nõ sedere. Iste modus respondendi est etiã subtilis & spinosus, & non minus difficilis q̃ prior: imo videtᷣ præsupponere præteritũ posse non fuisse: quia q̃uis sit possibile reuelationem nõ esse reuelationem in sensu diuiso (sicut dictum fuit a principio huius materiæ) tamen nõ est possibile quin si illud iudiciũ formaliter fuerit in intellectu Ioãnis, intellectus per ipsum formaliter iudicauerit: est ergo iudicatio præterita: & ad præteritũ non est potẽtia: primo cœli. Neq̃ potest se tueri Gerhardus per illud quod dicit de iudicio: quia q̃uis illud sit probabile quod po

Occham nit Vuilhelmus de Occham. q. i. ꝓlogi. ꝙ si deus cõseruaret noticiam intuitiuã Petri in me postq̃ desineret esse/vel annihilaretᷣ, tunc sicut intellectus primo iudicasset virtute illius noticię Petrũ esse: ita iudicaret postea virtute eiusdem noticiæ Petrum nõ esse: illud inquam est ꝓbabile, q̃uis multa imbibat dubia. Sed idem esse iudicium assensiuũ oppositorum aut simul/aut successiue in creaturis, nihil ꝓbabilitatis habet: nã eadem ratione vellem dicere idem esse iudiciũ quarumcunque propositionum: vt valide instat Ioannes Maioris dist. xxxix. primi.

Maioris Ariminensis TERTIO Respondet Gregorius Ariminẽsis, & placet mihi eius sentẽtia. Vnde quia ad hoc ꝙ aliquis ꝓprie dicat quid alteri, requiritᷣ intentio significandi hoc vel illud per dictum suũ: al's loqueretur more psitaci, aut auis Indianę papa galli: & in primis in deceptione, fallacię, aut mendacio requiritur intentio. Cum autẽ deus illud quod voluit/potest nunq̃ voluisse: ita illud quod intendit/potest nunq̃ intendisse/sicut superius declaratũ est in dubio quomodo deus eum quem prædestinauit potest nunq̃ prædestinasse, & applicetur huc. Non video argumentũ in mundo quod obstet. Vnde sicut illud contingẽter eueniet/ita deus contingenter, id est non necessario reuelat illud esse futurũ: licet ex infinitate suę scientię non possit non scire quõ illud sit futurũ. Ideo quantũcunq̃ deus reuelauerit Eckibertũ fore: tñ intẽtio eius quo ad nos pensanda est ex euentu, quę potuit esse cõditionalis, cõminatoria, tentatiua ad bonũ sensum alterius significatiua aut qd huiusmodi. Quod de præteritione additᷣ inanes culmi excutiuntᷣ, in deitate nulla est præteritio, vt sępe diximus: vtcunq̃ dissoluatᷣ/modo deus vendicetur ab hac iniuria/ne dicatᷣ mentiri. Vnde humiliter & cum magna mode-

Ariminensis stia, quæ Theologum decet, Gregorius Ariminensis dicit: Si vero nulla prædictarum viarum placeat/inueniatur alia melior: & si inueniri non possit alia melior/potius iudico confitendam esse ignorantiam nostram/q̃ pręcipitandum se in tam horrendam auribus fideliũ sententiam: qualis est si dicatur deum posse mentiri aut decipere, aut falsum dicere: cum omnis scriptura catholica Canonis & sanctorum clamitet oppositum. Vox profecto Theologo digna: & satis qui

dem hoc commonstrauimus in documento præambulo quinto, Theologum debere ad certam regulam loqui defecata lingua. Sed non debet vereri Gregorius optimam dedit solutionem & ineluibilem, quæ nullis telis aduersariorum frangi poterit. Et si Gerhardus Nouariensis, quem non vidi, sic intellexisset cū suo non significatiuo frustra fuissem luctatus cū viro. Accedit huic solutioni Alphonsus Toletanus, sicut ego eum intelligo dis.xlij. primi. respondens enim argumento Landulphi/ inquit: Licet deus non possit nō reuelasse quod reuelauit (quia reuelatio mensuratur tempore) potuit tamē alia intentione reuelasse q̄p reuelauit: quia intentio mensuratur æternitate: loquitur Alphonsus more suo de reuelatione q̄ sit nuda prædictio/ & manifestatio incogniti. G.Nouariēs Alphonsus

QVARTO Posset addi solutio ad mentem Francisci Mayronis de sua determinatione voluntatis diuinæ: quia deus potest de nouo se determinare ad significandum vel faciendum &c̄. Applica vt vis & potes: nolo enim esse prolixior quod is modus loquendi mihi displiceat, & dudum Mayronem super hoc exibilauimus. Mayronis

IN PETRVM ALIACENSEM EPISCOPVM CAMERACI ET CARDINALEM TITVLI S.CHRYSOGONI

Aliacensis

NVllus ergo deterreatur verbis magnificis & grandiloquis domini Cardinalis: qui dum recitasset prædicta verba valentis Gregorij/ subdit: Sed cū reuerentia dico quod si ponatur/ q̄ præteritū non potest non fuisse, nulla prædictarum viarum est sufficiēs: nec est alia dabilis/ quin oporteat dicere q̄ argumentum concludit verum, scilicet quod deus potest falsum dicere & decipere: ita q̄ oportet dicere vel q̄ præteritum potest non fuisse, vel q̄ deus potest falsum dixisse, nec est dare medium. Saluo inquam honore suo Franciscus Maronis assecla daret aliam viam per Gregorium non tactam: & tertiam viam per Gregorium datam ipse non infringit, nec potest euincere: nihil enim adfert contra eam. Si autem aliquid efficeret/ certe ęque probaret prædestinatū non posse non esse prædestinatū. Idem enim est indiciū de intentione & prædestinatione quantum ad hoc: non tamen propterea volumus eruditioni domini Cardinalis quicquam derogasse: cuius doctrinā & scriptiones a decimo quinto ętatis meæ semper in summa veneratione habui, & in quibus studiosissime versatus sum: & diu epitomate eius in sententijs pro Enchiridio vsus sum. Dicendum est ergo cum apostolo: In alijs laudo, in hoc non laudo. Et vt perdoctus princeps Ioannes Picus doctissime inquit: Sicut inuidię est quærere in magnis viris potius quod damnes/ q̄p quod extollas: ita insaniæ sicubi defecerunt non potius damnare velle/ q̄p imitari. Sumus ergo expediti de illo prolixo & difficili dubio: in quo omnia per me dicta subijcio examini doctorum, paratus tantum dixisse, quantum sancta Romana ecclesia & eius præsidens Leo decimus Pontifex maximus, fœlici auspitio nuperis diebus magno consensu patrum electus, approbat & tolerat. Nam cum domino præposito Gabriele dis.xij. tertij libenter volo in hoc a doctiore melius informari.

Ariminensis — Maronis — anno.M.D.4 — I.Picus — Leo decimus — Præpositus

DVBIVM VIGESIMVM TERTIVM AN CHRISTVS POTVERIT FALSVM DICERE, MENTIRI AVT DECIPERE?

I ISTVD Dubium miraris forsitan quomodo huc exciat ad materiã prædestinationis: meminisse te oportet qđ supra ꝗcꝗ diximus: Prædixisse Christum Iudæ & Iudęis eorũ reprobatione. Quid ergo operata sit illa prædictio, & an adhuc si voluissent, potuissent fuisse conati ad bona opera/ despitiamus.

PRAEMITTENDVM Hic obiter/ꝙ resolutio illius dubij imbibit quoddam generalius & cõmunius, scilicet an Christus potuerit peccare? de quo laute per doctores dis.xij.tertij. de quo tamen me laconice & breuiter absoluam: nolo tamen id dubium totum prosequi.

Prępositus NOTAT Ergo dominus prępositus aliter loquẽdum de CHRISTO sc̃dm ꝑsonam & naturã diuinam: aliter sc̃dm naturã humanam assumptã. Item aliter de natura assumpta vt est hæc natura: aliter vt est vnita naturæ diuinę tam personali/ꝗ beatifica vnione. Aliter item sc̃dm potentiam ordinatã: aliter sc̃dm absolutam. Vnde nullus doctorum, quod ego meminerim negat, quin materia dimissa/& ꝓpria personalitate subsistens, in gratia non confirmata posset peccare Sed de natura vnita sunt aduersantes sententię.

PRIMA SENTENTIA Est multorũ doctorum iuniorũ admittentiũ humanitatem CHRISTI potuisse vel posse peccare etiã sic vnitam, & hoc absolute

Durandus loquendo: & sic posset absolute mentiri & decipere. Vnde Durandus concedit personã ex consequenti cõmunicatione ideomatũ (quia actiones sunt oppositorum) dici peccatricem: & ita si decessisset in peccato mortali/ęternaliter damnatã

Narcissus Dominus Narcissus deuotus diui Benedicti sacerdos di.xij.tertij. allegat bonã glossam ad Hebræos.ij. contra Durandum: manet tñ conclusiue cum Durãdo, adducens fortes ꝓ ista cõclusione ratiões ingẽns/ꝙ huic opinioni plus obsistũt verba deuota/ꝗ ratio efficax. Illud tamen de persona dicere alij huius opiniõis aſſedę abhorrent/ sed de natura vnita libere admittũt de possibili, vt est facile vi

Marsilius Prępositus dere apud Marsiliũ de Inghen Germanũ.q.iij.tertij.art.ij. Alludit dñs prępositus dis.xij.tertij. Petrus de Candia idẽ pulchre discutit.q.i.tertij.art.i.dubiõ.vij.

II Thomas SECVNDA SENTENTIA Est cõmunis antiquorũ doctorum & aliquo

Ales rum ex Neotericis: vt est diuus Thomas, Alexander de Ales, Henricus Gandẽ

Gandensis sis, Bonauẽtura noster, Richardus, Ioãnes Scotus, Thomas de Argẽtina, Chun

Bonauentura Argentinus radus de Ebraco, Hugolinus ex heremitarũ familia, & conplures alij, qui omes

Richardus Scotus volunt concordibus votis/naturã assumptã non posse quacũcꝗ potẽtia peccare

Ebraco ꝗdiu maneat vnita. Cuius rationẽ assignat doctor solẽnis.q.vi.q̃tl.vi. quia natu

Hugolinus Gandensis ra assumpta necessario fruaẽ & sit beatifica: ea ꝓpter negat brutalem naturã aut

P.cus inanimatã inassumptibilẽ in vnitate personę diuinę: quia nõ possit eleuari ad duplicem actum, primũ scilicet q est esse subsistentię diuini suppositi, & ad actum secundum qui est operari actum beatificũ intelligendi & volendi. Huic subscripsit doctorum nobilissimus, & nobiliũ doctissimus Ioãnes Picus argutiarũ vt

opinatur Cortesius, exercitatione: in quem Petrus Garsias de Xantiua, tanq̃ su- Cortesius Garsias
spitiosius locutū inuectus est: Picum hanc sententiā retractasse Cortesius per me-
taphorā boleti medicati innuit, quod nondum vidi: connumerat Cortesius Go- Godefredus
defredum eidem rationi. Sed huic dicto Henrici/ seu potius rationi eius aduer-
satur vnanimis & concors doctorū sententia di.i.tertij. & versabamur in ista ma
teria in regio Friburgiorū archigymnasio Gabrielis Biel tertiū legendo, dū per anno.M.D.X
illustrissimū principem nostrum Vuilhelmū Baioariæ ducē adhuc sub tutori- Vuilhelmus Bauarus
bus agentē, ad lectionem primariā Theologicā huius fœlicis Achademię Auri
politanę liberalissime euocarer. Sed modo ne promissi fines egrediar/ non sum
longior: videatur doctor subtilis dist.ij.q.i.tertij. Scotus

DIVVS THOMAS dist.xij.q.i.art.ij. ponit aliud fundamentū q̄ Christus III Thomas
non potuit peccare: fuit enim viator cōprehensor & deus. Quia enim dominus
IESVS fuit viator & regula viatorū: si ergo in hac regula fuisset obliquitas/ nō
fuisset vbi alij potuissent regulari. Quia vero fuit cōpræhensor, ipse immutabi-
liter iungebat̄ vltimo fini a quo per peccatū nō poterat separari. At quia fuit de
us, & vt diuus Ioānes Damascenus inquit, organū deitatis: & ita peccatū in ip̄m Damascenus
intrare nō potuit. Idem sub alijs verbis dicit Stephanus Brulifer Minorita, quia Brulifer
in Christo fuit plenitudo gratiæ, confirmatio gloriæ, & vnio naturæ diuinæ:
ideo fuit impeccabilis. SVBTILIS SCOTVS Adhuc aliquid habet de Scotus
oleo prioris opinationis. Assignans enim rationē cur natura assumpta nō potuit
peccare inquit: Quia in ipso fuit plenitudo glorię/ cui repugnat peccabilitas: sed
huic naturæ de se non repugnabat peccabilitas, cū non erat beata ex vi vnionis,
sed ex gratia: & habuit liberū arbitriū de se, & natura sui vertibile ad vtrūlibet.

HVGOLINVS, EBRACO Et alij adhuc enucleatius dixerunt, & plus di- IIII Hugolinus
gnificarunt illam benedictam vnionē hypostaticam. Vnde dicit dominus Hu-
golinus olim hęremitarū generalis, Christum non potuisse peccare etiā in natu-
ra assumpta: non solum ꝓpter plenitudinem glorię qua fuit beatus/ sed etiā ex
eo quia repugnat diuinæ iusticiæ infinitę q̄ peruerse agat, vel in natnra ꝓpria,
vel in natura cuius est personalis subsistentia: & ita non potest peccare. Et decla-
rando dicit Hugolinus: quia impossibile est animā Christi filio in diuinis vni- Hugolinus
tam velle quicquam volitione creata/ quin christus, id est ipsa persona assumens
hoc idem velit eadē volitione creata: cui in simili subscribit eiusdē ordinis quon
dam Generalis Thomas Argentoracensis in tertio: quia inq̄t: Peccare repugnat Argentinus
supposito sustentanti, repugnabit etiā naturæ sustentatę q̄ diu est in illo suppo
sito. Et profunde tangit illam materiam siue sit Dionysius ordinis cistertiensis, Dionysius
siue chunradus de Ebraco dis.xij.tertij. Hoc dico domini mei propterea vt mi Ebraco
remini: sesquiannus iam ferme est q̄ a bibliopolis Parrhisij inuulgatæ sunt quę
stiones acutissimæ in Theologicas sentētias, sub nomine cuiusdam Dionysij or
dinis cistertiensis Ioanne Maceriensi Theologiæ magistro eximio, eiusdem cor Maceriensis
rectore. Ego item cum ex itinere tumultuarie solū aliqua in patria ex chunrado
Ebracensi exscripsissem, quæ per omnia Dionysio concordabant/ statim desyde
rium mihi incessit chunradi habendi. Itaq̄ cum hijs diebus christoferi Seitorij

in patria publici concionatoris munere fungentis, humanitate chunradus mihi allatus esset, contuli ego confestim codices adinuicē: & inueni demptis quatuor principijs, singulis suis libris prælocatis in chuurado & aliquibus quæstiōibus primarū distinctionum primi: alīs per omnia esse idem in ambobus. Incipiēdo enim a dis. ix. q. ij. vtrū hæc consequentia sit bona: Spiritussanctus non ꝓcedit a filio: ergo non distinguit ab eodem, & ꝓcedendo per totū primum, discurrendo per totum secundum, per totū tertium, per totū quartū, in nullo penitus discrepant/ nec minimo quidem verbo: Nullam in tribus libris offendes vel quæstionem/ vel ꝓpositionē/ vel rationē Dionysij/ quæ non omnibus numeris reperiat in Chunrado. Cum antē vetustus sit Chunradi liber/ arbitror ipsum fuisse priorē Dionysio: qui tñ in principio primi meminit Henrici de Hassia doctissimi Germani: qui postmodum fuit lumen Vuiennensis studij præceptor

Hassia

dinckelspūhel Nicholai Dinckelspūhel. Sed vtcūꝗ sit, siue quęstiones illę Dionysij/ siue Ebracensis: ꝗuis omnino nitendum consulā, ne autores debitis fraudenť honoribus neue vnius scripta alteri more ouorū cuculi supponanť. Miserū enim est/ vt Iuuenalis inquit, alienæ incumbere famę. Volo tamen venerandissimos huius ordinis patres super hoc latius consulere: & potius sup hoc reuerēdus pater Chunradus Reūter abbas cesariensis dignissimus, & litterarū peritia omnipharia conspicuus, rescripsit celebrem esse Dionysiū in ordine doctorem, de Ebracensi nec quicquā audijsse. Sed redeamus ad aciem. Profunde tangit illam materiā chunradus Ebracensis, siue Dionysius in tertio pro illius vnionis hypostaticę dignificatione. Vnde ex multis illam notabilem deligo propositionem.

Iuuenalis

Ebraco

V PROPOSITIO EST HAEC: Si per impossibile vel possibile persona diuina assumeret naturam/ sic ꝙ illam naturam lateret assumptio, adhuc illa natura vnita peccare nō posset. Probat: quia ip̄m suppositū nō potest peccare: nec potest esse actio ipsius naturæ quā non agat ipsa persona in natura. Et hæc est præcipua ratio quare natura peccare non potest: quia esto ꝙ non haberet claram visionem, nec gratiam, nec gloriam, quę omnia Dionysius in ꝓloquio tertij reputat impossibilia: adhuc tñ natura vnita esset impeccabilis, eo ꝙ principale agens scd̄m eam, scilicet suppositum est impeccabile. Quę autem repugnent supposito diuino, quæ non repugnarent naturæ dimissæ/ ijdem ostendunt luculenter in duodecima ꝓpositione. PROPOSITIO ALIA

Dionysius

CHRISTVS Assumpsit defectus humanæ naturę, non repugnantes infinitæ perfectioni suppositi assumentis: cuiusmodi sunt effectus concernentes culpam, miseriam, & indignitatē. Culpam: vt peccare, inordinate velle mentiri. Miseriam vt errare, damnari. Indignitatē: vt nescire ea quæ scire est vtile, difficultari in bono, esse leprosum &c. Hęc sint breuiter dicta de præsupposito, & fige pedem in Hugolino & Dionysio seu Ebracensi Nunc de q̄sito recitemus doctorū varias opinatiōes.

VI Armacanus

OPINATIO PRIMA Est domini Richardi Armacani Hiberniæ Primatus in quæstionibus Armeniorum libro sedecimo, qui dicit se desyderasse audire doctorē in hoc a prima sua auditione Theologiæ, & adhuc sitire. Vnde mens eius stat in istis propositionibus.

PRIMA PROPOSITIO Non sufficienter excusatur CHRISTVS a mendacio per hoc quod dicitur eum posse nunq̃ asseruisse quod asseruit: vult dicere Richardus: quia Christus prædixit Iudam traditurum & proditurum eum quod erat contingens: & si Iudas non prodidisset eum/ dicunt aliqui christum tunc nunq̃ hoc asseruisse. Sed cõtra hoc & pro propositione arguit Armacanus quia CHRISTVS dixit discipulis: Et tunc dixi vobis priusq̃ fiat/ vt cũ factum fuerit credatis Ioannis decimoquarto: & Matthei vicesimo quarto. Et cõsequenter describit suum futurum aduentum ad iudicium/ concludens: Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit: quæ dicta omnia manifestã assertionem important: cum asserere nihil aliud sit q̃ aliquid voluntarie exprimere/ vt alius credat sibi illud. Igitur videtur necessarium quod Christus illa asseruit: sicut necessarium est quod ipse voluntarie ea discipulis suis expresserit, vt ita crederent.

SECVNDA PROPOSITIO

Si teneatur sicut magister sententiarum tenet/ & alij magistri & sancti doctores senserunt/ q̃ Christus sc̃d'm animam humanam omnia sciuit/ quę deus scit: non video quin oporteat concedere esse possibile quod Christus scienter falsum asseruit. Patet: quia ipse dixit Iudam proditurum, & Iudas potest non prodere. Ponatur ergo inesse, tunc Christus falsum dixit: & quia scit omnia, nouit etiam nõ euenturum sicut prædixit. Vnde dicit Armacanus: Ipsi igitur defendant/ qualiter non est modo possibile/ q̃ ipse contra conscientiam suam falsum asseruit: & si labijs christianis liceret dicere, sequi videt̃ quod possibile fuisset modo quod Christus dixisset mendacium/ scienter falsum affirmans: quod aures meę fateor nimis abhorrent: quoniam harum quæstionum defensio/ supponendo prædicto modo de scientia animę christi, mihi non occurrit: quare non accepto illud præsuppositum. Aduerte tamen/ quia negatũ ab Armacano est conclusum commune doctorum: etsi non eodem modo illud explicent/ sicut discordia eorum vota Cortesius distinctione secunda tertij collegit/ q̃ aliqui solum scientiam diuinam eorum quæ videret in verbo admitterent vt Hugo: alij sciẽtiam infusam solum in Christo admittunt, vt Scotus. Durandus scientiam infusam ab acquisita non differre arbitratur. Alijs contendentibus/ cum christus habuerit intellectum agentem & possibilem/ quod etiam potuit acquisita sciẽtia aliquid cognoscere/ ne frustra in eo ponerentur illę potentiæ. Sed hæc prolixiorem requirunt indaginem, in singularibus nostris discutientur.

VII Lõgobardus. Armacanus Cortesius Hugo Scotus Durandus

TERTIA PROPOSITIO

VIII

Mitius puto dicere nunc esse possibile quod Christus illa verba vel scripta non sciebat in verbo. Vnde q̃uis potuerit falsum dicere/ non tamen potuit mentiri: cum mendacium includat intentionem fallendi, quæ procul abfuit a Christo. Idem dixit de prophetis in præcedenti capitulo: vbi etiam concedit illam disiunctam/ q̃ possibile est eos vel decipi, vel mendacium dixisse. Concludit ergo negari non posse/ quin possibile sit Christum in asserendo futura falsum dixisse. Et vtinam illum audirem qui hæc vtraque/ & eis similia euitaret.

QVARTA PROPOSITIO Non video quin sit possibile Christum multa futura ignorare scd'm animam: ex quo ab anima eius stante vnione, vt multis est visum, potest deus creaturarũ cognitionem auferre. Non audeo negare esse possibile quod Christus ignorãter falsum affirmat/intelligendo de ignorantia

Augustinus opposita scientiæ acquisitæ, quã sanctus pater Augustinus cognitionem vespertinam appellat: & ita finaliter residet ꝙ Christus in casu cõi falsum dixisset/ sed

Eliphat nõ fuisset merit⁹. Illi⁹ opiniõis fuit etiã Eliphat, vt renarrat Dionysi⁹ vel Ebraco

Ebraco IX OPINIO SECVNDA Adæ, Roberti Hokot, Syrensis, Hibernici, Petri de

Adam Syrensis Aliaco & similium: qui prędictę addunt opinioni/ ꝙ etiam potuit Christus de

Hibernicus absoluta dei potentia, manente vnione hypostatica, habere intentionẽ fallẽdi in dicendo falsum: & ita potuisset etiã assertorie dicere falsum. Sed adhuc nõ mentiretur: quia non haberet deordinatã intentionẽ fallendi: vnde scd'm eos postꝗ CHRISTVS prædixit E. fore anteꝗ ponatur in esse, tunc hęc est contingens: Christus asseruit falsum: & hoc semper intelligunt de potentia dei absoluta: qm̃ de potentia dei ordinata verum est quod dixit apostolus: Christus seipsum ne-

Paulus gare non potest. i. ad Thimotheũ. ĳ. Sed an Christus scd'm animã potuerit deci-

Adam pi, de hoc dicit Adam. Primo ꝙ nec anima Christi/nec aliqua creatura põt habere noticiam creatã euidentem euidentia intrinseca/cui formaliter repugnet deceptio de futuro aliquo. Secundo dicit/ꝙ stante cõmuni ordinatione & lege ordinata Christus certitudinaliter, id est absꝗ aliqua hęsitatiõe potuit iudicare infallibiliter: secus de potentia absoluta/scd'm quam potuisset decipi. Tertio dicit: non sequit̃, Anima Christi decipitur: igitur Christus deciperet̃ aut deus: accipiẽdo decipi negatiue/vt valet idem ꝙ credere aliter ꝗ̃ sit vel erit: & simul cũ hoc non scire quomodo res se habet. Si vero decipere acciperet̃ positiue, scilicet pro credere aliter ꝗ̃ sit vel esse debeat in re, sic concederet̃ in eo casu etiã Christum decipi: tunc enim decipi scd'm animam esset defectus pœnalis: & ita non plus repugnaret dei filio scd'm animam vnitam/ꝗ̃ dolore vel timore scd'm animam: talia multa adfert in hanc sententiam.

X OPINIO TERTIA DVBII RESPONSIVA

Est doctorum temperatæ & modestę linguæ/qui abhorrent aliquid huiusmodi concedere de Christo quod vel falsum dixerit/aut dixisse potuerit. aut fallere vel falli: Hĳ itaꝗ sapiẽtes ad sobrietatẽ omnia talia negant de Christo, cui nihil indecorum aut indecens debet ascribi: & istam conclusionẽ negatiuam ꝓbat va-

Ariminensis Paulus lens ille Gregorius dis. xliiĳ. primi. Quia scd'm apostolum, Deus fidelis est, seipsum negare non potest: dicit glossa: Christus qui est veritas/non põt seipsum negare: quod tñ faceret si dicta sua non adimpleret: hęc glossa. Patet ergo Christũ non posse mentiri vel decipere. Q₂ si quis euadẽdo dicat cũ Adã apostolũ loqui scd'm potentiã dei ordinatã: contra tñ Augustinus inducit illum locũ apl̃i vbi loquit̃ de absoluta potẽtia dei, vt mõstratũ est in priori dubio ꝓpositiõe. v

COROLLARIVM Secundum illam sententiam sequitur parificari & ęquiparari reuelationes Christi scd'm animam/& secundum diuinitatem: quia secundum neutram Christus potest fallere aut falli.

COROLLARIVM aliud sequit contra Anglicos/ q aliqua noticia creata, cō siderata in omnibus attinentijs est infallibilis: patet de noticia futurorū in Christo. Propter istud corollariū, cum superius in dubio vicesimo secundo de ea rē mentionē faceremus/ coartauimus nos ad sensa doctorum, quorum dicta tunc commemorabimus. Hoc propterea reuoco ad mentem, ne quis mihi hoc imputet quod in Dionysio Cistertiensi seu Chunrado Ebracensi non placet: Nam is dist. xli. primi art. ij. conclusione secunda negat aliquam noticiā creatam posse esse infallibilem de futuro contingenti. Et tamen in solutione rationis secundę, dubij secundi art. iij. ibidem ipse negat Christū scd'm aiam potuisse errasse/ aut falsum dixisse, quę duo dicta vt iacēt in verbis/ sibijpsis aduersant; vt patet intuēti. Anglici Dionysius Ebraco

RATIO Omniū prædictorum non est quæ communiter dicitur/ sed ea quæ tacta est per Hugolinū præstabilem ordinis heremitici doctorem, & Dionysium in præsupposito dubij: quia videlicet nulla est actio in natura/ quā nō agat persona in natura. Cōmunicata est etiam Christo omni scientia fiendorū. Quēadmodum ergo intentio dei nobis cōmonstrat quomodo deus nō possit asser torie falsum dicere, mentiri, decipere &c̄. ita per omnia dicatur de CHRISTO cum actiones in eo attribuant personæ. Et ita dicit Hugolinus oppositum esse damnatum per episcopū Parrhisianum Robertū cum communi consilio magistrorum Theologicę facultatis. Et dominus Dionysius recenset duos articulos Parrhisijs cōdemnatos de nouo. Primus est: Q. Christus potuit dixisse falsum & asseruisse assertiōe creata tam vocali/ q mentali, error. Alius articulus est: Q. possibile est Christum errasse scd'm volitionem creatā/ & mendaciū protulisse, error. Et huic sententię concordat canon sacræ scripturę & sanctorum patrū autoritas, quare inconcusse est seruanda: non obstante quacunque ratione, quæ reputāda est sophistica etiā si a nullo hoīe solui posset: vt ī documēto pambulo. ij XI Hugolinus Dionysius Robertus art. Parrhisien.

EVASIO AD ARTICVLOS PARRHISIANOS XII

Sed non desunt qui ad articulos adductos onus responsionis multiplicis assumunt Primo statim confugiunt ad Anglicorū adagium: quia articuli Parrhisiani non transeant mare. Ita per iocum dixit doctissimus comes Ioannes Picus/ q non transeant alpes, sic nō obligent Italos. Et nos Germani dicimus similiter q articuli Parrhisiorum non transeant Rhenū, etsi rhenus nō sit præcise limes germanię: vt pręcellentis litteraturæ vir Iacobus Vuimphelingus Selecustatinus in Germania sua aduersus desertores patriæ pulchre cōuincit, & Chunradus Peutinger locupletius adprobauit. Dicamus ergo eos non transire vogesum. Secundo aliqui volūt diluere illos articulos, sicut Andreas de castro articulū de odio dei absoluit/ q intelligantur de potentia ordinata/ non absoluta. Tertio aliqui adaptant solutionem Petri de Aliaco in quęstione finali primi in simili articulo dicentis/ q ille articulus fuit conclusus plus ad reprimendos elatos, ne pias aures offenderent/ q propter eius falsitatem. Anglici I. Picus German. Rhenus Vuimphelingius Peutinger Vogesus An. de Castro Aliacensis

ELIDVNTVR EVASIONES

PRIMA Solutio nil iuuat: quoniam etsi Ioannes Picus neget/ aut potius interpretet vnū articulū Parrhisiensem, hoc tn̄ facit per aliū articulū hūc corrigentē. Picus

Gotfredus
Parrhisienses articuli

sicut ad hoc allegat Gotfredū de fontibus dicentem ꝙ isti articuli indigent magna correctione. Et si persuasum sit articulos Parrhisianos nō omnes fideles obligare, quare non tenet̄ eis quilibet assentire: operanī tamen aliquid vt indecorū sit eos negare/vbi non violenta vrget ratio: præsumptio enim est pro eis quando doctissimi viri/& in Theologia exercitatissimi collegialiter (vt ita loquar) aliquid concluserunt/ꝙ hoc solide ac syncęriter, bene libratis vtrimque ratiōibus fecerint. Non tamen nego/quin extrarius aliquis non solum rationibus/ sed & patrum autoritate fulcitus posset nōnunꝗ aliter sentire ac ipsi Parrhisienses senserint. Nam cum homines sint/nō habentes illam spiritussancti assistentiā infallibilem sicut ecclesia: ideo possent aliqñ errare. Sed hic cōcordant sancti doctores & Canon sacræ scripturæ cum articulo: ideo ab eo nō est faciliter recedendum.

XIII Maioris

SECVNDA Solutio parū acomodate adfert̄. Nā Andreā de Castro Ioānes Maioris vir pręter singularē eruditionē eximie subtilis dis.xvij.q.viij.primi.nō difficulter repellit: Nā articulus est fact⁹ in materia ancipiti, frustra enim als fuisset fatigata facultas: modo nullus magistrorū/neqꝫ facultas Theologica dubitauit de potentia ordinata Christum non posse mentiri quomodocūqꝫ accipiat quis legem ordinatam, siue scripturam manifestantē nobis voluntatem dei, siue ordinatiōem eius qđ' de facto euenit vel eueniet: ergo intelligēdus est articulus loqui in eo casu quo erat dubium, scilicet de potentia dei absoluta: frustra ergo hic iacitur rethe ante oculos pennatorū. Sicut ergo articulus absolute & simpliciter loquitur, ita absolute & simpliciter est intelligendus.

TERTIA Solutio parum proderit si huc applicet̄: ꝗuis profecto oppositum huius dicere sit satis indecorū apud quemcūque Christianū: imo potius christicola deberet ambas aures præstringere & obtundere/ne audiret talia dici de salute & saluatore nostro/quæ nec Ethnicus patienter feret dici de bono ac honesto viro. Ista tamen solutio non ꝓderit dico. Primo, quia oppositum condemnatum est, non solum quia piarū aurium offensiuū/sed simpliciter tanꝗ erroneum & falsum: ergo ex forma condemnationis ꝓbat̄ falsitas eius: Tum secundo quia dato hoc quod assumit̄/fuisset certe sufficiens ratio condemnationis: nam ita multi censuerunt de multis ꝓpositionibus ab ecclesia reprobatis & abiectis, quas ꝓpterea non admittit, vel quia sunt piarum auriū offensiuæ/aut quia sunt simplicibus via & occasio errandi. Ita dicit Aliacensis.q.v.primi de illa: Essentia generat. Gregorius Ariminensis de illa: Tres sunt dij, & deus nō genuit deum, dis.v.primi in corpore & cauda quæstionis. Quilibet legens multa similia inueniet: in quibus doctores ingenue & sępe fatent̄ interdum rigorem sermonis nō abhorrere a veritate, nō tñ admitti ob causas iam dictas, quę potissimū militant in casu nostro. Quid em̄ insontes simpliciū aīos plus posset offendere/ꝗ Christū potuisse decipere, decipi, fallere, falli, & mētiri. Stat ergo articulus in veritate & ꝓbat cōclusum.

Aliacensis
Ariminensis

OBIECTIO DE S.PETRO.

Sed cōtra istam partē dubij est fortis obiectio & difficilis ab initio ꝓposita, in qua diluenda plerique cespitauerunt, aliquibus etiā victis & cedētibus: ea est de sancto Petro vel sibi: qua soluta vt Robert⁹ Holcot inqt, oīs difficultas cessabit.

Holcot

Simus ergo in tempore intermedio quo Christus prędixit negationē Petro, & ipsam negationē, tunc arguitur sic: Christus reuelauit Petro, anteꝗ̄ gallus cantet ter me negabis: quo facto anteꝗ̄ negatio contingat/adhuc est in potestate Petri non negare Christum/alioquin necessitaretᷓ ad peccandum. Ponatur ergo illud possibile inesse/tunc Christus dixit falsum: non ergo incōuenit concedere Christum potuisse dixisse falsum, aut etiam mentitum. Non curo ꝓponere expolita forma: nam vt pulchre in ꝓuerbio est: Vino vendibili nil hędera suspensa opus est, ita egregie illa ratio seipsam exornat ac conuestit/vt nullius dictionis aut ornatus egeat: sed ipsa per se est admodum viuida & robusta. Luctabimur tn̄ cū illa, si de ea triumphare possumus: sed prius quō maiores nostri cū ea manū cōseruerint/despitiamus. RICHARDVS Quodlibeto primo: quæstione. xix. Respondet ꝙ quantūcunꝗ̄ Christus p̄dixit Petro suā negationē/adhuc Petrus libere & cōtingenter negauit Christū, & ita peccauit: qm̄ etiā Christus p̄dicēdo intellexit ꝙ cōtingenter negaret eū. Vnde bona erat cōsequētia: Christus hoc p̄dicēdo intellexit ꝙ Petrus negabit eū contingēter: ergo Petrꝰ negabit eū contingēter: & hucusꝗ̄ bene. Ad formā dicit/ꝙ ista duo non poterant simul stare/ ꝙ Christus hæc prædixisset intendendo hæc asserere: & ꝙ illud non accidisset: & tn̄ dico ꝙ etiam postꝗ̄ Christus hoc dixerat Petro quod negaret, adhuc erat in libertate ipsius Petri non negare. Et ergo quāuis consequentia ista sit necessaria Christus dixit Petro asserendo ꝙ negaret eum: ergo negatio erat futura: non tamen propter hoc illud consequens est necessarium: quia cū necessitate consequētiæ stat contingentia consequentis. OBIICIT Contra se Richardus: Si antecedens est necessariū, & consequentia necessaria/tunc consequēs erit necessariū: sed in priori consequentia antecedens quia de præterito verum/fuit necessarium: ergo etiam consequens erat necessarium. Respondet Richardus assumptū esse falsum: Stat enim antecedens esse necessarium/ & consequentiam necessariam, consequente contingente: verbi gratia: Si deus præsciuit te commesturū cras, tu commedes cras. Consequentia est necessaria, & antecedens: quia si deus præsciuit nō potest hoc non præsciuisse: & tamen te cras commesturum est contingens. Concludit ergo quod Petrus potuit Christum non negare: & postꝗ̄ Christus dixerat quod Petrus negaret eum: non tamen potuerunt illa simul stare quod Christus hoc asserendo prædixisset: & quod eum non negaturus esset. Hæc Richardi solutio fideliter & pie recitata.

Richardus XIIII

Richardus

CONTRA RICHARDVM

Sed hic bonus alioquin nauita aberrat: neꝗ̄ satisfacit dubioso animo, neꝗ̄ argumento. Nam quis dialecticorū patienter ferat bonam esse consequentiā/ vbi antecedens est necessariū, & consequens contingens: cum omnis dialecticorū schola clamitet: Nunꝗ̄ in bona consequentia ex vero sequit̄ falsum, ex necessario contingens, ex possibili impossibile: propterea dixit Bonauentura noster dis: xl. primi, art ij. q. i. Et iterū ars dicit/ꝙ si consequens est contingēs, impossibile est antecedens esse necessariū: & q diceret huius contrariū/totā artē syllogisticā destrueret: cuius vis illationis est/vt oppositū consequētis nō possit stare cū antecedēte

Richardus XV

Bonauentura

Certum est autẽ ꝙ oppositũ consequentis stat cũ necessario: remittit se Bonauentura ad regulas tres quas reperies apud eum dis.xxxviij.ar.ij.q.ij. Vnde Ioãnes Bacchonis diui ordinis Carmelitarũ in sacris litteris antesignanus dis.xxxix. primi. miratẽ de quodam Viltoñ. quia in materia præscientię dei in bona consequẽtia admittit antecedens necessariũ/ & consequens esse contingens, quasi ipse in logicam peccauerit. Non ergo consulte respondet Richardus ad artificiũ dialecticum. Si enim consequens est contingens/ tunc poterit esse falsum, vel ad minus poterit aliter esse ꝙ per ipsum significet: non poterit autẽ aliter esse ꝙ per antecedens significet. Vnde ex vero posset sequi falsum: quo concesso/ periret omnis energia argumentationis. Vnde in ludicribus consequentiarũ huiusmodi ratiocionationis nexum non valere satis ostendimus.

I.Bacchonis

Vilton

Eckius

Richardus

SIMILE quod inducit Richardus prorsus nihil confert ad intentũ eius ad ꝓbandum/ quin maxime aduersetẽ: & hic labitẽ Richardus. Nam illam consequentiam tota doctorum cohors admittit: Deus præsciuit te cras commesturũ: ergo tu cras commedes. Sed sicut consequens est contingens, ita etiã antecedens: vt eleganter Alphonsus Toletanus dis.xxxviij. primi declarat, & supra abunde docuimus. Vnde cũ Richardus reputat illam necessariã: Deus præsciuit te cras commesturum, quia sit de præterito vera, quisque luscus etiam videre poterit quantum aberret, & quantũ decipiatẽ imaginando noticiam dei præteritã, aut determinationem pręteritã: quæ imaginatio (sicut dicit doctor subtilis dis.xl. primi. & Adam.q.iij.tertij) est falsa, & seducit imaginantẽ: cum omnes antiqui & Neoterici clamitent: In ęternitate nihil est præteritũ: & supra nos satis superꝙ explicuimus. Miramur ergo vehementer Richardũ/ ꝙ affirmat deũ nõ posse nõ prę sciuisse quod præsciuit: cuius contrariũ vniuersa Theologorũ schola habet. Deus enim quem prædestinauit/ potest non prædestinasse: & quod voluit/ potest nunꝙ voluisse: & quod præsciuit/ potest nunꝙ pręsciuisse, & hoc in futuris cõtingẽtibus: q̃a istę ꝓpositiones de rigore verborũ sunt accipiẽdę in sensu diuiso

Alphõsus Toletanus

Scotus Adam

ET NE PEREGRINA Aut exotica adferam⁹/ nõ citabimus in p̃sentia aliũ testem, nec appellabimus aliũ iudicem/ ꝙ illumipsum Richardum in primo cõmentario Theologicarũ sententiarũ dis.xxxviij.q.vi. vbi plane admittit, sicut aliqua futura possunt non esse futura, & nunꝙ fuisse futura, ita possunt nunꝙ fuisse præscita: & tenentes oppositum impugnat dis.xxxix.q.ij.art.i. Q̃ si quis vt Richardum defendat, eo confugiat/ quia illa ꝓpositio sit de præterito vera: Deus præsciuit te cras cõmesturũ: ergo sit necessaria per cõmunem regulam. Om̃is ꝓpositio de præterito vera/ est necessaria. Supra ostendimus quomodo illa regula nõ sit catholica, sed in duob⁹ casibus recipit limitationẽ: quorũ vnus huc accidit. Mirandum præterea quomodo stent simul, postꝙ Christus reuelauit Petro negationẽ, ꝙ Petrus non poterat eũ non negare, & tamen Petrus contingenter eum negabat. Si enim contingenter eum negauit (vt loquimur de contingẽti ad vtrũlibet) potuit ergo non negare, alioquin nulla erit contingentia/ sed necessitas. In summa illa Richardi solutio plus illaqueat & inuoluit/ ꝙ ꝙ explicet

Richardus

XVI Maioris

IOANNES MAIORIS Glegomẽsis Parrhisianæ Achademię (& quietet.

doctor Neotericus dis.xxxix.primi.multum subtiliter assumit illam obiectionē Sed quantū consequatur/aliorū sit iudicium: nos pro virili fideliter eum recitabimus. Dicit ergo sic: Primo admittendo deum posse absolute aliquod futurū reuelare: siue fuerit reuelatio exterior per signum vocale scriptū vel huiusmodi, aut interior causando assensum in intellectu illius cui fit reuelatio. Non sic/quin intellectus actiue coucurrat ad illum assensum: sed deus supplet omne extrinsecū vt vicem noticiæ appræhensiuę & similiū quæ solent ad assensum requiri. (Hęc dicit ꝑpter memorata contra Aliacensem dubio superiori) Et quando vlterius petis, An Petrus poterat non negare Christū? Respondet ꝙ sic: quia est vna modalis diuisa necessaria non repugnans alteri contingenti. Et quando ponis illam in esse, siue dando in esse illius modalis/siue ponendo esse sicut per illam significat/admittit: & tunc negat quod christus reuelauit Petro ꝙ ipse esset eum ter negaturus. Illud repugnat posito admisso: nam bene sequit̄, Petrus nunꝗ negabit christum: ergo christus non reuelauit hanc: Petrus ter negabit christum. Et licet istud sit falsum, hoc non refert: propter possibile positū & admissum in obligationibus/non inconuenit manifeste falsum concedere, dummodo sequat̄ ex posito. Et quia possibile est ꝙ Petrus non neget christū/hoc admisi: quod admissum pro antecedente/infert christum hoc nunꝗ reuelasse. Non sto in hoc ꝙ reuelatio est de vero/sed de quocunque assensu sic intelligo. Aliacensis

ET Licet ista sit de præterito vera: Christus reuelauit Petro ꝙ ter esset eum negaturus, non tamen ista est necessaria: quia ad præteritū est potentia/sicut ad futurum. Ponit postmodum vnam obiectionē: Aliquis dixit Petro, ter me negabis/& nullus alius a christo: ergo christus dixit Petro, ter me negabis. Hic respondet concedendo primā: quia est impertinens vera: & negando secundam, quia est repugnans. Et si quæris, quis tunc dixit Petro? Non concedam tibi de alio nominato singulari, quia impertinens falsum: videat arguens quis sit: declarat prolixe & conuenienter ad artem obligationū. Et nos late adnotauimus istū statū respondendi in exercitamētis logicæ nostrę: quæ anno ab hinc septimo in publicū ꝑdierunt. Sed ista a Theologo supponēda sunt, inqt Ioannes Maioris Anno. M.D. VI

CONTRA IOANNEM MAIORIS XVII

Hæc responsio clarissimi & subtilissimi viri, mihi nomine & cognomine homionymi/videt̄ plus esse quędam fucata & vmbratica euasio/ꝙ solida argumenti dissolutio. Vnde ꝓposita illa: Petrus poterat non negare christum, ipse bene admittit illam: sed cū subinde negat christum reuelasse Petro negationē, hoc inquam displicet, si reuelatio non includat ꝙ sit de vero/sicut ipse lubenter annuit Neꝗ satis apposite confugit ad hoc/ꝙ ad prę teritū sit potentiæ: nā hoc dudum nō latuit nos, si volumus prę teritū posse nō fuisse/tunc nec in illo dubio/nec in priori pateremur angustias, inqt cardinalis. q. xij. primi. Quantumcūque enim oppositum reuelatorū eueniret: tunc quia præteritum posset non fuisse: & ita dictum, factum, reuelatū, iudicatum, possent omnia nunꝗ fuisse. Vnde cum assumeres, Petrus potest non negare/cōcedo: Ergo Christus dixit falsum, nego cōsequentiā: quia Christus potest etiam hoc nunꝗ dixisse. Et si tu posueris tuam Aliacensis

de possibili in esse, ita ego ponam meam: quia præteritum potest non fuisse.
SED Supra improbauimus istam sententiã, quia & dictis philosophorũ repugnat: & a dictis sanctorum patrũ longe dissidet: intelligentiæ nostræ est aduersum: & a doctoribus cõiter aspernat. Mirũ ergo quõ in istam charibdim se doctor iniecerit: non arbitror tñ ꝙ ex ꝓposito & examine istam solutionẽ dederit sed tumultuarie solum ita responderit. Nam indubie si neruos ingenij huc tendisset, haberemus ꝑfecto ꝓ summa viri industria sicut maiora a maiore/ ita meliora. Q̃z parum autẽ conducat illa præsens solutio/ non melius ꝙ̃ ex verbis illius doctoris conuincemus. Videtis dñi eum præsidiũ maxime posuisse in eo ꝙ ad preteritũ sit potentia. Sed quo sensu ipse id affirmet/ audiamus eum eadem dis. in fine quasi, post longam digladiationẽ inquit: Malo sic dicere saluo saniori iudicio, sicut dixi hac parte in artibus/ ꝙ ista est distinguẽda: Deus potest facere præteritũ non fuisse: quia vel ly potest, capitur in toto ambitu ampliationis suę in ordine ad præsentia & præterita/ vt tantũ valet sicut potest & potuit: & tunc est potentia ad præteritũ: sed figendo obtutum ad futurũ/ sic scilicet ꝙ deus potest facere non fuisse, id est nunc habet potentiã/ & potest facere ꝙ Adam non fuerit. Et sic quicquid dicant alij/ hoc mihi in præsentiarum non est intelligibile ꝙ deus hoc possit facere. Hæc ille.

XVIII QVIBVS Verbis perpensis & clare intellectis/ apparet cuicunque aduertenti eum nõ sentire/ ꝙ pręteritũ possit non fuisse per quãcunque potentiã in eo sensu quo cõiter ambigitur: & in eo sensu quo ipse concedit/ nemo dubitat. Anteꝙ̃ enim Adam formaret̃ iam contingẽter erat futurus/ sicut iam necessario est pręteritus. Cum ergo iam in casu nostro illud dictum esse Petro a Christo sit ęque præteritũ sicut Adam: non ergo illa erit possibilis: Christus non dixit Petro ter me negabis. sicut nec illa: Adam non fuit. quapropter etiã non erit concedenda ꝓpter quodcunque possibile positũ bene respondendo, cuius obtutu ruit tota

Eckius solutio eius. Q̃uis nonnihil controuersię ei mouere possem super primo sensu per eum dato, viso eo ꝙ est modernus/ quomodo cõmutet modos significãdi accidentales in verbis potest & potuit, ꝓpter ampliationem ꝓuenientẽ ex modo significandi essentiali, vt nos in ampliatiõibus scripsimus. Nemo recte sanus negat illam: Deus potuit Adam non formasse: e regione nemo sine errore concedet illam, Deus potest Adam non formasse: ꝙ̃uis ꝙ deus non potest quod potuit/ sit ex parte rei iam positę in esse: sed nolumus in re leuiuscula (quod deceat maiestatem Theologicã) bellum mouere clarissimo viro: iam potissimũ cum nos altior materia & quidem difficillima auocet & retrahat.

SED ADHVC Arctius stringamus hominem, cum inquit Petrum non negare Christum/ inferre pro antecedente, Christum hoc nunꝙ̃ reuelasse: & ita secundum eum illa consequentia est bona, Petrus Christũ non negabit: ergo christus hoc Petro non reuelauit, semper supponendo ꝙ simus in illo tempore intermedio. Ex hoc ergo argumentor sic: Si ista consequẽtia est bona, ergo etiam bene sequit̃, Christus reuelauit Petro ꝙ eum negabit: ergo Petrus negabit christum. Tenet ista consequentia per communem regulam consequentiarũ quam

ipse etiam ponit scilicet ꝙ in omni bona consequentia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis:& ita hic feci arguendo ex opposito consequētię suę.Sed ista secunda consequentia non est bona,ergo nec prima sua,eo ꝙ deficiat illa proba consequentię bonę.Sed ꝙ secunda consequentia quę infertur ex prima non sit bona,est in sole:quia antecedens est propositio de præterito vera ergo necessaria ex communi regula. Immo ęque est pręteritum christum hoc dixisse sicut Adam fuisse.Consequens autem est cōtingens.In bona vero consequētia necessarium non infert contingens vt diximus contra Richardum: Et antecedens esse necessariū probatur etiam ex eo, quia nō facilius posset deus facere oppositum eius/ꝗ̄ reparare virginitatē corruptę:quod non potest scd'm eundem dist.xxx.q.ij.quarti.Quod si quis responderit sicut dixit doctor Zenesius Carmelita antecedens esse cōtingens:quia veritas eius dependeat a veritate vnius de futuro contingente.Hoc salua reuerentia illius doctoris non repellit argumentum:quia antecedens est absolute de præterito non dependens ab aliquo futuro.Nam hoc totum est præteritū Christum dixisse Petro,ter me negabis:ergo si verum/necessario verū.Sed Christum verū vel falsum dixisse, hoc est contingens:quia dependet a futura negatione Petri/quæ est contingēs. Hoc vnusquisꝗ̄ exercitatus logicus facile capit/quod est verissimū.Nō ergo placet mihi solutio istius doctoris:sed mallem eum audire ex intentione & ꝓfundius loquentē de hac materia.

Maioris: Zenesius Carmelita

DIONYSIVS CISTERTIENSIS

XIX Dionysius Ebraco

Dominus Dionysius,seu si ita mauis Chunradus Ebracensis (nam sum dubius quis alteri prolem detraxerit/vt audisti) is dis.xli.primi.mouet illam rationem Vnde in summa vult/& bene,posse quidem aliter euenire ꝗ̄ fuerit prædictum aut reuelatū:& ita reuelatio potest nunꝗ̄ fuisse reuelatio:& ꝓphetia nunꝗ̄ prophetia.Et ei satis concorditer dixit Vuilhelmus Altisiodorensis in summa libro secundo tractatu sexto.c.iij.ꝙ licet dictum necessarium sit esse dictum: tamen dictum prophetice non est necesse esse prophetice prædictum: quia poterit aliter euenire ꝗ̄ sit prædictum:& illud non fuisset prophetice dictum.Licet de potentia dei ordinata nulla reuelatio vel ꝓphetia etiam de futuro sit futura falsa quin ita contingenter eueniet qualiter prædictum est:nec talis contingentia tollit certitudinem fidei/sed bene certitudinem scientiæ.Vnde tunc ad formam respondet Ebracensis,cum arguitur:Aliter poterat euenire ꝗ̄ Christus dixit:ergo christus potuit falsum dixisse vel asseruisse.Concesso antecedente/negat consequens & consequentiam: & hoc propter vnam regulam quam ponit distinctione tricesima octaua primi.articulo primo:Nullum consequens verum infert formali consequentia suum antecedens posse esse falsum:vnde cum hic consequēs esse verum/inferat antecedens posse esse falsum:ideo consequentia non valet. Dat instantiam in simili:Non sequitur, deus præscit A.fore:& A.potest non fore: ergo deus potest præscire falsum.

Altisiodorensis

CONTRA DIONYSIVM

Sed nec ista solutio aliquid diluit:Nam quod primo dicit consequentiam non valere,recte quidem arbitratur/sicut supra sępe diximus.Dein autem quod assu

mit de consequentia formali/nihil hic operat: quia etiam arguens nō diceret eā esse formalem/sed tamen bonam. Vnde nulli dubiū si de Eckeberto argumentum fieret/sicut fit de Christo, consequentia esset admittēda. Q₂ tertio loco fundat se super regula sua/ęthiopem lauat. Nam cōcessa illa regula quam nec Chrysippus/nec Zeno Eliates posuerunt: tamen non plus huc confert/q̄ quintus pes in ariete. Nam ponat cp consequēs/scilicet Christus potuit dixisse falsum, sit verum: tamen non infert formaliter antecedens posse esse falsum. Nam dato consequente vero/illa propterea non reddit falsa, Christus prædixit Petro ter me negabis. Nec illa: Aliter poterat euenire/q̄ Christus prędixit. Verū est quod multum ac diu cogitaui super ista solutione/vt si possem decoriter Dionysium cum honore defendissem:, sed male horas locaui: nam non video quo pacto ei consulatur. Tentabimus nos post tot heroes periculum ingenioli nostri facere, oppositam rationem aliter q̄ consueuerit soluendo: q̄uis omnino sim in voto domini Armacani, vt mallem ab alio in hac parte doceri/q̄ temere mea prodere.

Chrysippus

Armacanus

SOLVTIO ECKIANA

XX Eckius

Euacuatis ergo prioribus solutionibus/ego ita respondeo ad argumentum in forma, quia multa iam diximus de materia. Cum assumit: Christus prędixit Petro ter me negabis. Concedo & dico cp illa prędictio licet fuerit de futuro contingenti vero, tn̄ quia prӕterita non potest non esse facta: potest tamē non fuisse prędictio prophetica, aut nō fuisse reuelatio. per prędicta ab initio de ista materia quomodo reuelatio possit esse non reuelatio.

Cum assumit secundo. Petrus autem poterat Christum nō negare, admitto etiā illud, quia mere cōtingenter Petrus negauit, nulla necessitate cōpulsus: & in potestate sua erat omnino non negare: & liberum arbitrium ei in nullo per illam prędictionem fuit ademptum vel diminutum

Ariminensis

Cum infers: ergo Christus potuit dixisse falsum. Distinguo illud cōsequens vti supra ex Gregorio desumpsimus, quia vel per dicere falsum intelligis proferre enuntiationē falsam scd'm verba exteriora/& sic concedo, nec hoc est inconueniens/nec de Christo/nec de deo ad sensum primę ꝑpositiōis prioris dubij. Aut intelligis cp assertorie dixit falsum/& sic nego consequens & consequētiam. Et ratio negationis est: quia sicut deus potest nunquā reuelasse quod reuelauit: ita CHRISTVS potest nunq̄ asseruisse quod asseruit. Vides ergo quomodo seperem hic dicere & asserere: quia CHRISTVS non potest nō dixisse quod dixit: & tamen potest non asseruisse quod asseruit.

XXI

VIS Videre fundamentum huius negotij/referam acceptum clarissimis viris, ex quorū monumentis occasionē accepi inuestigandi/& hanc solutionē inueniendi. Primus est valens ille Gregorius Ariminensis heremita, qui (vt supra annotauimus) dicit ad assertionē sicut etiam ad mendaciū requiri intentionem: repone hoc memorię. Alter est Hugolinus eiusdem sacri ordinis nō pœnitendus doctor/dum in tertio inquit, nullam esse actionem in ista natura assumpta quā non agat persona quӕ est filius dei. Hӕc duo dicta ꝑfunda mente rimata, conbinaui. Dico ergo cum ad assertionē requiratur intentio, potest autem filius dei

Ariminensis

Hugolinus

nunq̃ voluisse aut intendisse quod voluit vel intendit/sicut deus: quia est deus. Idem ergo est in natura assumpta in qua operatur persona per propositionem Hugolini: ergo nunq̃ poterit assertorie falsum dicere, mentiri, aut decipere: & ita repugnat naturæ per quam & in qua agit. Propterea dixi superius in præsupposito si estis bene memores, Aliquã noticiam creatã infallibilem cum omnibus attinentijs: hoc autem fit si huic calculo addas intentionẽ diuinam principaliter & primario & proprie agentem in hac natura. Quantumcũque ergo aliter eueniret/ CHRISTVS non fuisset mentitus, nec dixisset falsum assertorie. Cum enim sit omnisciens/ nouit quomodo sit euenturũ: & sic assumo argumẽtum finale Richardi superius adductum/ cum inquit, Non posse simul stare q̃ Christus hoc asserendo dixisset, & q̃ Petrus eum non negasset: quod vtiq̃ verum est: quia si non euenisset/ tunc Christus licet hoc prædixisset, nunq̃ tñ asseruisset: & ita fuisset simplex prædictio/ sed non assertio: Richardus tñ hoc nõ sic intellexit. Richardus Bonauentura

APPENDIX PRO BONAVENTVRA

Hoc pacto exorna verba diui Bonauenturæ nostri, & ab omni morsu improbantium erunt salua/ dum iu primo dis. xl. ad litteram illam communem obiectionem suscipit enodandam: verba Seraphici doctoris sunt ista. Dicendum q̃ in dictione Christi duo sunt, scilicet verbi prolatio/ & assertio. Et verbi prolatio simpliciter est præterita & necessaria: & ex illa non sequitur, Christus hoc dixit: ergo hoc erit. Protulit enim hoc verbum: Ero similis vobis mendax. Est iterum assertio: & illa sequitur illustrationem diuinæ præscientię. Sicut ergo diuina prę scientia est certa & infallibilis, cui non potest subesse falsum: & tamen aspicit futurum, & connotat circa ipsum veritatem: ideo non est necessarium deum præsciuisse quod præsciuit: q̃uis sit certum & infallibile. Ita intelligendum de Christi assertione/ q̃ certitudinem & infallibilitatem habet a diuina præscientia: sed tamen non est necessarium Christum hoc asseruisse. Et ideo si ponatur hoc non contingere/ ponit̃ & Christũ hoc non asseruisse: & sic patet illud & cõsimilia. In assertione enim Christi duo sunt, scilicet actus mentis: & relatio ad futurũ contingens siue ordinatio: & q̃uis vnum sit necessarium, reliquum tamen est contingens. Habes quod quæris in Bonauentura.

COROLLARIVM. Sequitur quod ego sum de numero istorum de quibus dicit Adam/ q̃ ęquiparant reuelationes scd'm animam Christi/ & diuinitatem. Ita dicit Adã quęstione q̃nta, dubio secũdo tertij. Vnde quod ipse inq̃t in dubio primo/ posset applicari huc, scilicet si Christus scd'm voluntatem diuinã prædixit E fore, adhuc E. non fore est contingens. Et dato quod E. non erit, & q̃ Christus prædixerit E. fore/ non intendebat hoc absolute asserere q̃ E. foret. Sed hoc dixit sub aliqua conditione subintellecta quæ non erit scd'm potentiam dei ordinatam. Hoc inquam dictum optimo iure potest hic applicari: quoniam parifico vt dixi vtramque reuelationem. Et profecto libenter vellem audire fortes rationes (si quæ essent) contra illam solutionem: quia credo omnes faciliter dilui & exsolui: & vtinam si quæ ab alijs ingenio valentibus in breui mouendę forent/ q̃ earum copiam nunc haberem, quo eis satisfacerem, & nullius roboris XXII Adam

esse palam commonstrarem.

NOTVLA

SED MEMOR Sis istius quod superius monuimus, Omnia ista proueni-re præcise ratione vnionis: quia natura qualitercunque assumpta hypostatice non posset peccare, decipere, decipi, aut mentiri. Vnde licet deus de absoluta potētia posset suspendere omnem actum in anima Christi, ita quod ipsam vnionē non ne-
Henricus cessario sequatur fruitio contra Henricum & alios: tamen quod Christus non potuit
Aquila peccare &c. non est ipsa beatitudo, sicut ponitur per Petrum de Aquila / & Sco-ti imitatores / sed vnio. De illo iam diximus in præsupposito dubij.

XXIII
Armacanus AD ARMACANVM, qui innuit quod Christus asseruerit illa quæ prædixe-rit apostolis / cum inquit: Et nunc dixi vobis priusquam fiat &c. Respondetur quod verum est de facto asseruit: sed sicut poterat absolute nō euenisse quod prędixit ita potest hoc nunquam asseruisse: nihilominus ipse volebat discipulos sic credere, si-cut prætendebāt verba. Simile habuimus supra de præcepto quo præcepit de-us Abrahę immolationē Isaac: cum tamen quis non expressisset conditionē latentem aposto-
Syrensis
Adam lis. Vnde bene dicit in hoc Syrensis, & subscribit ei Adam / quod non refert ad me-ritum fidei siue verum sit siue non quod creditur: sed illa prompta obedientia proderit qua captiuat intellectum in obsequiū fidei: de quo supra. Assentit Ar-
Armacanus macanus met. c. i. libro. xvi. de quæstionibus Armeniorū. Et quod omnia dicta ma-
Petrus iorem probabilitatem naucišcantur / etiā hoc addendum: Si sanctus Petrus post prædictionem sibi factam non prorupisset in illam præsumptionis vocem, etsi omnes scandalisati fuerint in te / ego nunquam scandalisabor. & iterū: Etiam si opor-tuerit me mori tecum / non te negabo: vt loquuntur pulchre de præsumptione eius temeraria diui Chrysostomus, Augustinus & Ambrosius. Sed sicut Nini-uitæ suam fragilitatē cognouisset, & cum Ezechia rege flens gratiam & auxiliū dei implorasset, rogando IESVM Christum vt eum a tali casu pręseruaret, nō ex suis meritis / sed ex gratia domini nostri IESV Christi, pie credendum esset Christum eum præseruasse ne negaret: sicuti Niniuitis pepercit: & Ezechia non obstante prophetia quindecim annos addidit. iiij. Reg. xx. Nemo ergo tunc di-xisset Christum falsum asseruisse, sicut nec Ionam aut Esaiam. Et hęc de ista for-ti obiectione omnia cum humilitate & reuerentia sicut decet iuuenem exhibere.

OBIECTIO SECVNDA

XXIIII Contra responsionem dubij est argumentum commune quod formatur dist.
Saluator xij. tertij. Christus dixit Ioan. viij. Si dixero vobis, quia non noui eum / ero simi-lis vobis mendax. Sed Christus potuit hoc dicere: ergo potuit esse mendax. Re-
Thomas spondet sanctus Thomas ead. dist. art. ij. q. i. ad subsumptum / quod verum est Chri-stus potuisset hoc dixisse si voluisset: sed impossibile fuit eum hoc velle. Ista ta-
Vorrilon men solutio non sufficit, inquit Vuilhelmus Vorrilon: ex quo enim totum po-tuit dicere / potuit & partem dicere: & potuit velle quod potuit. Vnde aliter re-
Bonauentura
Scotus spondet diuus Bonauentura noster, & sequitur doctor subtilis / quod Chri-stus potuit dicere, id est proferre illam partem recitatiue seu materialiter: sed nō potuit dicere, id est asserere illam partem: quia hoc non potuisset esse / nisi intelle-ctus eius potuisset decipi si assentiret / vel animi signum voluntarie prolatū dis-

cordare a significato, quorum neutrum potest esse in perfecte beatis: quia vtrũque est imperfectionis: vnum moralis: alterum intellectualis

VIDETE Domini mei Thomam de Argentina eadem distinctione qui magis apposite respondet ad illam rationem, & conformius modo dicẽdi nostro infit autem sic: Quis verba significantia mendaciũ Christus potuerit exprimere & dicere q̃tum ad sonum verborum materialem, sicut ad litteram dixit, non noui eum, præmissa tamen conditione/si dixero vobis. Formaliter tamen & significatiue Christus huiusmodi verba non potuit dicere: quia ab æterna veritate qua suppositaliter subsistebat/deuiare nõ potuit: & hoc concordat solutioni nostræ prioris obiectionis. Brauardinus dicitur multas rationes contra conclusionem istam induxisse: sed vndiquaq; feci scrutinium: nõ potui tamen eas habere. Sum ergo contentus de istis tribus prolixis dubijs: in quibus si quid boni reperitur, deus opt. maxi. laudetur: si quid vero minus decorum aut probatũ offendit/ignoscendum est Eckio: qui etsi nõ optima vsquequaque sit assecutus, nihil tamen de labore, vigilijs & studio prætermisit/vt ea adipisceretur. Quodq; doctores celeberrimi fama super æthera noti/quorũ non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum, aliquãdo a nobis leuiuscule notati sunt, nullus factum arbitretur reprehendendi studio/sed veritatis: quam tantopere inquirimus, amore. Dum enim (opinionibus vltro & citra contrarijs) veritas fluctuat/ eam assertionem sequendam duximus, cui rationũ pondus suffragatur/ & quæ fidei nostræ magis faueat: quare contra validam Anglicorum & aliorum doctorũ manum existimauimus neq; deum/neq; Christum posse fallere, decipere, decipi, falli, falsum dicere, mentiri & huiusmodi. Non enim semper autoritatibus aliorum (inquit Zasius) p̃functorie fidem esse arbitror/quinimo pulchrum iudico, si veritatem post se quisque a tenebris eruere nitatur. Itaq; ab illorũ sententia recedens/nulla id timoris inflatura/nullo supercilij fastu admissum credat quispiã: sed veritatis eruendæ desyderio factitatum firmissime teneat. Præsupposito nunc ex dubio. xix. q; alicui possit reuelari sua dãnatio reuelatione interiori, cui nõ põt talis dissentire, emergũt iã alia dubia: & est iã in ordine vigesimũquartũ

Marginalia: Argentinus; Brauardinus; Zasius

DVBIVM VIGESIMVMQVARTVM V. TALIS CVI REVELATA EST SVA DAMNATIO, PECCET NECESSARIO PER DESPERATIONEM, ET EXCIDAT A CHARITATE.

PRæmittatur scd'm Adam, Syrensem, Gregorium, & Cameracensem, desperationem posse vsurpari biuariam. Vno modo improprie pro firma credulitate qua quis credit se damnandum vel diffidit se fore saluãdum. Aliam significantiam sortiẽ, firmam scilicet credulitatem qua quis credit q; si faciat quod in se est pro statu viæ ad habendam beatitudinem, adhuc eam non sit habiturus: sicut Cain quando dixit: Maior est iniqtas mea/q̃ vt veniã merear, Genesis. iiij. Idẽ de Iuda. Verũ est q; Ioannes Maioris obijcit cõtra ista/sed missa faciamus.

PROPOSITIO. Actus desperationis secundo modo dictæ opponitur directe actui spei virtutis Theologicæ, & non primus. Patet: nam virtus spes non in

Marginalia: XXV; Adam Arriminensis; Syrensis; Aliacensis; Cain; Iudas; Maioris

clinat ad sperandum vitam æternam, nisi per debita media a deo præfixa/nobis notificata: alioquin iam non esset spes/sed temeraria quædam & futilis præsumptio, vt patet dist.xxvi.tertij.& in fine de peccatis in spiritumsanctum. Et istud
Keisersperg ius vltimum. d. Ioannes Geiler Keisersperg ius optimus vir consultus a me ante sex annos ad pulchrum dubiũ applicabat: cuius verba adhuc memori mente teneo: sed dubium ad materiam nostram est impertinens/idcirco transeo. Et ad dubium motum per quattuor propositiones respondeo

XXVI PRIMA PROPOSITIO. Stãte tali reuelatione interiori ad sensum in dubio decimonono datum, tunc talis firmiter credet se fore damnãdum. Patet ista ꝓpositio vnicuique intelligenti quid sit reuelatio interior/cum deus imprimat sibi illum assensum, siue rectum/siue reflexum: vnde talem certitudinem apparet
P. Scriptoris mihi expostulasse frater Paulus Scriptoris in fine primi/dum inquit: Nullus tenetur credere prædicenti damnationẽ suam/nisi esset omnino certus ꝙ deus im
Adam mediate & sententialiter reuelaret: hoc tamen nõ excidat a memoria quod Adã dicit. q. vi. tertij. Quantumcunque facta fuerit ei talis reuelatio/ꝙdiu est viator non potest scire suam damnationem, loquendo de scire vt dicit euidentiam.

SECVNDA PROPOSITIO. Stante tali reuelatione de qua in titulo dubij Ille cui facta est talis reuelatio interior necessario desperabit/vel iam desperat, loquendo de desperatione in prima significantia. Illa propositio est nota ex quid nominis terminorum, quare non eget vlteriori probatione.

TERTIA PROPOSITIO. Stante tali reuelatione vt supra, ille cui facta est talis reuelatio non tenetur propterea desperare, secũdo modo loquendo de desperatione. Patet iterũ illa propositio ex diffinitionibus vtriusque termini. Stat enim sine omni repugnantia quod Eckebertus firmiter credat se damnandum, & tamen cum hoc assentiat/ꝙ si esset facturus ea quæ sunt legis Christi/ꝙ tunc saluaretur.

QVARTA PROPOSITIO

Stante tali reuelatione non sequit̃ ꝙ talis sua desperatione peccet aut perdat charitatẽ aut spẽ. Probat̃: quia illa credulitas siue desperatio primo modo dicta nõ est sibi peccatũ, cũ nõ sit libere a voluntate elicita vel impata/sed supnaturaliter a
Syrensis deo impressa: & ita nõ repugnat charitati. Secus inqt Syrensis vbi volũtas humana libere cõprincipiaret illum assensum cooperando deo: nã tunc fortasse ille as
Holcot sensus non vacaret culpa. Non tamen accedo sententiæ d. Roberti Holcot ꝙ deus alius non posset imprimere assensum/nisi cooperante potentia in genere causæ efficientis: nam oppositum supra satis superq̃ commonstrauimus

Aliacensis XXVII ADDIT PETRVS ALIACENSIS, Q. IMO STAret absolute talem mereri per talem desperationem/si deus præciperet illam credulitatem illi: licet legi communi repugnet. Nam sic præciperet contraria, scilicet sperare & desperare. De tribus propositionibus nullam habeo controuersiam, nisi quod leuicula argumenta addemus post sequens dubium Propositio tamen quarta
Aliacensis quæ est domini cardinalis Cameracẽ. efflagitat pium interpretẽ: nã stante illa reuelatione, & ꝙ sit reuelatio/non erat falsa: als iam nõ esset reuelatio: Sequitur ergo illum finaliter non permansurũ in gratia/& ita perdet charitatem: & si nõ

ex continenti facta reuelatione aut propter reuelationẽ, finaliter tamen excidet a charitate propter aliud delictum. Et hoc dico si maneat reuelatio: quia satis iam compertum habemus quomodo reuelatio pendens a futuro cõtingenti potest esse non reuelatio/imo nunq̃ fuisse reuelatio: licet non possit non fuisse iudiciũ in eo qui iudicauit assensu creato: cuius ratio supra assignata est.

DVBIVM VIGESIMVMQVINTVM AN NE IS CVI FACTA EST REVELATIO INTERIOR DE SVA DAMNATIONE POSSIT LICITE ORARE PRO SALVTE SVA:

PRo discussione illius ambiguitatis recitabuntur tres modi dicendi doctorũ se mutuo impugnantium: tamen nos vindicabimus omnes ab iniuria. In re enim non multum discrepant.

GREGORIVS ARIMINENSIS IN FINE PRIMI

Præsupposito q̃ talis reuelatio fiat aut fieri possit/ quod est sibi dubium, tunc hæc ferme respondet ad dubium. Nos per propositiones explicabimus. XXVIII Ariminensis

PROPOSITIO PRIMA Facta tali reuelatione, Si constaret huic cui facta est reuelatio/q̃ deus hunc hominem non vellet obligare ad damnationem suã tunc ipse sciens voluntatem debet contentari/& velle q̃ deus damnaret eum, ex quo sic esset placitũ deo, in cuius manu sunt omnia, qui occidit & viuificat. Vnde dicit dominus Gregorius/q̃ ille actus quo se conformaret talis volito diuino/procederet ex maxima dilectione dei: & non esset talis actus culpabilis/ sed laudabilis. Et dicitur in propositione quod constet huic/q̃ deus non velit eum obligare ad nolẽdam suã damnationem: quoniã sæpe vsuuenit/ quod deus aliquid vult simpliciter, & tamen obligat hominem ad volendũ oppositum eius, vel ad nolendũ illud: sicut deus vult patrẽ Eckeberti mori: & tñ vult Eckebertũ non velle mortem patris (suo modo vt declarat Herueus) sed dolere super morte patris. Melius exemplum habuimus superius deus noluit Isaac immolari: & tamen obligabat Abraham ad volendam immolationem Isaac. Et in vniuersum est hoc verum de præscitis quos deus vult finaliter dãnari: & tamen ipsi q̃ diu viuunt/tenentur velle oppositum illius. Herueus

SECVNDA PROPOSITIO. In tali casu non est licitum ei orare pro finali salute animæ suę: sed debet simpliciter cõtentari de iudicio diuino. & huic ꝓpositioni fauet diuus Augustinus. xxi. de ciuitate dei. ca. xxiiij. vbi ostendens q̃ boni angeli & beati nõ orabunt pro damnatis/sicut nec modo ecclesia: q̃uis ꝓ inimicis iussa sit orare, pro damnatis tamen non orat. & subdit: Deincp̃ si de aliquibus ita ecclesia certa esset/vt qui sunt illi etiam nosset: qui licet adhuc in hac vita sint constituti/tamen prædestinati sunt in ęternũ ignem ire cum diabolo: tam pro eis non oraret/q̃ nec pro ipso. vbi aperte testatur ecclesiam non oraturã ꝓ viatore quem nosceret reprobatũ. Vnde pulchre Franciscus Maronis ibi veritate. xxvi. elicit documentũ/q̃ nullus debet orare pro eo quem constat esse damnatũ: quia tñ certi non sumus/ideo nõ oportet cessare ab oratione ꝓ defuncto XXIX Augustinus Maronis

Gregorius in fide: ꝑ infideli vero nequaq̃. Vnde b. Gregorius dicit̃ fuiſſe ꝑcuſſus/ q̃a ꝑ Traiano orauit. & poſtea infert, orantē ꝑ defuncto dãnato ſciēter/ peccare mor taliter: q̃a ſacrilegiũ eſſe videt̃ q̃n res ſacrę applicant̃ ad iſta q̃ ſunt cõtra inſtituti-
Saluator onē eorũ. Accedit huic ꝓpoſitioni quod dñs dixit Lucę. xij. Seruus ſciēs volũta tem domini ſui & non faciēs/ plagis vapulabit multis. Confirmat̃: quia ſi in iſto caſu ille potuiſſet licite orare pro ſalute ſua/ ſequeret̃ ꝙ licite poſſet orare pro ali- quo quod ſciret ſe non impetraturũ: ſed hoc videt̃ otioſum & ſtultũ: ergo &c̃.
Ariminenſis ADDIT GREGORIVS Prædicta omnia intelligenda fore in caſu quo q̃s
Dionyſius Ebracenſis eſſet certus deum ſic abſolute/ & non ſolum conditionaliter velle. Aſtipulat̃ Di- onyſius ſeu Chunradus Ebracenſis diſ. xli. primi/ inquiens: Niſi deus imprimat illam reuelationem, quacunque reuelatione exteriori occurrente/ tenetur adhuc orare. Sed impreſſa illa credulitate de qua in prioribus dubijs, ea ſtante/ nõ de bet orare pro ſalute ſua, ne videatur velle reſiſtere voluntati dei

XXX. CONTRA GREGORIVM ARIMINENSEM

Primo aduerſus primã propoſitionem poteſt ingenioſus argumẽtari ex verbis
Bonauentura Vorrilon Euſtachij Bonauẽturæ: & adhuc vrgentius ex Vuilhelmo Vorrilong diſ. xlviij primi. & maxime cum huc acies gregoriana inclinet, illum cui facta eſt reuelatio debere velle ſuam damnationem: quæ ſi in vniuerſum intelligat̃/ limam patiet̃: quod ex hijs liquet: Nam tria comperimus in damnatione (etſi Bonauentura dumtaxat duorũ meminit) Primo eſt in damnatione perpetua ſeparatio a deo quam nullus recte velle poteſt. Secundo occurrit in damnatiõe blaſphemia dei: Damnati ſemper prorumpunt in blaſphemiã creatoris/ vt atteſtatur pulchre S.
Thomas Thomas Aquinas in ſecunda ſecundę. q. xiij. art. iiij. qui etiam hoc addit proba- bile/ ꝙ poſt reſurrectionem ſit futura blaſphemia vocalis in damnatis, quemad modum in ſanctis erit laus vocaria dei: & ita vociferabũt: Maledictus pater qui creauit nos. Maledictus filius qui redemit nos. Maledictus ſpiritusſanctus qui in baptiſmo fuſus eſt ſuper nos. Maledictus deus qui nos intruſit omnibus ma
Ioannes lis. Citat teſtem Thomas illam ſacram animã Ioannem cap. xvi. ſuarum reuelati- onum/ dicentem: Eſtuauerunt homines eſtu magno: & blaſphemauerunt nomē domini habentis poteſtatem ſuper has plagas. quod diligenter adnotauit gloſ- ſa ibidem/ dum inquit: In inferno poſiti q̃uis ſciant ſe pro demeritis puniri: do lebunt tamen ꝙ deus tantam potentiam habet/ ꝙ plagas eis inferat. Tertio in damnatione numeratur pœna ęterna, cruciatus ille horrificus, carnificina anima rum. Nullus ergo poteſt contentari aut velle duo prima in damnatione, ſcilicet ꝙ ſit inimicus dei, & ſit blaſphemus in deum: ſed tertiũ forſitan eſſet tollerabili-
Ariminenſis us rectę rationi. Non moror in illa obiectione: quia arbitror dominũ Gregori um pro acutiſſimo ingenio ſuo intellexiſſe ꝓpoſitionem ſuã ſolummodo quo ad malum pœnæ quod eſt in damnatione: & non de malo culpæ, odij dei, vel blaſphemiæ: quare omnes rationes hac parte cõtra eũ formabiles nõ nauſeant.
CONTRA SECVNDAM Propoſitionem argumentat̃ Petrus de Aliaco
XXXI Aliacenſis quæſtione. xiiij. primi art. ij. concluſione tertia. Quia in ea conſiſtit pondus du- bij: vnde eam adorit̃ tribus vijs. Prima via ita incedit: Nam facta tali reualatiõe

stat adhuc quod iste sit in charitate/ uti superiori dubio peroravimus: ergo tenetur se amare ex charitate: & sic poterit sibi iuste velle bonū salutis: & ita per viam sequelę poterit etiam pro se orare. Vulgatū est enim illud, & in triuijs nemo est, qui ignoret interpretationē Gregorij super illo: Diligas ꝓximū sicut teipsum. aduerbium determinatiuū sicut, non dicere similitudinem aut qualitatem/ sed ordinem: & esse praeceptiuā orationem ratione vtriusque extremi, vt ille sit sensus: Diligas proximū post teipsum. Et ille sensus designatur in verbis sponsę in canticis: Ordinauit in me charitatē. Et in ista prima via cęterae rationes Petri continentur virtualiter: non erit tamen inutile summatim eas recensere. Gregorius

SECVNDA VIA Adgreditur Petrus Gregoriū. Quoniam adhuc iste cui facta est reuelatio/ tenetē amare proximū suū ex charitate, & velle sibi vitā ęternā Sed magis/ vel ęqualiter saltem tenetē se diligere, & ad tantum bonū sicut proximum. TERTIA VIA Hijs confinis est: quia iste ex tali reuelatione non absoluitur ab obligatione qua prius obligabatē: sed prius erat deuinctus certo ordini charitatis, qui exponitē per Bonauenturam nostrum dist. xxix. tertij. & reliquos doctores. Nam primo diligat deum: secundo se: tertio proximū: quarto corpus suum &c̄. Ista missilia eodem tormento omnia eiaculantur: qua vi autē muros Gregorij quassauerint/ euestigio explicabimus.

MAGISTRI ADAE SENTENTIA q. vi. tertij. Adam

Colligitur mens eius per Cameracensem in quatuor propositionibus. Verum erit difficile illas trahere ex Adam: melius tamen volo confidere in hac parte cameracensi, qui non longo interuallo legit post Adam: quē verisimile est quod audiuerit, vel eos qui ab eo audiuerunt latius quam in scriptis habeatur. XXXXI

PRIMA PROPOSITIO. Stante tali reuelatione ille potest licite orare pro salute animę suae. Probatur: quoniā per talem reuelationē, dum est viator non potest scire finaliter damnandū: vnde adhuc sciret illam esse possibilem: ego nō dānabor. Nouit quoque se non damnaturū/ nisi ipsemet libere demereatē. Potius ergo debet orare vt illa credulitas ab eo auferatē, & quod nō eueniat sicut ipse credit

SECVNDA PROPOSITIO Si talis cui facta est reuelatio ꝓprie & infallibiliter sciret quod damnaretur/ tunc non posset licite orare pro salute sua: quia sic vellet resistere voluntati dei cōtra dictum apostoli ad Romanos nono. Sed prę suppositum est sibi impossibile dum est viator.

TERTIA PROPOSITIO. De tali ꝓpria & infallibili certitudine loquitur Augustinus/ quādo dicit ecclesiā non orare pro eo de cuius reprobatione esset certa: sed tunc hoc non est possibile quod ecclesia sit isto modo certa, loquendo de membris ecclesiae: licet caput ecclesię Christus sic sciat scientia increata seu diuina. Augustinus

QVARTA PROPOSITIO. Quicūque libere & voluntarie haberet firmā & indubitatam noticiā de reprobatione sua, talis non posset licite orare pro salute sua quam diu ita voluntarie retineret illum assensum. Patet: quia pro statu viae nulli est licitū sentire vltimate diffiniendo de aliquo viatore vel de seipso quod sit reprobatus/ nisi sit ei reuelatū interiori reuelatione impressa: faciēs autē hoc peccat/ & est iniustus. Vide Adam praestabit forsitan tibi maiorem intelligentiam.

Aliacensis CONTRA ADAM Argumentat̃ cardinalis, potissimum contra secundum dictum: quia fallibilitas vel infallibilitas noticiæ non facit ꝙ aliquis velit oppositum iudicati firmiter, per eum/vel non. Probat per exempla: quia Christianus tenetur firmiter credere illos duos articulos: Christus resurrexit a mortuis Nos resurgemus: & tñ de primo habemus noticiã infallibilem/cum sit præteritum: & de secundo fallibilem, quia est respectu futuri contingentis.

XXXIII SECVNDO Telum quatit aduersus dictum Adę. Talis tenetur orare ꝓ salute animę suæ/quãdo deus imprimit talem firmam adhęsionẽ &c̃. per dictum primum: ergo etiam adhuc tenetur/supposito ꝙ ille talem credulitatem libere causaret: cum eadem ratio militet vtrobique.

DEFENSIO ADAE CONTRA CAMERACENSEM

Bõbarda germanorum inuentum Sed audi tu lector, noli existimare rationes illas cardinalis esse tormentis & machinis Bombardarũ a Germanis repertis similes: quæ murũ primo ictu contundant atq; diruunt. Vnde facili vmbone studiosus Adę lector hęc iacula repellet PRIMVM ita diluet, firmitatẽ iudicati non impedire/quin adhuc noscat possibile se non damnari; quod si autẽ infallibiliter sciret se damnari/ iam conatus sui essent cassi ad bonũ. Et mirum ꝙ Cameracensis nõ aduertit aduersus iudicium certum & infallibile intellectus voluntatẽ nõ posse efficaciter: potest quidem ad esse velleitas quædam ad modum loquendi sancti Thomę: sed non sic de eo ꝙ intellectus etsi firmũ/non tñ tanta certitudine pręponit voluntati. Sed nolumus ingredi hoc brocardũ. ALTERVM Iaculum facile deprecabimur. Quis em̃ non videt non parũ/imo multũ referre, si quis pro libito suo talem excudat assensum, & cum a deo sibi imprimit̃: cum primũ pro arbitrio possit abijcere: altero vero sua sponte nequeat despoliari. Quis hoc non nouit ignorantiã erroneam deponendam/vt est cõmunis Theologorũ maxima in secundo. Et Gerson

Gerson christianissimus cancellarius in regulis moralibus ꝓbe instruit. Par est ratio de assensu ad animi votũ cõflato: quare edentula est illa cameracensis ratio, inermis penitus & nullius roboris. Despitiamus tñ quid Petrus sentiat sup dubio moto

XXXIIII si faciat ad stomachũ. PETRI ALIACENSIS SENTENTIA

Aliacensis In casu dubij dicit Petrus/si contingeret talẽ reuelationẽ fieri alicui/ is adhuc deberet orare pro salute animæ suę, quomodocũq; sciat suam damnationẽ: per talem enim reuelationẽ non absoluit̃ a præcepto de dilectione, oratione &c̃. Nisi ergo velit de nouo delinquere, habebit parere præceptis ecclesię & dei, deũ diligengo, & tempoꝛe constituto orando. Sed quia nonnihil ornamenti habent in se rationes pro Gregorio inductę, igitur curabimus ad mentem Cardinalis & nostram experiri fortunam, & eas dissoluere.

AD PRIMAM. Cum inducit̃ Augustinus de ciuitate dei, Respondet Cardinalis/ꝙ ecclesia pro tanto non orat pro diabolo, vel ꝓ eo quem sciret reprobatum: quia nihil ei prodesset: & etiam cognoscit se non teneri ad orationẽ pro

P. Scriptoris illo faciendã. Frater Paulus Scriptoris corrigit illud dictum Petri: sed non prodesse inquit, non sufficeret ad non orandum pro eis/si esset obligata orare.

XXXV AD SECVNDAM Respondet̃ multorum doctorum sententia/ ꝙ illud di-

ctum Christi est accipiendum de voluntate signi: quia seruus sciens voluntatem domini, quid prohibuit/quid præcepit &c. & nō fecerit/plagis vapulabit multis. Et ita vniuersaliter dicit Fraciscus Mayronis dis.xlvij. ꝙ nos tenemur in via nos conformare voluntati diuinę signi/non voluntati beneplaciti consequenti. Mayoronis
Si malueris intelligere de voluntate dei beneplaciti/tunc sale seraphico condienda est hęc propositio: qui in eadem distinctione dicit/ ꝙ tenemur in omnibus absoluta volūtate velle quę deus absolute vult: & hoc si innotescat nobis & congruat nobis (quod nota meliori lapillo) sed velle nos reprobari non congruit nobis pro statu vię. Tene tamen menti illud mirificum dictum Bonauenturæ, & applica vt nosti. Idem vult d. Gregorius Ariminensis sub alijs verbis inquiens: Tenemur vniuersaliter cōformare voluntatē nostram diuino volito, id est tenemur velle omne quod deus vult, nisi a deo sit volitum in se/vel suo antecedente nos illud nō velle. In aliquibus d. Cardinalis conatur obstrepere: sed illa missa faciamus. Bonauentura Ariminensis Aliacensis

AD CONFIRMATIONEM qua causat actum illū oratorium tanꝙ inanem & infructuosum, Respondet per propositiones. XXXVI

PRIMA PROPOSITIO. Oratio in proposito est quædam dictio deprecatiua facta ad deum/vt oro ꝙ hoc fiat, id est vtinam deo placeat ꝙ hoc fiat.

SECVNDA PROPOSITIO. In qualibet oratione a quouis viatore, imo ab vniuersali ecclesia facta pro salute alicuius viatoris siue pro quocūque alio futuro contingenti/debet saltem habitualiter & implicite conditio diuini beneplaciti subintelligi. Illud docuit nos CHRISTVS verbo & exēplo. Verbo, quando docuit discipulos suos orare in oratione, quā ab eo dominicam appellamus dicendo/fiat voluntas tua: Mathei.vi. Exemplo, quum orabat in monte olíueti dicens: Pater mi, si est possibile transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo/sed sicut tu: Mathei vicesimo sexto Saluator

TERTIA PROPOSITIO. Orationem fieri sub tali conditione/ potest intelligi biuariam. Vno modo/ꝙ deprecatio seu optatio cadat supra totam cōditionalē/cuius antecedēs sit illa conditio, si deo placet: vt si dixeris: Oro vel opto si deo placet A. fore/ꝙ a sit futurum: & sic talis oratio esset de necessario/& non posset non exaudiri. Alio modo potest intelligi/ ꝙ deprecatio seu optatio non cadat supra totam conditionalem/sed super consequens eius/vt si ita dixeris: vtinam A. sit futurum si deo placeat: ad primam intelligentiam non est necessariū conditionem memoratam adijci, sed in secunda est accomodanda orationi.

QVARTA PROPOSITIO. Aliquis potest licite ex certa causa orare pro aliquo/vbi firmiter credit illud se nō impetraturum. Exemplum est in foribus de oratione CHRISTI præfata: & additur/ex certa causa, propter calumniam argumenti: quia illa certa causa operatur orationem non fieri inuanum, neꝙ esse otiosam. Nam potest talis oratio nō impetratoria fieri ex certa causa/ puta ad præbendum exemplum imitationis/ꝙ tribulati recurrant ad preces diuinas, sicut exhibuit nobis Christus exemplum sua oratiōe. Aut quia ille tenetur hoc facere scd'm statum suum, maxime pro loco & tempore: quemadmodum constitutus in sacris/ est deuinctus persoluere dictionem horarum canonicarū: qui in XXXVII

peccato existens, etsi nihil mereat/ nec tamen nouo peccato grauet, tenetur persol uere diurnam pensionem. Idem accidit in casu nostro: cum ille viator existat/ est obligatus ad orandum/ quantumcunque non credat se aliquid impetrare posse.

DEFENSIO GREGORII CONTRA CAMERACENSEM

Et ita habemus illos tres modos dicendi ad dubium parū differentes in re: Nā Gregorius Ariminensis facile diluit obiectamenta Cameracensis: Quia ab initio præfatus est debere constare huic cui sit reuelatio/ q deus non obliget eum ad nolendam suam damnationem. Quod ergo per totum clamitat Cameracensis, quia is est viator/ tenetur ad hoc & ad aliud. Respondebit Gregorius eum iam deobligatum fore per reuelationem oppositam: sicut Abraham erat ex lege naturæ obligatus non occidere filium, sed ad reuelationem sibi factam de immolando Isaac/ iam erat deobligatus quo ad filium super illo præcepto, nō occides. Et sic responderet Gregorius ad omnia obiecta/ q iam ille cui facta est talis reuelatio impressa/ esset solutus legibus huic reuelationi consequenter repugnantibus: Nam iste ordo charitatis assignatus non est perpetuus. Sanctus Ioannes plus diligit humanitatem Christi, hoc est ad maius bonum, q seipsum: Et sancta KATHARINA plus diligit MARIAM q seipsam/ vt ipse Cardinalis met fatetur. q. ij. primi. Nihil ergo ex eo euincet Cameracensis aduersus Gregorium qui stat more grauis Entelli contra quoscunque. Possent præterea aliqua argumenta contra ista dubia formari ex Adam. q. vi. tertij. sed fuimus prolixiores iusto: necessariū erit vt aliquādo receptui canamus, absoluamus tñ antea hoc dubiū.

(Margin: Ariminensis; Aliacensis; Ioannes; Katharina Maria; Aliacensis Entellus Adam)

DVBIVM VIGESIMVMSEXTVM

AN SANCTI CONPATIANTVR POENIS REPROBORVM?

XXXVIII HVIVS DVBII SOLVtionem digeramus per propositiones. Sit ergo. PROPOSITIO PRIMA. Viatores sancti ex pietate habent conpassionē quæ est motus electiuus: & conpassionē quæ est passio ad peccatores hic in via. Ad damnatos vero habent cōpassionis affectum: q̄uis deliberata voluntate seu voluntate rationis velint quod deus vult, hoc est damnationem illorum. Prima pars est indubitata: quoniam peccatores in via sunt in tali statu q possunt poenitere. Sed pro assertione secundæ partis hic præsuppono vt ex Bonauētura, Herueo, Richardo & Thoma de Argentina colligit dist. xlvij. primi multiplex voluntas, scilicet sensualis (extenso vocabulo) naturalis quæ elicit primos motus, voluntas pietatis, rationis, & charitatis: de quibus latius in singularibus nostris. Dicit ergo illa pars voluntate naturali seu pietatis viatores posse conpati damnatis. Quemadmodum legimus Dauid fleuisse super morte damnabili rebellis filij sui Absolonis. ij. Reg. xviij. Voluntate vero rationis viatores damnatis non conpati. Diuus Augustinus testis est/ dum inquit: Si patrem meū scirem in inferno/ non plus orarem pro eo q̄ pro diabolo &c.

(Margin: Bonauentura Herueus Richardus Argentinus; Augustinus)

XXXIX SECVNDA PROPOSITIO. Sancti in patria habent conpassionem quæ est motus electiuus ad peccatores, q̄diu sunt in hoc mundo: licet non habeant conpassionē quæ sit passio. Prima pars ꝓbat: quia peccatores q̄diu sunt in hoc mundo, sunt in tali statu/ q sine præiudicio diuinæ iusticiæ possunt in beatitudi-

nem transferri a statu miseriæ & peccati: quare conpassio beatorũ scd'm rectam
rationem locum habet in eis/ vt scd'm electionem voluntatis peccatoribus con⸗
patianť: quod & boni angeli faciunt. Secunda vero pars arguitiue est posita per
bonę memoriæ virũ Ioannem Geiler Keiserspergiũ diuini verbi/ dum in vita keiserspergius
erat, concionatorem mirificũ, præceptorē nostrum semper obseruãdum, in na⸗
uicula pœnitētię quã nos sub epitomate in formã capitulorum & quatuor par⸗
tium redactam, multis resectis, conpluribus additis, plęrisque mutatis ideotis⸗
mate Germanico hac estate illustrissimę principi nostræ Kunegundi duci vtri⸗ Kũnegundis Bauaria
usque Baiorariæ, & diui Cęsaris MAXEMILIANI sorori nuncupatim dedi Maximilianus Imparator
cabimus. In hac inquã parte aliter sentimus ac diuus Thomas: qui dist. l. arti. iiij. Thomas
quarti Sententiarũ inquit post reliqua: Et ideo beatorũ conpassio ad eos (desi⸗
gnat peccatores) locũ habet & scd'm electionē voluntatis, & scd'm conpassionē:
sicut conpatiuntur eis homines boni in statu viæ existentes, hæc Thomas. Con⸗
tra quem/ & pro propositione sic argumentor: Passio quantumcũqȝ moderata
sit & modica/ tñ est passio & pœna: sed beati omnis pœnæ sunt exptes: quõ er⸗
go in hanc sententiã adduci põt diuus Thomas/ vt passionē in beatis admittat?

TERTIA PROPOSITIO. Etsi beati pœnã dãnatorũ scd'm possibilitatē na⸗ XL
turæ suę nõ videant/ perfecte tamen dãnatorũ pœnas cognoscunt. Prior pars ꝓ
batur per Esaiã. xliij. c. Abraham nesciuit vos: vbi dicit glossa: Nesciunt mortui
etiã sancti/ quid faciunt viui, etiã eorum filij: quod intelligit S. Thomas vbi su⸗ Thomas
pra scd'm possibilitatē naturæ: & ita etiã intelligať Iob: Siue nobiles fuerint filij Iob
eius/ siue ignobiles, nescient. Vnde non oportet vt sancti naturali cognitione co
gnoscant omnia quę erga viuos aguntť. Altera ꝓpositionis pars patet: quoniam
nihil debet subtrahi beatis quod pertinet ad perfectionem beatitudinis eorum
cum in controuersum sit vnũquodque ex comparatione contrarij magis cogno
sci, dum contraria iuxta se posita magis elucescũt: ea ꝓpter vt beatitudo plus eis
conplaceat, & vberiores de ea gratias agant deo, pœnas damnatorũ cognoscũt
vt dicunt Thomas & Richardus: quibus attestať sacra scriptura Esaiæ vltimo: Thomas Richardus Esaias
Egredienť & videbunt cadauera mortuorũ qui præuaricati sunt in me. glossa:
Electi egredienť intelligentia vel visione manifesta/ vt ad laudem dei magis ac⸗
cendantur. Pulchre & eleganter loquitur super hoc diuus Aurelius Augusti⸗ Augustinus
nus in illo augustali libro de ciuitate dei libro. xx. cap. xxij. quem omnino vide⸗
te. Modus autē cognitionis satis explicať per glos. iam allegatam: sed adhuc ex⸗
pressius loquiť diuus Bonauentura noster dist. l. art. i. q. ij. secunda parte. Mali Bonauentura
enim inquit, videbunt bonos non per intuitũ præsentię/ sed per considerationē
intelligentiæ: boni vero malos cognoscũt in speculo & in deo. Et sic inquit Gre Gregorius
gorius magnus. xij. Moraliũ mihi. Paragrapho. xxxvij. Qui intus habent clarita
tem dei/ nullo modo credendum est ꝙ sit foris aliquid quod ignorent: quod
tamen caste est intelligendum/ vt bene nouistis

QVARTA PROPOSITIO. Sancti in patria nullo pacto conpatiunť dam⸗ XLI
natis: nec conpassione quæ est motus electiuus, nec conpassione quæ est passio:
ita concludit d. Richardus in prædicta dist. priorē partem ita suscipit ꝓbandam Richardus

quia tali conpassione quis aliū vult a miseria liberari: sed beati nihil volūt cuius contrarium vident deū velle. Vident autem in deo sicut in obiecto primario deum velle poenas reproborum, cui non obsistentes se conformant. De altera conpassione idem ostendit, quia ipsa non potest reperiri sine poena. Voluntas autē beatorū nō est capax tristiciç propter perfectā delectationē impedientē tristiciā, nō solum oppositā, dicit Ioānes Scotus, sed quamcunq; contingentē. Dato enim quod nollent poenam istorū si deus vellet: ista tamen nolitio est conditionalis, & quasi vna velleitas/ quç non est causa sufficiens tristiciæ. Liquet igit̄ eos neutiq; damnatis conpati.

Scotus

XLII

QVINTA PROPOSITIO

Sancti in patria licet primaria intentione & absolute non vellent poenam damnatorum: tamen simpliciter & ex suppositione volunt eam. Primam partem probat doctor subtilis dis.l. quarti. Deus enim nō punit malos/ nisi quadam necessitate in natura: nam ista est maxime conueniens ordinatio in natura ad saluandum ordinem iusticiæ vt culpa reordinet̄ sub poena: & sępe ruminauimus hoc quō poena præsupponat culpam. Quare pulchre ait diuus Augustinus. ij. super Genesim: Deus non est prius vltor/ quam aliquis sit peccator. Sed despiciamus obsecro quid inferat hic Scotus. Poena ergo & damnatio inquit, non sunt volita a deo simpliciter, nec a beatis/ sed tantum secundum quid.

Scotus

Augustinus

CONTRA SCOTVM

XLIII

Sed forsitan hoc corollariū calumniam pati posset, eo quod illud dicitur quis simpliciter velle quod efficaciter vult, sicuti mercator agitatus ventis/ & timens naufragium vult proijcere merces vt eo facilius enauigare possit: certe eijciendo merces/ dicitur simpliciter velle eijcere, esto quod secūdum quid nollet eijcere: quia diligit merces, sed vitam prælegit mercibus. Ergo a simili deus simpliciter vult poenā dānatorū: quia efficaciter vult, & nō solū secūdum quid vt Scotus autumat. Vis habere fundamentū negotij/ vide Ioannem Buridanū Picardum Vuiennēsis studij plantatorem in commentario Moralis philosophiæ libro tertio. quæstione. vij Et satis hoc probat Aristoteles Stragyrita in textu/ cum inquit: Mixtæ quidem sunt tales operationes, assimilantur autem magis volūtarijs: loquitur de talibus actibus qui partim inuiti fiunt/ partim voluntarie fiunt: & ita esse communem magistrorum in Ethicis sententiam, memori mente teneo me audijsse a Benedicto Farner Iureconsulto, nostro in Philosophia præceptore, dum vix tredecim annos natus Philosophię naturalis & moralis stipēdia sub eo merebar. Quibus omnibus adde doctores communiter distinctione vicesima nona quarti: vbi dicit Thomas Argentoracensis: In talibus dicitur pro tanto plus esse de voluntario/ quam de inuoluntario: quia magis eligit homo hoc fieri vel esse/ quam cū eius opposito poenam incidere quam formidat: sicut magis vult merces perdere quam eas retinere cum perditione vitæ. Sublata tamen adiecta conditione cuius metu cogitur ad consentiendum, tunc multo plus esset ibi de inuoluntario/ quam de voluntario. Considera quomodo voluntarium metu inductum, quod coactum dicimus, voluntarium simpliciter appellet/ & plus participet de volūtario/ quam inuolūtario: multo magis de volito a deo & beatis, vbi nulla est coactio. Et certe mi

Scotus
Buridanus

Aristoteles

Farner
Anno. M.D

Argentinus

randum est de Scoto/q eadem distinctione in solutione argumentorum contra expressam Aristotelis & communem sententiam audet dicere plus esse ibi de inuoluntario/q voluntario:nisi benignus interpres consulat ei ꝓpter comparationem per eum inductam qua comparat consensum inductum per metum ad consensum inductum per blanditias. Scotus Aristoteles

QVICQVID Autem sit de illatione Scotica, ꝓpositio quinta est vera: & patet eam intelligenti:volo enim dicere:Deus absolute & primaria intentione nō habito respectu ad culpam,non vult pœnam damnatorum: sed tamen supposita culpa ad seruandum ordinem iusticiæ deus simpliciter vult pœnam damnatorum.Et ita absolute in priori parte propositionis opponitur ei quod dicitur respectiue: & simpliciter in posteriori parte opponitur dicto secūdum quid. Sancti ergo præsupposita culpa/& præsupposita voluntate diuina iustissime volūt pœnam damnatorū.

SEXTA PROPOSITIO.

Licet in damnatione malorum reperiantur aliqua quæ per se lætificent beatos, de ipsa tamen pœna lętanẽ solum per accidens:& hoc aliter q ipse deus.Ista ꝓpositio declaratur per dominum Nicholaum Dinckelspühel Vuiennensis studij celebrem doctorem dubio finali distinctione quinquagesima. quarti. post sanctum Thomam.Nam quatuor occurrunt beatis in damnatione reproborū. XLIIII dinckelspühel

Primo occurrit ipsa pœna qua excruciaṇ eorum exigētibus demeritis. Secūdo est ibi exercitium,aut si ita mauis,relucentia iusticiæ diuinę.Tertio occurrit diuinę misericordię beneficiū, quo sancti tam terrificos malorum cruciatus euaserūt per gratiam dei liberati.Quarto adauget negotiū propriæ glorię augmentum & hoc sit dictum comparatiue:inquantū opposita iuxta se posita magis elucescūt Quo præsupposito/dicit d.Nicholaus beatos gaudere de pœna damnatorum per accidens,id est ratione adiuncti:nam alia tria sunt adiuncta de quibus beatus lętatur per se.Et de ista exultatione sanctorum super pœnis damnatorum satis testimonij habemus ex scriptura.Regius psaltes inquit psal.lvij. Lętabitur iustus cum viderit vindictam:hoc refertur ad relucentiam iusticiæ diuinæ. Item: Manus suas lauabit in sanguine peccatoris:intellige quantum dei misericordia factus est immunis ab illis pœnis:& hoc respicit beneficium diuinū.Esaias item spiritusancto afflatus/prædixit:Erunt vsq ad satietatē visionis omni carni: satietas autem refectionem mentis designat,ecce propriæ glorię augmentum Q, si obieceris:Lętari de malo alterius ptinere ad maleuolos homines liuoris & odij plenos,a quibus beatorum fœlicissima cohors est longe aliena.Suscipit Nicholaus Dinckelspühel antecedens verum esse de eo qui lętatur de malo alterius inquantum malum alteri: secus quando lætatur propter aliquod adiunctum laudabile:nam ita quis poterit lętari de infortunio vel malo proprio,vt hinc ei crescat meritum/vti exhortatur diuus Iacobus apostolus/dum inquit:Omne gaudium existimate fratres mei dum in tentationes varias incideritis. Dauid Esaias Iacobus

PRO TERTIO DICTO Notentur verba doctoris subtilis distinc.l.q.iij. quarti:q̄uis littera ibi varie legaẽ:Sciendum inquit/q aliter dicitur gaudere iudex de pœna iuste inflicta/q alius cuius non tantū interest. Vnde deus acceptat XLV Scotus

pœnam damnatorũ, quia iusta est/& fit in vindictam offensę iudicis: & ideo eius interest maiorem habere conplacentiã in infligendo iuste pœnam/ꝙ debe ant habere beati:eo ꝙ ad eos de per se nõ pertinet vindicta: imo si placeret deo vellent eorũ liberationem, vel saltem non displiceret eis liberatio damnatorum. Deus itaꝗ acceptat pœnam reproborũ vt iustam in se: sed beati acceptant eã vt est ordinata & inflicta a deo: & ita primariũ obiectum eorũ non est ignis cruci ans/ sed iusticia infligens. Itaꝗ in omnibus cœlestis regis aulici pendent a vo luntate dei Opt.Max.in ęterna gloria nobilissime triumphãtes: vbi sola erit de sideriorũ nostrorum perfectio: quũ deus sine fine videbit, sine fastidio amabit sine fatigatiõe laudabit: vbi erit sabathismus ęternæ quietis inquit Alcuinus Ca roli magni præceptor,& Parrhisiorũ Achademię plantator, erit dies omnibus bonis sanctis/qñ deus erit omne bonũ in oibus. Huius iucundæ beatitatis ac amœnissimi nunꝗ morituri gaudij, per sanctam prędestinationẽ tuã fac nos participes bone IESV omnium bonorũ largitor, pro pter nomen sanctum tuum, deus & homo, in sęcula bene dictus, fiat/fiat bone IESV. AMEN.

Alcuinus

Testis est Pe Aliacenensis Cardinalis in sermone Ia nuę coram pa pa habito de trinitate

CHRYSOPASSVS PRAEDESTINATIONIS FINIT

IOANNES ECKIVS THEOLOGORVM MINIMVS MAR TINO MAIORIS ECKIO ROTENBVRGI PARETI ANO PATRVO SVO S. D. P.

NOn sum nescius amicissime patrue quantum tibi debeam/ ꝗ ope & opera tua a teneris annis bonarũ artiũ sequutus sim stu dia, consecutus forte parũ: cuperem ego te vehementer (ita me dij ament) pro tanta tua in me beneuolentia condignã tibi re ferre gratiam,& vt Græci in prouerbio aiunt αντιπελαργειν. Verum cũ D.O.M. gratia ea viuas dignitate/ & affluas rerũ omniũ copia/ vt meo nil tibi sit opus auxilio: velim tamen intelligas in me edu cando te non austrũ perculisse: neꝗ operã & oleũ (vt aiunt) perdidisse: qui etsi non sim talis factus qualem maxime desideraueris: taliter tñ sim institutus, quẽ odisse non possis: vt si eruditionẽ nactus sim nullam, studium tñ meũ nõ pos sis non ꝓbare. In cuius qdem diligentiæ testimoniũ mitto tibi prædestinatiõis Chrysopassum reuidendum, meo marte litteratorio nuper excusum. In quo qui dem opere (vt vides) laborioso Socraticorũ secutus sum consuetudinẽ: qui di uo Hieronymo teste, quid ex vtraque parte dici posset/ exposuerunt: vt sic veri tas fieret magis perspicua. Quod vero ad me attinet: & hic & in alijs scriptis te statũ volo/ nihil mihi prius esse veri studio & recti: ꝙ si hoc assequor, bene me cum agit: salua res est. Sin minus/ ab alijs cũ diuo A. Augustino & placide ad moneri gaudeo: & aspere castigari non recuso. Tu vero mi Martine tibi persua deas velim, me oim (velut alterũ Pyrrhiã) fore gratissimũ. Vale, & me vt facis ama. Ex Auripoli. X. Kal. Nouẽbres. Anno a natali Christiano. G.D.XIII.

SEXTA
SVBSCRIPTIO AD CHRYSOPASSVM VENERANDI PATRIS GASPARIS SCHATZGER MINORITANAE FAMILIAE SACERDOTIS DE OBSERVANTIA

SAlutem in eo qui est nostrã salus & redẽptio, Chrysopassum tuę præstantię vir spectate meo delatũ iudicio: vt primis conspexi obtutibus, gemmę miratus molem/mox orientalem in dicumq; conieci. Cuius substantiam, virtutem, operationem, cęterasq; qualitates acuratiori scrutatus indagine, phœbijs ob iectum radijs, substantia quidem nõ vnicum/sed vnitum deprehendi. Ternis quippe partibus ingenioso conpactus glutino/ trinitatis præ se fert typum: cui & denarij accedit perfectio, Aquila auspice, Chrysopassum in fundamento cœlestis Hierusalẽ decimo situari loco: nec ab re forte. Quis nẽpe abnuet fidelium decalogi obseruantia inconcussum solidumq; spiritualis fabricę prælocari fundamentum: quo praiecto ad summum vsq; trinitatis deificę ędificium consurgere, non vtiq; sine prædestinatione. Itaq; Chrysopassus noster etsi substantia trinus/homogenius tamen vnius materię rimatur secreta.
Porro virtus multiuaria substantiã comitans, nedum nobilem ipsum commendat/verum ęstimatione quoq; efficit pretiosum: Hanc operatio consequens pa tulam experimento reddit. Operatio inquam non simpla/sed multimoda, differentibus correspondens sectionibus: ipsas quoq; portiunculas nõ eisdem prę ditas viribus clarius commonstrat. Prima siquidem sectionis portio oriẽtalibus solis radijs decocta, originalem & materię/& terminorum prodit virtutem. Secunda mira pollens virtute/calamitę prętendit imaginem, oppositis olympi verticibus, oppositas suscipientis vires: vt vno quidem latere martem conplectatur affectuq; stringat: altero vero reijciat ac persequatur odio. Nec difformi virtute gemma hæc nostra medio gloriaẽ in loco/dum martialibus in ludis vno latere hunc quidem subuehat/illum vero deijciat. Rursumq; altera sui parte subiectum detrahat: deiectum autem ad sydera vsq; sustollat. Tertia deinq; portio ęthiopico progenita solo, nocturno quidem temporis cursu igneas euomẽs scintillas: diurno vero clariori perfusa radio aureas, visuali radio ęternitatis statum effigiando. Quosdam miserabili clade incendijs deputat/ nunq; desituris: alios aureo sęculo fœlices inter florẽtia rutilantiaq; cœlestis patriæ situat specta cula: præscientia necnon prædestinatione (illo videlicet chaos ingenti inter vtriusque ciuitatis incolas firmato) ciuibus seiunctis: quorum nihilominus iura ac leges sub q̃plurimis inquisitionum edisserit titulis.
HANC Præciosam gemmam Indicis Aethiopicisq; prognatam finibus, non sine sudorio conatu, nostris tua inuexit sollertia regionibus. Pro hac nempe capessenda, non minus animosum/q̃ prouidum classicum instruxi congressum. Quippe qui ab vnguiculis in litteratoria palestra exercitatus bellator nedum armatum te militem, verum q̃q; legionũ primiceriũ non temerario ausu/ sed fausto exhibuisti auspitio: Cui nimirũ congressui, cũ & ego (te agẽte) scapha vectus

ſpectator aſſiſterem/claris perſpexi obtutibus, tuo ſub ducatu q̃plurimos eminus cominuſq; agi congreſſus, militibus hincinde armatis/excubijs ſuis ſollertius incumbantibus: & quoſdam quidem triremibus conari, autoritate videlicet canonica/doctoraliq;/necnon naturali intelligentiæ lumine: & hos vtiq; vehementius ac moleſtiſſime aduerſam fatigare partẽ: Quoſdam vero debili lignorũm iunctura nauiculis conpactis ſuffultos facili demergi impulſu: Nonnullos autem (mergulorum more) & aquis immergi/& rurſus ſumptis viribus emergere, conſurgereq; validiores. Inter omnes hos & te campiductoris officio nõnunq̃ arcum tendere, iaculo incautos ferire, ignauos obiurgare, inertes reijcere, deiectos erigere, feroces cõprimere, ac deuictos armis nudare conſpexi. Deinq; eouſq; certando præualuiſti/vt profligatis hoſtibus/tuo hanc margaritam nomini vendicares: tuiq; ingenij poſteris monimentum tranſmitteres. Tu itaq; vigila, in ſimilibus exercitijs labora, opus fac Theologici paleſtritę, & in domino vale. Me quoq; inter orandum in memoriæ ſinu reconde. Ex Aedibus diui Frãciſci Auripoli. XX. Martij. Anno domini &c. XIIII.

Suo Ioanni Eckio Theologo F. Gaſpar Schatzger.

INDEX CHRYSOPASSI PER ORDINEM ALPHABETI TVMVLTVARIE CONGESTVS, EORVM QVAE IN HAC ABYSSO PRAENOTIONIS DIVINAE CONTINENTVR.

F

MERERI

S

T

FINIT INDEX CHRYSOPASSI PRAEDESTINATIONIS

Audi candide lector vt regestū per ordinē alphabeti concinnatū exasse intelligas: partiti sumus prædestinatiōis Chrysopassum in sex centurias, Vnaquaque centuria (vltima dempta) centū sibi numeros ex nomine asciscente, quo facilius quęsita reperiant. Primus ergo numerus in tabella obuius, quota sit centuria tibi indicat: alter vero numerus est centurię illius, vbi adnotatū cōperies id quod quęris: q̄ si plures occurrerint/significabunt tibi toties conscriptū in opere reperiri. Vale & salue iucundissime lector. Et si quid boni peperi, id q̄cquid & qualecumque est D. O. M. acceptum referas velim, Eckiumq̄ tuum ames.

Auripoli. VII Idus Apriles M. D. X I I I I

EPIGRAMMA HENRICI BEBELII IVSTINGENSIS ORATOris & Poetę Laureati ad Ioannē Asthmannū Theologū, ac concionatorē Tibingensem super iudicio Chrysopassi prædestinationis Ioannis Eckꝰ Theologi omnium per Germaniam famigeratissimi ac subtilissimi

Iudicium nostrum tentas Asthmanne sodalis
Quanti sit nobis Eckius ille tuus
Immo meus potius: nostra quandoq; Minerua
Formatus: musis dum puer incubuit.
Est mihi vir rarus, simul admirabilis vnus
Cuius ob ingenium Sueuia tota nitet.
Ille Theologię musas coniunxit amœnas
Doctus mellifluo cum Cicerone loqui.
Ille Mathematicus, vel quem polyhistora dicas
Si titulos omnis enumerare velis
Trigenas tamen haud messes, ni fallar in annis Nondum vidit XXVIII
Hactenus impleuit: gratia quanta deum?
Hinc spes est melius consultum posteritati
Longius in vita, si superesse datur.
Attamen hunc librum nunq; librare valebo
(Materia vires exuperante meas)
Dum docte, argute, vel quos prædestinet/ aut quos
Præsciat ipse deus: explicat atq; docet.
Ne fiam iudex, velut olim turpis asellus
De Cuculi cantu, Lusciniq; melo
Tibingę sexto die Aprilis Anno domini M D XIIII

AVGVSTAE VINDELICORVM EX OFFICINA MILLERAna Mense Nouembri Anno M D XIIII. Imperante Cęsare MAXIMILIANO Austrio P.F.Aug. P.P.Roman. Imperium Fœliciter & cum speciosis triumphis gubernante. Deo gloria

